¶ Stephani Nigri uiri undecunq; eruditissimi Dialogus, quo quicquid in grecarum literarum penetralibus reconditū: quod ad historiæ ueritatem: ad fabularū oblectamenta: ad eruditionis famam conferre quoquo modo possit: in cōem studiosorum utilitatem summa cum diligentia congestū: in lucé propagatur. His accedunt Philostrati Heroica ab eo tam ad amussim latinitati donata: ut dubiū reliquerit: prestantior ne greco sit latin9 Philostratus

Alciati Iuriscons.

Cecropiam eruerint Turcę, bimaremq; Corinthum,
Et barbaris bizantes armis cesserint.
Tot mala quo possint aliquo solamine ferri,
Niger libello solus hoc facis tuo
E uersas grecorum arteis, studiumq; reponis
Tam docte: & eleganter: ut nihil supra.
Sic merito id carmen primæ potes addere chartæ.
Cuncti inuidebunt. nullus emulabitur.

T. Luranii Hieronymi ad Clariss. Senatorem. Iac. Minutium.

ἱρὰ Ἀθηναίουσι, τίνος πλεόν ἔπλετο βίβλος
γλαυκῶπις, μοῦσαι, καὶ γλυκεραί χάριτες.
αἱ χάριτες πειθώ, μῦθον μελιηδέα μοῦσαι,
γλαυκῶπις μεγάλην παλλὰς ἄγει σοφίαν.
θεσμοθέτης ταύτην σὺ ἄναξ μινούτιε πρᾶξιν,
ὃς βουλῆς πάσης εἷς στόμα, κὶ κεφαλὴ,

a

Nigri libelle belle:
Qui clara facta regum/
Heroas atq; priscos:
Qui flumina/antra/colles:
Qui fabulas uetustas
Tam dulciter recenses,
Ad quem uirum uolabis?
Grolierium ne quaeso?
Est comis/est disertus/
Est moribus benignis.
Morsus repellet atri
Liuoris ille edaces:
Nos interim perenni
Vitam otio fouentes,
Ad astra te feremus.
Mirabimur leporem:
Mirabimur latinae
Vocis modos: nitelam
Mirabimur docendi.
Exibis ergo laetus/
Auibus simulq; faustis
Nigri libelle belle,

Ad Prȩclarum. D. Ioannem Grolierium nostro rum temporum Mœcenatem. Dardanus.

Mittit munera & hic & hic & ille/
Sed qui munera mittit hic & ille,
Hȩc sperat sibi mutuo rependi:
Aut dono simili: aut beatiore:
Mercatur potius/Dolisq; tecum
Agit Pessimus hic negociator:
Longe mens alia est tui Nigelli:
Qui dono lepidum dedit libellum:
Græcorum modo promptum ab officinis
Incude & manibus suis politum:
Cuius si capiere lectione,
Erit carior omnibus libellis:
Tanto carior omnibus libellis:
Quanto muneribus uel iis: uel illis
Virtutem facis usq; & usq; pluris.

Hyacinthi Arpini.

I tutus Stephani mei libelle
Gressum limine tolle de paterno:
Et frontem nitidam per ora uulgi
Circunfer domini tui sub alis.
Quamcunq; hospitii domum futuri
Succedes: opibus nouis abundans,
Cernes insidias tibi parantes,
Vt te detineant/fruantur/ornent
Soli nominis hospites honore
Capti. Nescius at liber latere:
Per totum celeber fereris orbem.

Io. Petri Ghurzii Vercellen. ad lectorem.

Congessit segetes hic Niger optumas:
Et florum hic adhibet multigenum decus.
Componit Stephanus mollia sertula:
Lectas delitias lector in hortulis
Græcorum riguis: Pallados artibus
Concinnans: poliens perlepidumq; opus:
Et spirans uariis undiq; odoribus:
Fœtus præcipuum: candidulum: nouum:
Annis nestoreis atq; perennius.
Quod si te capiat blandula amœnitas
Huius: non poteris dicier inscius.
Nec perdes operam: ditior Attalo:
Et Crasso fueris longe opulentior:
Tantas diuitias hoc habet/ac bona:

Io. Bartholomei Marliani hendecasyllabon ad lectorẽ

Astris quid iuuat: exterisq; signis
Metiri: & maris/urbiumue tractus/
Scrutariq; animo domos olympi,
Postquam nunc Stephani manus benigna
Oras in Latias reduxit: omnes
Fontes/flumina/Stagna/templa/montes/
Vrbesq;: & propius uidenda late
Ponit singula: quæ remotiora:
Nunquam conspicere: & tueri ad unguem
Felix Græcia præbuit Latinis:
Quæ si legeris, ἱμείρας παλίνιω
ἄξεις: diuitiasq; longe harena
Maiores referent Tagi: atq; multo
Viues splendidior potente Lydo.
Nam tantum poterunt Nigri labores.

De litera. A.

b

iiii

De litera.I.

De litera M.

c

De litera. N.

De litera, O.

De litera. V.

FINIS TABVLAE.

¶ Index cōstat Tribus ternis.a.b.c.Heroica quaternionibus quatuor.A.B.C.D. & terno uno.E.Dialogus quaternionibus.10.F.G.H,I.L.nam deest.K.M.N.O P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.AA.BB.CC.& ternis duobus.DD.EE.Græca conti-nentur uno quinternione.FF.errata foliis duobus.GG.

HEROICA Philostrati: & Dialogus Stephani Nigri: in quē quicquid apud Pausaniam scitu dignū legitur, summa cū diligentia congestū est.

STEPHANVS NIGER IOANNI GROLIERIO LVGDVNENSI CHRISTIANISSIMI FRANCORVM REGIS A SECRETIS, AC INSVBRIAE QVAESTORI PRIMARIO. S. P. D.

Philostratum Lemnium, Vir in omni humanitatis genere eminentissime, cum alia q̃plurima ad eruditionis usum spectantia in lucem edidisse constat, tum uel maxime opusculũ istud: quod propterea Heroica inscribitur, quia omnes eos cõplectitur heroas: qui in Troiano bello adeo se prudenter: ac strenue gessere, ut inter Semideos non iniuria recenseantur. Inducitur in eo Vinitor: qui Heroũ gesta a Protesilai manibus accepta Phoenici hospiti ad amussim enarrat. Multa in hoc opusculo ab Homero: ac cæteris poetis omissa leguntur: & nonnulla longe secus fuisse, atq; ab aliis sint literarum monimentis mandata, percipiuntur. Quod ego cum eruditionis: uerẹq; historiæ studiosis summopere profuturum animaduertissem, in latinum nuper conuerti sermonem: Tibiq; dedicatum iccirco edẽdum curauimus, & q; omnis antiquitatis tam studiosus existas, ut illam nobis ceu nitidissimũ speculũ exprimas, & effingas: & q; nostra hac ẹtate, si quos protulit Heroas, te certe in iis connumerandum censeo. Nam siue ἀπὸ τῆς ἀρετῆς q; uirtute præditi fuere, nomen sortiti sint: Siue παρὰ τὸ ἔρειν q; facundi, ac sapientes extiterunt, ita fuerint appellati, Tu merito hoc nomine honestandus es. Quæ.n.est uirtus: cuius fulgor in te non resplendeat? Oratione uero tam comi: tamq; prudenti: omnisq; leporis condita existis, ut facile in te appareat id quod a Cicerone dictum fuit, animorum reginam esse eloquentiam. Nullus.n.qui humanitatis nequaq̃ expers sit, a tuo discedit cõgressu: qui egregias istas tuas uirtutes non prẹdicet: prudentesq; sermones tuos secum retrectans non suspiciat & admiretur? Conferunt te literati omnes Platonico illi: ac sapientissimo

Hipparcho. Nam ut ille omniũ primus Homeri libros passim disiectos summa benignitate:singulariq; studio congregatos Athenas inuexit: Anacreonta Teium quinquaginta remorum missa naui in urbem accersiuit: Simonidem Chiũ apud se semper habuit:multisq; eum est prosecutus muneribus, Ita tu non contentus ueteres omnes Poetas/Oratores/ & Historicos undecunq; coactos:ac pulcherrime exornatos in tuam conferre bibliothecam, doctissimum quenq; nostri temporis:quorum consuetudine, cum per maxima:quæ tractas negocia, licet, uicundissime frueris, tanta complecteris munificentia:ut ea/aliisq; tuis uirtutibus prouocati/summa inter se alacritate concertent, quis tua causa rem literariã pluribus uigiliis:acrioribusq; studiis adiuuet/augeat/atq; tueatur. Vnde factum est ut Philostrati hoc opusculũ latino sermone donatum ex eleganti ista tua bibliotheca in manus doctorum exeat. Quod si forte tibi parum elegans/ac facundum uidebitur, id non Philostrato:sed nobis imputes/& ad scribas:qui ipsius facundiam:atq; in dicendo leporem usquequaq; referre non ualuimus. Nuncupamus prætera tibi & Dialogum:in quo tres ingenui adolescentes/discipuli nostri Demetrium Chalcondylum propterea adeunt, ut ab eo quicquid apud Pausaniã scitu ac memoratu dignum legitur/ plane percipiant. Quod profecto eorum quam maxime est profuturum erudicioni:quibus grecarum literarum inscitia, exẽplaria græca diurna nocturnaq; uersare manu haud quaquam licet:cum præsertim discipuli nostri his:quę a Demetrio ex Pausania dicuntur, quam plurima ex græcorum cõmentariis delecta ad pleniorem rerum cognitionem non incongrue subiiciant. Quod si quispiam his lectitandis utilitatis aliquid consequetur, idipsum nõ minus tibi/quam nobis acceptum referat:cuius ope ac pręsidio efficitur, ut bonarũ artium studiis sedulam operam nauare possimus. Vale.

PHILOSTRATI Heroica per Stephanum Nigrũ in latinum conuersa sermonem: ac Ioanni Grolierio Lugdunensi Christianissimi Francorum Regis a secretis/ac Insubrię Quęstori primario dicata.

Vinitor ac Phoenix interlocutores. Vinitor.

On est hospes/uel unde? Phoe. Phoenix o Vinitor, ex his: qui circa Sidona habitãt/ac Tyrum. Vi. Habitus aũt est Ionicus. Phoe. Patrius iam & nobis Phoenicibus. Vi. Vnde igitur habitum mutastis? Phoe. Sybaris Ionica uniuersam pariter occupauit Phoeniciam: & si quis in summis illic non degeret delitiis, damnaretur. Vi. Quo autẽ uadis elatus: & super obuia quęq;? Phoe. Consultore Vinitor/atq; oraculo ad secundam indigeo nauigationem. Aiunt enim nos Aegeum ipsum adituros. uehemens autem mare est (ut puto) nec nauigatu facile. Tendo autem aduersus uentum. Phoenices enim quo ad secundum pertinet cursum, ad hoccine respiciunt signum. Vi. Periti utiq; o hospes nauticę rei existentes. uos enim alteram quoq; Vrsam i cœlo adnotastis: & ad ipsam nauigatis: sed ut nauigandi peritia laudem consequimini: ita in negociatione utpote pecuniarum auidi/ac uoraces arguimini. Phoe. Tu autem non pecuniarum es cupidus o Vinitor/in hisce uitam agens uitibus: & fortasse quęrens/quinam fructus colligat tibi pro racemis drachmam reponens: cuiq; mustum repẽdas: & cui odoratum uinum: quod puto/defossum inquis habere ut Maro. Vi. Hospes phoenix sicubi terrarũ sunt Cyclopes: quos nec plãtantes/nec serentes quicquã, tellus ociosos ac lentos dicitur pascere, nullo quidẽ custode genita indigerent: utpote Cereris/ac Dionysii existentia: nihilq; ex terra ortum uenderetur: sed neglecta/ac communia nascerẽtur: ut in suum foro. Vbi uero terrę incumbentẽ/ac temporibus

inseruientē seminare/& arare/ ac plantare: iterumq; atq; iterum laborare oportet: ibi uēdere/atq; emere necesse est: pecuniarum enim opus est agrorum cultui: & sine ipsis neq; aratorem/neq; uinitorē/nec bubulcum/nec caprarum custodē educabis: nec tibi ad bibendum/ac libandum erit poculum. Etenim uindemiare: quod in agrorum cultu suauissimū est, non sine mercede fit: alioqui absq; uino & ociosi existent/nihil a pictis differentes. Hęc itaq; o hospes pro omni agricolarum orbe dixi. Quod autem ad me pertinet, multo est humilius ac mitius: neq; enim cum negociatoribus cōmercium habeo: nec quid sit drachma cognosco: sed paucis & dictis & auditis, bouem tritico: hircum uino: & talia talibus aut emo/aut ipse reddo. Phoe. Aureum forum & heroum potius q̄ hominum memoras Vinitor. Sed hic canis quid uult? circuit enī me pedibus adgāniens/mollem ac mitem aurem prębens. Vi. Meam tibi interpretatur consuetudinem hospes/& q; in eos: qui huc accedunt adeo modeste/ac benigne habemus: ut ne cani quidem eos adlatrare permittamus: sed uenientibus cedere atq; excipere. Phoe. Licet ne igitur uineam adire? Vi. Inuidia nulla: est enim nobis racemorum satis. Phoe. Quid autem ficus ne colligere? Vi. Et huius facultas: est enim & ficuum copia: & nuces darem/& poma darē/innumeraq; alia bona. Planto autem haec perinde atq; uitium condimenta. Phoe. Quid nam pręmii dabo? Vi. Quid aliud? quam ut & libenter edas: & edenda capias/laetusq; discedas. Phoe. At nū quid philosopharis Vinitor? Vi. Et cum bono quidem Protesilao. Phoe. Quid autem commune est tibi cum Protesilao, si Thessalum dicis? Vi. Illum dico Laodamię coniugē: hoc enim dum audit gaudet. Phoe. Quid autem hic agit? Vi. Viuit: & terram colimus. Phoe. Vitae restitutus/uel quid? Vi. Ne ipse quidem suos ipsius dicit affectus: preterquam q; decesserit quidem in Troia propter Helenen: in Phthia uero reuixerit Laodamiam diligens. Phoe. Atqui postquam reuixit/decessisse rursus; uxoriq; ut se sequeretur persuasisse dicitur.

Vi. Et ipse hæc dicit: sed quo pacto postea reuersus sit: mihi iã percipere uolẽti haud dicit/percarum arcanum quid (ut ait) celans. qui autem in Troia sub ipso militabãt/habitu pugnaces: cristasq; quatientes adhuc in campo apparent. Phœ. Minime per Mineruã credo Vinitor: licet hæc ita habere uelim: q si nec plantis uacas: nec riuos deducis, hęc mihi & quæcũq; de Protesilao nosti percurre. gratificaberis eni Heroibus, si uerbis tuis fidem pręstans discessero. Vi. Non amplius/o/hospes plantę circa meridiẽ bibunt. iam enim est autumnus & tempus ipsas irrigat. Itaq; mihi ad narranda omnia, ociũ: neq; adeo magna, ac diuina elegantes lateant homines. optimum autem est pulchro prędii loco sedere. Phœ. i pręsequar & ultra mediam Thraciam. Vi. accedamus ad uineã o Phœnix. nam & lętitiæ aliquid in ipsa reperies. Phœ. adeamus. suaue. n. aliquid fortasse de plantis spirat. Vi. quid ais suaue? diuinum. siluestrium namq; arborum flores odorati, cicurum uero fructus. q si forte in cicurem incideris arborem preter florem odoratã de foliis decerpe potius. illa. n. beneolent. Phœ. Quam uaria est tibi prædii pulchritudo: quamq; hilares erupunt racemi. omnes preterea quã belle dispositæ arbores: & quã immortalis est prędii odor. curriculos autem quos reliquisti, elegantes quidem existimo. tu uerò mihi delitiari uideris, cum tãta sine cultu utaris tellure. Vi. sacri hospes sunt curriculi. se. n. in ipsis exercet heros. Phœ. hęc dices, cũ quo ducis, sedebimus. nunc autem aliud mihi narrato. propria tibi hęc colis? an dominus quidem ipsorum alter? tu uero hunc alentia nutris, ut Euripidis Oeneum? Vi. unus hic agellus reliquus est mihi de multis haud illiberaliter nutriens: alios uero agros mihi sane q̃ orphano potentes abstulere: & prædiolum hoc a Xenitide cherrhonesita iam occupatum recepit Protesilaus suum ipsius ei obiicens simulacrum: unde luminibus captus cęcus discessit. Phœ. strenuum utiq; agri custodem adeptus es: nec (ut puto) amico perinde uigilãte, alicuius lupi impetum formidas. Vi. Vera dicis, neq; enim ut

quæpiā fera ingrediatur, permittit: nec serpēs hic: nec phalan gium: nec sycophanta nobis circa agrum īmoratur. hæc autē fera ualde impudēs est: itaq; multos ī foro perdit. Phœ. Elo cutionem autem quo pacto edoctus es uinitor? neq;.n. mihi inter rudes recensendus uideris. Vi. Primo uitę tempore ho spes in urbe uersabamur pręceptoribus utentes: ac philoso phantes. quare res meæ non belle habebant. in Seruorum.n. manu agrorum cultus erat. hi autem nihil nobis reddebant: unde agri causa & mutuari: & esurire oportebat. quare huc profectus Protesilaum consulebam. ipse uero haud immerito mihi iratus, q cum ipsum destituissem, in urbe uiuerem, mi nime respōdebat. me aūt supplicante: & perire, si negligerer, dicente, mutato inquit uestes. hoc illo quidem die frustra au diui. postea uero idipsum explorans percepi, ut uitę habitum mutarem mihi imperare. unde pellicea ueste indutus, & bidē tem ferens ne ad urbem quidem ducentem uiam cognosco. omnia mihi in agro scaturiunt. q si pecus: aut examen ęgro tauerit: aut arbor, medico utor Protesilao ipsius utens cōsue tudine: & terræ incumbens: sapientiorq; indies euado. ipsi.n. plurimum inest sapientiæ. Phœ. Beate ob consuetudinem: & agrum, si non modo oliuas: ac racemos in ipso uindemias: ue rum integram ac diuinam decerpis sapientiā. & fortasse, quę tibi inest, sapientiam iniuria afficio, dum te uinitorem appel lo. Vi. Ita me appella. Etenim uinitorem me: atq; agricolam huiusmodiq; nominibus appellans Protesilao gratificaberis. Phœ. hic igitur uinitor mutua utimini consuetudine? Vi. hic o hospes. quo pacto autem coniecisti? Phœ. quoniā hęc agri pars mihi esse suauissima: ac diuina uidetur. & nunquid reui uiscere hic aliquis posset, minime noui. uiueret autem suauissi me: ac iucundissime a turba semotus. Arbores.n. hæ proce ræ, tempore ipsas extollente: & hæc ex fontibus uaria aqua, & hauritis (ut puto) hāc, utpote ex alio atq; ex alio odorato uino bibentes. Tu autem & scenas plantas, contexens ac cō cinnans arbores, ut ne ab amœnissimo quidem prato coro

nam quispiam contexat. Vi. Nundum hospes Philomelas audiuisti, ut predio erudite accinãt, cum & serum diei accesse rit: & dies ceperit? Phoe. mihi uideor audiuisse ipsos compone re: nec lugere: sed tantum canere. tu tamen quæ ad Heroes p tinent, dicito. libentius. n. hæc audiam. concedis ne alicubi se dere? Vi. concedit Heros frugi existens, hisce te sedibus ho spitans. Phoe. Ecce quiesco, Xenium. n. hoc suaue est grauio rem audituro orationem. Vi. percuntare hospes quicquid uis & haud frustra uenisse dices. Vlyssi quidem cum procul a na ui consilii inopia ambigeret, obuius factus Mercurius: uel eo rum aliquis: qui a Mercurio sapientiam perceperant. In ora tionis ac studii communicationem peruenit. hoc. n. arbitrari conuenit esse Moly. Te uero Protesilaus & historia per me explebit: & suauiorem/ac sapientiorem reddet. multorum nã q; cognitio plurimi facienda. Phoe. At nõ ambigo optime. Sed p Mineruam dei nutu ueni. intelligo. n. deinceps insom nium. Vi. Et quo pacto tibi habet insomnium? diuinum. n. qd indicabis. Phoe. Quintum iam ac tricesimum hunc diẽ ex Ae gypto: ac Phoenicia nauigamus. Appulsa autem naui ad hunc Eleuntẽ, homeri carmina legere uisus sum: quibus Græ corum Catalogum dicit: & Achiuos: ut nauem ascenderent, conuocabam, utpote omnium capacem. postea uero q̃ ab in somnio exilii (mihi. n. horroris quid incesserat) ad nauigatio nis quidem tarditatem ac longitudinem ipsum coniiciebam. Defunctorum namq; uisiones tarditatem indicant properã tibus. cum autem circa insomnium uti symbolo uoluissem (nõdum. n. uentus nauigare permittebat) huc de naui absce do. ambulans autem (ut uidisti) primo tibi occurri: & de Pro tesilao disserimus. Sed & de Heroum Catalogo disseremus. Ita namq; te ais facturum & colligere ipsos in nauim nihil aliud est, quam ut collecto super ipsis sermone postea con scendamus. Vi. Dei nutu proculdubio uenisti hospes, recteq; uisionem interpretaris. perficiamus igitur sermonem, ne me delitiari dicas, si ab eo te abduxero. Phoe. quę cupio discere,

nosti utiq;.Nam quęcūq; tibi cum Protesilao sit cōgressus: & qualis ueniat:& nunquid de Troianis rebus eadem quæ Poetę:an ignoratum ab ipsis aliquid nouerit, audire concupisco. Troiana autem dico huiusmodi, & exercitus in Aulide collectionem:& singulos heroes, an pulchri ut canūtur: fortesq; /ac sapientes fuerint. Bellum.n.quod circa Troiam gestum est, quo nam pacto narrare posset, cum nec pugnauerit ipsę, & græcorum omniū primus in descensu:ut aiunt decesserit. Vi. Imprudenter hoc dixisti hospes. Animis .n. perinde diuinis:ac beatis uitę initium est cum corpore expurgantur. Deos enim: quorum pedisequi sunt, tunc cognoscunt:non simulacra colentes ac suspiciones: sed ueros atq; apertos cum ipsis congressus facientes:morbisq; ac corpore liberi res hominum speculantur. quando iam diuinationis sapientia replentur:& Bacchico quodam diuinandi furore corripiuntur. Itaq; Homeri poemata:quem ex iis etiā qui diligenter Homerum explorant:ita legisse dices:ut & legit Protesilaus:& ipa dispicit. Atqui hospes ante Priamum: & Troiam ne ulla quidem erat Rhapsodia:nec quę nondum gesta erant, canebantur. Poetice.n.circa uaticinia erat: & Alcmenes Herculem:instituta nuper nec dū uigens. Homerus autem nondum canebat. Sed hi quidem capta Troia:hi uero paucis:uel octo post ætatibus poesim agressum dicunt. Verūtamen Homeri omnia nouit Protesilaus & multa quidem Troiana canit:quæ post ipsum fuere:multa uero & gręca:& Medica. Xerxis igitur expeditionem tertiam appellat hominum perniciē:Post eas:quę Deucalionis ac Phaetontis tempestate contigere:quandoquidem plurimæ in ipsa gentes periere. Phœ. Amalthex cornu explebis Vinitor: cum tantarum rerum peritiam socius habeat. Sanc.n.referes ipsa:& ut audiuisti. Vi. per iouem Philosophum:ac ueri studiosum Heroem iniuria afficerem ueritatem negligens:quā ille uirtutis matrem appellare consueuit. Phœ. uideor mihi & in orationis exordio meum ipsius affectum tibi fassus. Aio

enim fabulosis me fidem minime pręstare: cuius utiq; rei causa est, q oculato nondum occurrerim testi: sed hic quidem ab alio se audiuisse inquit, hic uero arbitrari. hunc autem Poeta adducit. Nam quae de Heroum magnitudine traduntur q decimum proceritate cubitum aequauerint, grata quidem ob fabulosum existimo sermonem: sed falsa: & minime persuasu facilia: si quis ipsa pro natura spectauerit, cuius mensurę presentes sunt homines. Vi. Sed quando haec nō persuasu facilia censere cępisti? Phoe. iamdiu uinitor: cum adhuc essem adolescentulus. puer enim existens talia credebam: & Nutrix mihi fabulas narrabat: uenuste ipsas adcinens: atq; & in ipsarū non nullis lugens. Sed cum ad iuuenilem ętatem peruenissem, operę precium fore existimaui si haec non temere admitterem. Vi. quod autem ad Protesilaum pertinet: & q apparear: audiuisti ne unq̄? Phoe. quo pacto uinitor? quippe qui a te hodie audiens non credo. Vi. Orationis itaq; meae initiū ab iis: quę abs te diu minime sunt credita, sumatur. Dicis autem non credere: an decem cubitorum homines fuerint: postea uero q̄ huius rei satis habueris, de Protesilao sermonem deinceps exigito: & de rebus Troianis quęcūq; uolueris. omnibus enim fidē prestabis. Phoe. bene dicis & sic faciamus. Vi. audi quaeso. Auus erat mihi multorum: quae abs te haud quaq̄ creduntur, peritus: qui Aiacis sepulchrum a mari quidem cui adiacet, quandoq; fuisse dirutum dicebat. ossa uero undecim cubitorum hominem prasseferentia in ipso extitisse. Aiebat preterea Adrianum Imperatorem ad Troiam profectum ipsa composuisse: & qui nunc extat, tumulum Aiaci construxisse, cum & ossium non nulla amplexatus atq; osculatus fuisset. Phoe. haud temere huiusmodi rebus fidem tollere mihi uideor uinitor. Nam & tu quoq; ab auo quidem audiuisse quid autumas: & fortasse a matre: aut nutrice, ex te ipso uero nihil nuntias: nisi utiq; de Protesilao diceres. Vi. at qui si fabuliloqu9 essem, & Orestis mortui corpus percurrissem: quod septē cubitorū in Nemea Lacedemonii inuenere

& quod erat in aeneo equo Lydio. Quod etiam ante Gygen defossum quidem fuerat in Lydia: motu uero cum terra di scessisset, pastoribus Lydiis uisum est admiratione dignum cum quibus & Gyges mercede conductus seruiebat: in cauo enim equo fores in utroq; latere habente defuncti corpus ia cebat: maius q̃ ut hominis uideretur: q, si haec rursus ea sunt ut propter tempus fide careant, haud noui quid aduersus ea sis dicturus: que nostra fuere tempestate. Aryaden namq; quem hi quidem Aethiopem: hi uero Indum dixerũt, trigin ta cubitorum magnitudine in Assyriorum tellure iacentem: non diu est: cum Orontae fluminis scissa ripa in lucem edi dit. Nondum agitur quinquagesimus annus cum hoccine Si geum in proiectu promontorii Gigantis ostendit corpus. quem ipse Apollo ait pro Troia aduersus se dimicantem in terfecisse: & uidi hospes: cum ad Sigeum nauigassem: & quid passa esset tellus: & Gigantem, quantus erat. Nauigabant autem & Hellespontiorum multi: & Ionum: insularesq; om nes/atq; Aeoles. Duos enim menses ingens in magno iace bat promontorio: alium alii prebens sermonem: nondũ tem pore ipsum significante. Phoe. Dices igitur uinitor de ipsius quoq; magnitudine: deq; ossium harmonia: & de serpẽtibus: qui Gigantibus inasci dicuntur: quos Encelado: & iis: qui cir ca ipsum sunt, pictores appingunt. Vi. An immensi illi fue rint hospes: & cum feris congressi, minime noui. qui autẽ in Sigeo erat, duos quidem supra uiginti cubitos continebat. in lapidoso uero iacebat specu, cum caput quidem uersus cõ tinentem haberet: pedes uero cũ promontorio terminaret. Draconum autem nullum circa ipsum Signũ cernebamus: nec ullum erat os: quod ab humanis differret: Atq & Hym naeus Peparethius mihi necessarius quarto ante anno ex filiis suis quendam de huiusmodi miraculo per me Protesilaum percunctaturum huc misit. In Co namq; insula (possidet autem ipsam solus) contigit: ut cum uites foderet: terra ut pote inanis fodientibus resonaret, quam cum apperuissent,

duodecim quidem cubitorum mortuus iacebat: sed cal-
uam habitabat draco. Itaq; iuuenis quid sup ipso facere opor
teret: nos percunctaturus accesserat. Protesilaus autem hospi
tem inquit operiamus: iubens uidelicet defunctum sepelire:
nec sponte detegere: dixit preterea esse de Gigantibus Iouis
fulmine petitis: qui autem in Lemno apparuit: quem Mene
crates Stiriensis reperit: & maximus erat: & superiore ipsum
uidi anno: cum ex Imbro nauigassem. Breuis eni erat in Lem
num cursus: ossa autem non amplius in compacto cernebã-
tur: spondyli .n. hoc est uertebrę procul inuicem iacebãt: ter
ręmotib9 (puto) disiectę: costaeq; a uertebris disiunctae. ipsa
autem pariter: ac singula animaduertenti horrenda uideba-
tur magnitudo: nec instauratu facilis. Calua igitur uinũ no-
bis infundentibus: ne duabus quidem Cretensibus ampho-
ris expleri potuit. Naulochus autem Imbri est promontoriũ
ad Notum uentum uergens: cui fons adheret: animalium ma
scula quidem Eunuchos efficiens: feminas uero usq; adeo ine
brians: ut sopitae dormiant. Terrae igitur frustũ ibi abscisum
maximi Gigãtis corpus secum traxit. q. si minime credis na
uigemus, Iacet enim adhuc nudus: & ad Naulochum breuis
est nauigatio. Phoe. Vellẽ utiq; ultra etiam Occanum ueni
re uinitor, sicubi huiusmodi miraculum inuenirem. Sed mer
catura usq; adeo a se discedere nequaq̃ permittit: uerum naui
ut Vlyssem, adligatum esse oportet: alioqui & quae a prora
aiunt: & que a puppi interibũt. Vi. omnia recte dicis. sed quę
dixi: ne prius fide digna arbitrare: q̃ & in Co insulam nauiga
ueris: in qua terrigenarum ossa iacent: Meropum aiunt pri-
morum: & in Phrygia Hylli Herculis filii ossa uideris: & per
Iouem Aloidarum in Thessalia: q; septenorum iugerum ma
gnitudine fuerint & quales celebrantur. Neapolitani autẽ
Italiã habitantes Alcyonei ossa mira fuisse memorãt. Aiunt
enim de Gigantibus multos illic fuisse ictos: Besbiumq; mõ
tem super ipsos flagrare. Preterea & in Pallene quam Poetę
Phlegram nominant: multa quidem huiusmodi corpora tel-

lus Gigantum qui illic castrametati sunt, continet: multa uero imbres ac terręmotus detegunt. Audet autem ne pastor quidem circa meridiem in eo loco uersari, substrepentibus simulachris: quae in ipso insaniunt. huiusmodi autem rebus Herculis quoque tempestate fidem fortasse minime prestabant. Vnde cum in Erythea Geryonen occidisset, & ipsi maximo occurrisse dictus eẽt, ne certamini fides tolleretur, ossa in Olympia dedicauit. Phoe. Beatum te duco historiae causa uinitor, ego autem magna quidem ignorabã, iisq; imprudenter fidem haud prestabam. Caeterum quae ad Protesilaum spectant, ut se habent? Tempus est enim ut ad illa ueniamus. Vi. audi hospes quae de huiusmodi non amplius fide carent.

Protesilaus.

Acet quidem Protesilaus non in Troia, sed in hac Cherrhoneso, collis autẽ ipsum magnus cõtinet, hic uidelicet: qui ad sinistram situs est: ulmos autẽ has, quę iuxta collem sunt, Nymphae posuerũt: & huiusmodi forte ipsę legem his arboribus inscripsere, ut qui ad Ilium uergũt rami, mane quidem floreant, foliorũ uero quamprimum profluuiũ patiantur: & ante tempus pereãt, quod passus est Protesilaus indicantes. In altera uero parte, uiuat ac uigeat arbor. Nam quęcũq; arborũ non circa sepulcrũ stant ut hę: quę in orto sunt, omnibus uigent ramis: & sibi ipsis cõfidunt. Phoe. Video uinitor, & cum mihi quod admirarer eẽt, nequãq̃ admiratus sum. Sapiens. n. est deus. Vi. sacellũ autẽ, in quo parentũ memoria Medus contumeliose se gessit: ad quod salitũ corpus reuixisse memorãt, hoc arbitrare hospes. Vides aũt q̃ pauca ipsius reliqua sint, cũ elegans (ut puto) tunc nec paruũ fuerit, ut ex ipsis colligere fundamẽtis licet. Haec aũt statua stat quidẽ in naui, basis. n. figura prora est: erectus uero est nauis pręfectus. Caeterũ cum ipsam & tem-

pus, & per Iouem qui illinunt: atq; hostias mactant, euerterint, speciem immutarunt. Mea aũt hoc nihil interest. cũ ipsa namq; uersor: ipsamq; intueor, nec ulla unq̃ statua mihi eẽ posset iucundior. Phoe. Nunquid & mihi ipsum describes: & speciem communicabis? Vi. Libens utiq; per Mineruam hospes. Natus quidem erat circa uigesimũ maxime annũ. Tantus aũt ad Troiam nauigans molli pullulat lanugine: dulciusq; ac suauius fragrat, q̃ myrtorũ autumnus. oculo aũt lætum ac iucundũ circũiectum est supercilium. uenustas. n. ipsi amica. intuetur aũt in seriis quidem contentũ ac uehemens. sin uero relaxato ac curis soluto occurreremus, pape q̃ uenusti: atq; amabiles uidentur oculi. atqui flauæ etiam comę modum habet. est. n. quanta fronti potius immineat, q̃ in ipsam incidat: & perinde ac statuę quadrangularis est nasi idea: & paruo sane ore tubis clamosius resonat: nudo aũt occurrere suauissimũ. bene. n. compactus: ac leuis, ut Mercuriorũ cursores. proceritas aũt ad decimum fortasse cubitum tendit. hoc etiam, ut uidetur superatura, ni adolescens periisset. Phoe. uidi iuuenem uinitor: tibiq; sociũ inuideo. Sed armatus ne est? an quid? Vi. Clamydem Thessalo more indutus est hospes, ut statua hæc. Purpurea aũt est clamys diuino flore, arcanꝰ enim purpurę flos. Phoe. Amor aũt: quo Deidamiam prosequebatur, quo pacto ipsi in presentia habet? Vi. amat hospes & amatur: & ut ardentes sponsi mutua sunt affecti beniuolẽtia. Phoe. Amplecteris ne uenientem? an fumi more te fugit, ut poetas? Vi. Gaudet amplexante: & ut ipsum osculer: colloq; exaturer permittit. Phoe. Frequẽter te adit? an multo interiecto tempore uenit? Vi. quater in mense aut quinquies me ipsius fieri participem puto, cum aut harum aliquid plantarum uoluerit plantare: aut uindemiare: aut flores carpere. est enim coronarum cupidus: & suauiores reddit flores, quoties ad ipsos accesserit. Phoe. hilarẽ utiq; inquis Heroem: & plane sponsum. Vi. & modestũ sane o hospes, risus enim grauis ob ætatem existens nihil agit cum contumelia, & sarculum

nonnunq̃ attingit, ſicubi fodiens ſaxo occurrero, & mihi in arduis auxiliatur operibus. ſi quid p̃terea in agricultura igno rauero, me corrigit: atq; inſtituit. Ego quidem Homero obſe cutus altas plantabam arbores, ſuperiore minorem terrę par tem infigens. & quoties me Proteſilaus corripiebat, Homeri uerbis aduerſus ipſum utebar, hic autem reſpondẽs, ipſe inqt Homerus contrario q̃ tu facis modo imperat. altas enim pręſapientia profundas nouit, ut & puteos altos nominat, pro fundos exiſtentes. itaq; & arbores melius humi uicturas ait ſi maiore quidem parte ſtarent, parua uero agitarentur. cum flores quandoq; irriganti adſtitiſſet, o ſodes inquit unguentũ aqua non indiget, docens uidelicet ne flores diluerem. Phœ. Reliquum autem tempus o Vinitor ubi degit ac uerſatur? Vi. Quandoq; quidẽ, ut ait, in orci: quãdoq; uero in Phthia: nonnunq̃ rurſus in Troia: ubi ſocii: & ad ſuum ac Ceruorum uenationem profectus circa meridiem reuertitur: proſtratuſq; dormit. Phœ. ubi autem Laodamiæ utitur conſuetudine? Vi. in Orci hoſpes: & ipſam mulierum probiſſime agere autu mat, enumeratam: inter quas & Admeti uxor Alceſtis, & ca panei Euadne: & his ęquales modeſtę/ac frugi. Phœ. Conui uantur inuicem? an minime fas eſt? Vi. Nondum hoſpes cibũ capienti occurri: neq; bibentem uidi. Atqui ex hiſce Thaſiis uitibus ad Veſperam ipſi libo: quas ipſe plantat: Maturaq; edulia circa meridiem appono. cum autem & uer aduentaue rit: & autumnus fuerit: Lunaq; ad orbem tendere uerno tem pore, in hoc poculum lac infundens ecce tibi inquam tempo ris fluxum. Tu autem bibe. Et ego quidem hæc locutus di ſcedo. hæc autem ocyus q̃ conniueres, & eduntur/& bibun tur. Phœ. ſuper ętate aũt in qua conſtitutus interiit, quid ait? Vi. ſuum ipſius hoſpes caſum miſeratur: & ſub cuius tutela tunc erat, Demonem iniquum arbitratur/atq; inuidum. cum ut pedem ſaltem in Troia firmaret, ſibi minime conceſſerit. Fore enim ut neq; a Diomede: neq; a Patroclo: neq; a ſecun do Aiace in dimicando ſuperaretur. Aeacidas enim in rebus

bellicis ob ætatem sibi antecessisse haud quaq̄ inficiatur. Et enim se adolescentem fuisse, Verum ex illis Achillem quidē iuuenem, Aiacem uero uirum. & Carmina in ipsum ab Homero dicta comēdat, Licet non Homerica omnia laude prosequatur, q̄ suam quidem uxorem utrasq; scissam genas dixerit: Domum uero semiperfectā: & qua uectus est, nauim magnam/ac ualidam: bellicumq; ipsum appellet. se ipsum autē luget, q̄ nihil in Troia peregerit: sed in terra: in quam uix descenderat, cōciderit. foemori autem impressa est cicatrix. uulnus enim una cum corpore abiectum asserit. Phoe. Quo autem pacto o Vinitor certat, quādoquidem ipsum hoc quoq; facere dicebas? Vi. Omnia quidem bellica preter sagittariam exercet: Gymnastica uero preter luctam. Nam sagittas quidem mittere timidi, luctari uero ociosi esse arbitratur. Phoe. Pācratio ne an pugilatu utitur? Vi. Horū umbras o hospes exercet: & supra hoiem discū iaculat: & .n. supra nubes discū torquet: iacit aūt supra centū cubitos, cū hęc (ut uides) duplo sint Olympico maiora. Currente aūt ipso, nō utiq; uestigiū inuenires: nec signi qcq̄ terræ ipr imit pes. Phoe. Atq magna curriculis ipressa sunt uestigia. ipsi⁹ Herois decē cubitorū magnitudini cōuenientia. Vi. Incedētis hospes illa sunt uestigia: & aliud quicq̄ exercentis. Nullo autē currentis signo tellus afficitur. Suspensus .n. & utpote undarum superficiem attingens tollitur. Ait autem dum in Aulide certaminibus se græci aduersus Troiam exercerent, Achillem se cursu ac saltu superrasse: quæ autē ad bellū pertinent, Achilli (ut dixi) cędit, pręter in Mysos pugnam, Illic .n. mysorum plures interfecisse q̄ illū: præmiaq; uirtutis retulisse. Vicisse autem ipsum & in certamine de Clypeo. Phoe. Quid nam esset Vinitor: quod ad Clypeum spectat? nondum .n. a Poeta dictum: nec ad ea: quę de Troianis rebus memorantur accessit. Vi. De multis hoc hospes dices. Multa namq; cum de uiris, tum de rebus bellicis memorat Heros multis nondum cognita. Cuius rei causam esse ait, q̄ ipsi ob eam: qua Homeri poema

ta prosequuntur, admirationem, solum Achillem: atq; Vlyssem contemplati bonos/ac strenuos uiros contempserint: Et horum ne penitus quidē meminerint: his uero quattuor carminum triremē dicauerint. Achillem autem ait pro dignitate celebrari. Vlyssem uero supra dignitatē. Sed quę de Sthenelo/a Palamede huiusmodiq; uiris ꝑtermissa sunt, tibi paulopost percurram: Neq; .n. horum quicq̄ ignorans discesseris. Mysium quoq; sermonem ad clypeum pertinentem mox ad exitum perducam. Postea uero q̄ pancratii: pugilatusq;/ac disci mentionem facientes ad clypeum delati sumus. Audi Herois mira aduersus Athletas, qui ipso pro symbolo/ac monitore usi sunt. Cilicem, puto, pancratiasten audis: quem Halterem patres appellabant, multo fuisse aduersariis minorē. Phoe. Noui utiq; ex statuis coniiciens. æneus. n. multis in locis erectus est. Vi. Huic hospes maxima inerat peritia: maximus animus: uehementerq; ipsum apta quędam membrorum figura/ac concinitas corroborabat. Ad hoc itaq; templū profectus puer (Nauigabat autē recta Delphos iudiciū certaminis subiturus) percunctabatur Protesilaum, quid nā faciens aduersarios superaret? hic uero premens respondit, Animi autem solicitudo ipsum statim capit athletam, utpote ab oraculo reiectum. Sed cum primus subplantare in palestra excogitasset, mox intellexit, q̄ iuberet non dimittere pedē. collucta torem. n. & continue calce premere oportet, & aduersario subiacere, quod cum fecisset athleta, & pręclarū est nomen consecutus: & a nemine uictus. Audis autem fortasse & Plutarchum dexterum. Phoe. Audio. pugilem. n. ut par est, dicis. Vi. Hic secunda Olympiade ad uiros reuertens Heroē precatur, ut sibi de Victoria respondeat. Ipse uero iubet, ut Acheloo supplicet Enagonio. i. q certanti aderit. Phoe. Quid sibi uult hoc ænigma? Vi. Certabat autem in Olympia aduersus Hermean ægyptium pro uictoriæ corona. Sed cū hic quidem pręuulneribus, hic uero siti defecissent. Nam uigēte meridie pugile certamen exercebant, nubes in stadium discin

ditur, & sitiens Plutarchus aquam, quam coria brachiis in-
uoluta conceperant, hausit. & oraculi memor: ut postea dice
bat, audenter in aduersarium irruit/ac uictoriam consecutus
est. Eudæmonem autem forte admiraris, sicubi pugnis certã
ti occurristi. huic sciscitãti quo pacto uinci haud posset, si mor
tem neglexeris, respondit. Phoe. Et paret quidem o Vinitor
oraculo, Sic. n. se ipsum constituens. Adamantinus/ac diui-
nus non nullis uidetur. Vi. At Helix athleta, ipse quidem ad
hoc nondum nauigauit templum. Sed cum de suis quendã so
ciis misisset, sciscitatus est, quoties in Olympia futurus esset
uictor. hic uero bis inquit superabis, si ter nolueris. Phoe. Di-
uinum uinitor. dices. n. forte quod in Olympia gestũ est. una
enim uictoria sibi prius existente cum uir a pueris luctando
uicisset, in illa Olympiade ad luctamq; & pancratum se se
exuit. Cuius rei causa indignati Elei/ deliberabant quidẽ ab
utroq; ipsum arcere: Olympica crimina in ipsum componen
tes, uix uero ob pancratium coronarunt. hanc igitur ut decli
naret inuidiam Protesilaus prædicebat. Cũ prestantibus ip-
sam uiris aduersari minime ignoraret. Vi. Optime hospes ora
culum coniectasti. Phoe. ex morbis autem quibus medetur?
Multos. n. ipsi ais supplicare. Vi. Omnes, quicunq; sunt, cu-
rat: maxime uero phtheses/atq; hydropicos/& oculorũ mor
bos/febriq; quartana laborantes. Potest & amore captus ip
so uti consultore. uehementer etenim dolet, cum aliquem cir
ca amorem infoelicem nouerit. carminaq; atq; artes subiicit:
quibus suas demulceant delitias. Adulteros autem neq; allo
quitur: nec amatorium quicquã admonet. Ait. n. se ipsis ira-
tũ, q amorem calumniis afficiant. Quare cum Mœchus huc
quandoq; cum muliere quam solicitabat, profectus esset, uel
lentq; in uirum coniurare: presentem quidem: sed qui nihil
adhuc resciseret. Protesilaus quidem hic sub meridiem dor-
miebat. ipsi uero aræ adsistentes iurabant. quid igitur Prote
silaus? Excitat hunc canem & si (ut uides) mitem, ut eos in-
uadat, & adhuc iurantes mordeat. & cum hoc pacto iusiurã

dum confudisset, instat uiro / ac iubet, ut illos quidem negligat. esse namq; ipsorum morsum incurabilem. se uero nunc saltem / suamq; ipsius domum conseruet. deos. n. ait omnia scire: Heroas uero diis qdē pauciora: hominib9 uero plura. Multa huiusmodi confluit turba: si omnia in Phthia / ac Phylace existentia commemorarē, cunctis Thessaliam incolentibus nota. Templum. n. illi promptum per Protesilaum / atq; efficax est: multaq; Thessalis humana / ac mitia significat, rursusq; iracunda, si negligatur. Phoe. Credo per Protesilaum uinitor, honestum est. n. ut uideo, per huiusmodi quoq; iurare Heroem. Vi. Iniuria utiq; afficies hospes: si non crediderís & Amphiaraum: quem tellus sapienti fertur adyto continere: huiusq; Amphilocū filium plura fortasse q̄ ego cognoscens: cum haud procul a Cilicum continente distes: & Euanthis filium Maronem: quae in Ismaro sunt, uineas frequentātem: & ut suauissimum ferant uinum, efficientem: Plantantemq; / ac perlustrantem: cum interea ab agricolis pulcher ac delitiosus spectatur Maro / potabile quid / ac uinolentum spirans. scire autem opus est quę & ad Thracem Rhesum spectant. Rhesus. n. quem in Troia Diomedes interfecit, Rhodopen dicitur habitare: multaq; ipsum admiratiōe digna facere canunt. Aiunt. n. equos ipsum alere: armatumq; incedere / ac uenationi uacare. q̄ autem Heros uenetur, indicio esse, q̄ apri / ac dorcades cęteraeq; in monte uersantes ferę ad Rhesi aram: ut immolentur, accedant, nulloq; uinculo detentę cultro se ipsas exhibeant. Fertur autē hic Heros pestem quoq; a finibus arcere, Cum Rhodope hominum copiosissima sit: multiq; circa templum existant pagi. Vnde pro suis ipsius militibus mihi uidetur clamaturus Diomedes: si hunc quidem Thracem: quem ipse interfecit: cum in Troia nihil memoratu dignum gessisset: nihilq; illic plurimi faciendū preter candidos equos ostendisset: & esse arbitremur: & per Rhodopē / ac Thraciā iter facientes immolemus: ipsos uero: qui pręclara / ac diuina peregerunt facinora, contemnamus: suam ipsorum gloriam

fabulosam:temereq; iactatam arbitrantes. Phoe. Tuæ accedo sententię uinitor:nec quispiam deinceps huiusmodi rebus non fidem pręstabit. hi autem quos bellico more in Phrygio campo incedere aiebas, quando conspecti sunt? Vi. Spectantur inquã spectantur a bubulcis/ac pastoribus:& quandoq; in Telluris cernuntur perniciem. Etenim si puluere inspersi apparent, ariditatẽ significant regioni. sin sudore oppleti, diluuia atq; imbres pręseferũt. q; si sanguis circa ipsos aut arma spectẽtur, morbos Ilio remittunt. Cum uero horum nihil circa simulacra cernatur, bona iam adducunt tempora. Itaq; immolant ipsis tunc pastores: hic quidem agnũ:hic uero taurum:ille pullum:alius ex iis:quę pascit aliquid. Quæcunq; autẽ greges inuadunt cõtagia, oĩa ab Aiace propterea (ut puto) aiunt proficisci, q; cum Iudicii causa insaniret, greges pro Græcis dicatur trucidasse. Nec quisquam circa sepulchrum quicquam herbę metu pascit. Pestifera.n. ac pastu perniciosa nascitur. Fama est Troianos quandoq; pastores pecudibus sibi ægrotantibus contumeliose in Aiacem se se gessisse: qui cũ sepulchrum circunstetissent, modo Hectoris: modo Troię: nonnunq̃ gregum hostem appellabant. Et hic quidem insania fuisse correptum: hic uero insani[illegible] dicebat. at pastorum petulantissimus, Aiax autẽ haud amplius manebat, hucusq; Homeri uersum in ipsum utpote timidum canebat. Ipse uero at manebam inquit: horrendum quid atq; arduum ex tumulo clamitans. Dicitur preterea & armis obstrepuisse: ut in pręliis consueuerat. quod autem infœlices illi passi sint: minime admirari oportet. Siquidem Troiani/ac pastores existentes Aiacis ĩpetu perculsi sunt:& ipsorũ quidẽ parti cecidere: parti timuere: nõ nulli uero ubi pascebãt, aufugerũt. Aiax aũt admiratione dignus est. Ipsorum enim neminem occidit: quiimo qua usi fuerant, contumeliã patienti sustinuit animo: cũ ipsis se tantum audire indicasset. Hector uero (ut puto) hospes hanc ignorabat uirtutẽ. Superiore namq; anno ab adolescentulo quodam admodũ (ut ferunt) iuuene/ac rudi affe

ctus contumelia in adolescentulum irruit:ipsumq; in uia interfecit flumini facinus adscribens. Phoe. Ignoranti dicis uini tor:orationemq; admiranti. Nusq̃.n. Heroem hunc apparere censebam.& cum mihi grecorum res nuntiabas, Hectoris uicem dolebam. Siquidem neq; arator:neq; aepolus de ipso quicquam narrat:illosq; homines latet/ac plane iacet. Nã de Paride cuius causa tales/ac tanti cecidere, nihil penitus audire dignũ censeo. De Hectore uero non ne[illegible]enter per cunctabor:& letus audiã:nisi hec pertransieris/ac negligenter dixeris.quippequi & Troie:& totius auxilii erat columen quadrigis autem:quibus Heroum nullus alius utebatur: Graecorumq; naues conburebat:& aduersus pariter omnes in ipsum structa acie irruentes pugnabat. Vi. Audi igitur plura.quandoquidẽ hoc esse haud negligenter dicere autumas. Que enim Ilii est Hectoris statua, semideum refert hominẽ: multosq; prefert affectus, Si quis diligenter accurateq; spectauerit. Etenim elata est/ac terribilis:alacrisq;:& cum mollitie uigens:& absq; ulla coma pulchritudo. Est autem usq; adeo spirans:ut ad se tangendam spectatores attrahat. Hec in circumspecto quidem Ilii loco erecta est. Multa uero cum publice:tum priuatim operatur bona. Vnde ipsi supplicãt:& sacrificii uice certamen celebrant. Quando iam adeo feruida efficitur atq; Enagonios ut ex ipsa defluat sudor. Adolescens itaq; Assyrius Ilium profectus conuicio Hectorem prosequebatur, currus:quibus ab Achille quondam tractus est, ipsi obiiciens. Aiacisq; lapidem quo petitus aliquandiu exanimatus iacuit:& q̃ Patroclum primum fugerit:nec ipsum interfecerit:sed alii. Hectoris autem statuam transmutabat. Achillis enim ipsam esse dicebat:post comam Patrocli causa abscissam. His expletum conuiciis adolescentem Ilio expulit: & priusq̃ decẽ inde abesset stadia, Amnis adeo breuis:ut ne nomen quidem in Troia adhuc sortitus esset, ingens ex paruo attollitur:&,ut qui diffugerũt comites retulere, magnus atq; armatus amni precedebat miles, barbara/ac uehementi

ipsum exhortans uoce:ut in eam uiam aquam flecteret:qua haud magnas Adolescens agitabat quadrigas: quas una cum adolescente uociferante:& Hectorem in posterum cogniturо cum amnis surripuisset, in suum ipsius abduxit alueum. itaq; eum perdidit:ut ne corpus quidem recipere permitteret. Nam nescio quo profectum euanuit. Phoe. Neq; Aiacem admirari oportet uinitor, q̃ pastorum cõtumelias ęquo animo tulerit:neq; Hectorẽ esse barbarũ existimare, q̃ adolescentis conuicia nequiuerit sustinere. his.n.& uenia fortasse danda est:qui, cum Troiani essent:pecudesq; sibi male haberent, tumulo insultabant. At adolescenti assyrio in Troianũ Heroem conuicia iactanti quae nam uenia danda esset? neq; enim inter assyrios/ac Troianos ullum unq̃ gestum est bellum:neq; ipsorum greges Hector diripuit:ut Troianorum. Aiax. Vi. Affectu quodã erga Hectorem moueri uideris hospes:nec cum ipso dissidium exercere dignum censeo. Caeterum ad Aiacis gesta redeamus:illinc enim nostra(ut puto) digressa est oratio. Phoe. Illinc uinitor:& ut uidetur, reuertamur. Vi. Aduerte igitur hospes. Appulsa quandoq; Aiacis tumulo naui, externorum duo pro sepulchro exultabant/ac tesseris ludebant:quibus adsistens Aiax per deos inquit, hunc mutate ludum. Palamedis enim & sapientis:& mihi oppido q̃ necessarii facinora in mentem reducit. perdidit autẽ tam me q̃ illum inimicus unus iniquum in nos machinatus iudicium. Phoe. Lachrimas effudi per solem uinitor. nã quę uterq; passus est, similia:& ad beneuolentiam conuenientia. Bonorum etenim comunicatio inuidiam quoq; plerumq; parit. quicunq; uero calamitates communicauerint, mutua se inuicem diligunt miseratiõe. Sed potes ne quempiam dicere:qui Palamedis in Troia simulacrum uiderit? Vi. Quę quidẽ spectantur simulacra nondum cuia singula sint, constat. Multa namq;:& alius aliud:specie preterea:atq; aetate/armisq; inuicem mutantur. huiusmodi tamen de Palamede audio. Erat Ilii agricola:idem quod ego quandoq; faciens. Is Palamedis

calamitatē iniquo animo ferebat:& ad litus profectus:iuxta quod lapidibus ab Achiuis dicitur petitus, ipsum lugebat:& quæcunq; sepulchris lege sanciunt homines, pulueri offerrebat:uitiumq; suauissimas ipsi deligens uini poculum exprimebat:& una cum Palamede bibere dicebat, cum ab operibus quiesceret. Erat autem ipsi & canis:qui arte quadā blandiens hominibus insidiabatur. hunc Vlyssem appellabat:& Palamedis causa hic cędebatur Vlysses:mala exaudiens infinita. Statuit autem hunc quandoq; adire amatorē, aliquoq; afficere beneficio. Itaq; cum uiti uacaret:genuq; ipsius mederetur, adsistens ipsi Palamedes, ecquid me nosti inquit agricola? quo pacto respondit:quem nondum uidi? quid igitur inquit, amas:quem minime nosti? Intellexit agricola esse Palamedem:& speciem ad ingentem Heroem: pulchrumq; / ac uirilem referebat:nondum triginta annos natum:ipsumq; ridendo amplectens diligo te inquit o Palamedes, q; mihi hominum sapientissimus: & in iis quæ ad sapientiā pertinent, æquissimus athleta fuisse uidearis:& ob Vlyssis in te fraudes ab Achiuis miseratione digna perpessus. Cuius tumulus si quis hic esset, defossus iam diu a me fuisset. Scelestus est enim ac Cane:quem ipsius causa alo, deterior. Parcamus in reliquum Vlyssi inquit Heros. horum namq; apud inferos ab eo accepi pœnas. Tu autem postq̄ uites diligis, dic mihi qd maxime ipsis times? quid nam aliud inquit, q̄ grandines, a q bus occecantur:ac franguntur? Vitium uini inquit Palamedes lorum applicemus:& Cæteræ grandinibus haud quaq̄ petentur. Phœ. Sapiens utiq; est Heros uinitor:semperq; boni aliquid hominibus excogitat. De Achille autem quid dices? Hunc enim omnium grecorum maxime diuinum arbitramur. Vi. quæ quidem in ponto hospes, si nondum ad ipsum nauigasti:queq; in insula ibi existente agere dicitur, ego tibi in prolixiore de ipso oratione postea referam. Quę uero in Troia, ab aliis nequaq̄ differunt Heroibus. Et enim non nullos adit:atq; alloquitur:ferasq; insequitur, q; autē sit achil

les, cum speciei pulchritudine: tum magnitudine/atq; armorum fulgore coniiciunt. Post terga autem ipsius uentorũ procella simulacri comes uolutatur. Deficiet me uox hospes talia memorantem. Etenim de Antiloquo quoq; canunt, q. s. puella ilias ad Scamandrum proficiscens Antilochi simulacrum alloquatur: ipsiusq; amore Capta corpori inhęreat: q. q; bubulci adolescẽtes dum circa Achillis aram Talis luderẽt, alter Pedo alterum percutiens occidisset: ni ipsos Patroclus deterruisset, mihi satis est dicens unus pro talis sanguis. licet autem hæc cum ex bubulcis: tum ex Ilium icolentibus percipere. eorum enim utimur commertio utpote Helespontiaci ostii ripas habitantes: & fluuium ut uides, mare faciẽtes. Agę hospes iam clypeum resumamus: quem neq; ab Homero: neq; a Cęteris fuisse cognitum poetis asserit Protesilaus. Phœ. exoptanti mihi reddis uinitor istum de clypeo sermonem. Est. n. ut puto auditu rarum. Vi. rarissimum, quare animaduertens audi. Phœ. animaduertens inquis, ne feræ quidẽ in Orpheum canentem sic inhiauerant: ut te audiens ego & aures arrigo: & mente inuigilo: omniaq; ad memoriã colligo. existimo autẽ me ex iis unum esse, qui ad Troiam militarunt, usq; adeo a Semidiis: de quibus diserimus, detẽtus sum. Vi. postq̃ igitur ita sentis, ex Aulide soluamus o hospes, nam q illic collecti fuerint Gręci, uerum est. Orationis autem ingressus atq; initium Protesilao dedicetur: q. Mysiam quidẽ tunc Telepho subditam priusq̃ Troiam dirripuerint Græci: Telephusq; pro suis dimicans ab Achille fuerit uulneratus, licet tibi & a Poetis audire. neq;. n. hęc ab ipis ommissa sunt, At credere q Græci regionem ignorantes Priami res se depopulari arbitrarentur, Homeri de Calchante uate redarguit sermonem. Nam si ad uaticinium nauigabant: & artem ipsam ducem faciebant, quo nã pacto illuc inuiti appulsi sunt, aut aduecti q ad Troiã irent, ignorarunt: cũ presertim multis & bubulcis & pastoribus occurrerent. Ipsa etenim regio usq; ad mare pascua exhibet, & nauigãtibus (puto) mos est

regionum nomina percunctari. q̃ si horũ nihil consecuti: ac percunctati fuissent, at Vlysses saltem/ac Menelaus legati quondam ad Troiam profecti: atq; Ilii pergama conspicati, haud uidentur hęc fuisse despecturi: exercituiq; concessuri: ut ab hostili aberrarent regione. Sponte igitur Græci depopulabantur Mysos, cum omniũ Asiam incolentium esse opulentissimos/ac felicissimos accepissent. Id quoq; preterea metuẽtes ne proximi/atq; accolę Ilio existentes ad discriminum societatem accerserentur. Hæc autem Telepho utpote ab Hercule genito: atq; alioqui inclito armatæ imperanti regioni haud quaq̃ ferenda uidebantur. Vnde tam clypeatorum: quã equitum multas construxit acies. Ducebat autem omnes ex sibi subdita Mysia. uniuersæ namq;(ut puto) maritimę imperabat. Superiorem preterea Mysiam incolentes belli societatem inierant: quos equarum pastores/atq; ipsarum lac bibentes Abios Poetæ appellant. Gręcorum enim cõsilio: quo nauigationis ambitum facerẽt, haud quaq̃ incognito, q̃ Tlepolemus Rhodia nauicula actuaria nuncium ad Fratrẽ miserat: qui literis nondum repertis coram significaret, quæcũq; græcorum in Aulide persenserat, uniuersi mediterranei ad belli societatem descenderant: Mysięq;/ac Scythicę gentes in campum confluebant. Aiebat autem Protesilaus hoc gręcis omnium quęcunq; & in ipsa Troia: & cum barbaris postea subierunt discrimina, maximum extitisse. Nam & uniuersi pariter Telephi in bello socii/& singuli, uiri erant probatissimi: & ut Aeacidę/Diomedesq;/ac Patroclus ab Achiuis canebantur, sic & Telephus/ac Martis filius Aemus nominis claritate excellebant: nominatissimi preterea erant Istri Scythici fluuii filii Helorus/& Actęus. Vt autem græci nauibus egrederentur, Mysi cum sagittis: tum aliis quoq; a terra telis minime concedebant. At Achiui etiam non permittentibus Mysis, exire nitebantur: & Arcades utpote tunc primum nauigantes: & in mari minime exercitati: nauium non nullas litori appulere. Ait enim(ut fortasse nosti) Homerus

Arcades ante Ilium nec nauticos fuisse: nec maritima opera attigisse. Sed Agamemnonem sexaginta: quas ipse prebuerat nauibus eos, cum nõdum antea nauigassent, in mare deduxisse. Vnde rei quidem militaris peritiam/ac robur in pedites exhibebant. nauigantes uero neq; boni militis: neq; remigis officio fungebantur. Naues igitur imperitia atq; audacia appulerunt: & ipsorum quidem multi ab iis: qui in litore dispositi erant: uulneribus affecti sunt. pauci uero desiderati. Achilles autem/& Protesilaus Arcadibus metuentes, ut pote excompacto ambo pariter in terram desiluerunt: Mysosq; expulere. Cum grecorum omnium optime armati/ac pulcherrimi cernerentur: & iis qui admodum essent barbari, Dęmones uiderentur. Postea uero q̃ Telephus exercitum in campum deduxit: & gręci per silentium appulsi sunt, omnes qui nauibus uecti fuerant preter gubernatores: ac seruitia, in litus statim emicabant: ordinemq;/ac silentium animo conti nentes ut ad pugnam struebantur. recte namq; hoc Homerum de ipsis dixisse asserit, dum Graecae pugnę consuetudinẽ commendat: cuius consultorem Telamonis filium ait fuisse. Mnestheo enim Atheniensi struendę aciei regum peritissimo ad Troiam proficiscente: atq; in aulide ut instruendus esset exercitus edocente: nec clamore utentes increpãte, Aiax minime permittebat: quinimo corripiebat, muliebre/atq; innorme id esse indicans. Dicebat preterea clamorem perperam animum interpretari: Collocatos autẽ fuisse ait aduersus quidem Mysos se: & unam cum Patroclo Achillem. Aduersus uero Martis filium Aemonem, Diomedem/Palamedemq;/ac Sthenelum. sed Atridae/Locrusq;/ac reliqui in eos: qui ab Istro uenerant, instructi. Magnus autem Aiax eos quidẽ qui multitudinem/uulgumq; interficerent, messores esse magni nihil metentes arbitrabatur. qui uero optimos superassent arboricidas appellabat: & hac se ipsum pugna magis esse dignum censebat. Propterea igitur in fluminis quoq; filios: nec eiusdem partis existentes: & ex quadrigis Hectoris more pu

gnantes irruit: superbeq; cum hasta incedens strepitũ ad perturbandos equos clypeo edidit. Equi autem & amentes repẽte facti sunt: & erecti resultarunt. Vnde scythæ currui utpote perturbato non amplius fidentes ab eo desiluerẽ: & cum Aiace congressi sunt: strenueq; dimicantes ambo occidere. Palamedis quoq; gesta ut ingentia memorat Protesilaus: qui una cum Diomede / ac Sthenelo, cum Aenum: & qui cũ eo erãt, interfecisset, ne uirtutis quidem pręmia consequi dignũ censebat: Sed illa quidem Diomedi habenda concedebat: quandoquidem pro fortium uirorum honore / ac gloria ipsum omnia agere nouerat. Si uero sapientiæ coronam aliquam proposuisset Gręcia, hanc nemini concedebat: cũ & sapientiæ esset studiosissimus: & hoc unum meditaretur. Cum Telepho aũt se quidem conflixisse ait Protesilaus: clypeumq; uiuenti detraxisse. Achillem uero in nudum irruentem fęmori uulnus impegisse: uulnerisq; postea in Troia medicum extitisse, Tunc uero pręuulnere exanimatum Telephum fuisse moriturum, ni concurrentes Mysi ipsum de pręlio recepissent, cum interea Mysorum quamplurimi ipsius causa occidisse ferũtur: quorum cruore infectus fluxit Caicus. Litem autẽ de clypeo aduersus se Achillem ait exercuisse: quandoquidem ipse Telephum uulnerauerat. Sed Gręcos clypeum sibi magis conuenire decreuisse: quia uulnerari Telephus haud quaq̃ ualuisset, ni illo fuisset spoliatus. Ait autem Protesilaus q; Mysæ Mulieres cũ uiris ex equis ut Amazones pugnabant: Telephiq; uxor Hiera huic equitatui imperabat. Hanc igitur Nireus dicitur interfecisse. Adolescentes eni totius exercitus nec dũ probatos aduersus ipsas collocauerant. Occisa autem Hiera Mysæ exclamarunt: & cum suum ipsarum equitatum perturbassent, in Caici paludes delatę sunt. Hanc autem Hieram Protesilaus omnium: quas unquam uiderit, mulierum fuisse maximam fatetur: omniumq; earum pulcherrimã: quęcunq; pulchritudinis nomen consecutæ sunt. Etenim Helenã Menelai uxorem in Troia quidem uidisse inficiatur. Nunc uero

ait se ipsam Helenen intueri: nec q pro ipsa decesserit accusa re. Sed si Hieram in mentem redegerit, tanto ipsam Helene esse præstantiorem contendit, quanto illa Troianis presti terit mulieribus. & ne hęc quidem hospes ab Homero laudẽ consecuta est: Verum Helenæ gratificans in sua ipsius poemata diuinam haud quaq̃ induxit mulierem: Cuius etiam oc cisæ causa nescio quid passi dicuntur Achiui: imperasseq; iuuenibus seniores, ne Hieram exuerent: nec iacentem attinge rent. In hac hospes pugna græcorum multi uulneribus affecti sunt: & Balinea uulneratis ex uaticinio fuere tepidi in Ionia fontes: quos nunc quoq; Smyrnam incolentes Agamem nonios appellant. Quadraginta autem (puto) stadia ab urbe distant: & Mysię captiuæ galeę olim ipsis dicatę. Phœ. Quid igitur uinitor dicemus? sponte ne, an inuitum Homerum hæc tam suauia / ac poetica reliquisse? Vi. Sponte fortasse. Nam cum uellet Helenen utpote mulierũ optimam pul chritudinis causa celebrare: Troianaq; pręlia ut omniũ: quæ unq̃ alibi gesta sint maxima, laudibus prosequi, diuinũq; Palamedem ut Vlyssi gratificaretur, de suo exciperet sermone: & uni Achilli operũ pręstantissima ita adscriberet, ut Achil le pugnante, cęterorum omnium obliuisceretur, neq; Mysia composuit carmina: neq; huius belli meminit: in quo & mulier Helene formosior: & uiri Achille fortitudine minime in feriores: & probatissimum certamẽ inueniri potuisset. Quod si Palamedis mentionẽ fecisset, non utiq; inuenisset, quo pacto Vlyssis opprobrium in ipsum celaret. Phœ. Quid igitur Protesilaus de Homero sentit? huius eni poemata ipsum aiebas explorare. Vi. Homerum ait o hospes ut pote in harmonia musica omnes cecinisse poeticos tropos: cũctosq; sui tem poris poetas: in quo quisq; maxime excelleret, superasse. magniloquentiam enim supra Orpheum exercuisse: Hesiodũq; suauitate uicisse: & alio alium, & Troicum sibi subiecisse sermonem: In quem gręcorum / ac barbarorum omnium uirtutes fortuna contulit. Adduxisse autẽ in ipsum bella: hæc qui-

dem in uiros:illa uero aduersus equos/ac mœnia:alia contra fluuios:non nulla aduersus deos/ac Deas:& preterea quęcũ q; in pace existunt, Choreas/Odas/amoresq;/atq; epulas:& quę ad agrorum cultum pertinent, opera:& tẽpora:quę quid in agris sit agendum, significent:nauigationes:& quæ fabrefecit Vulcanus arma:uirorumq; species:ac uarios mores. Hæc omnia Homerum ait diuinitus expressisse: eosq; qui ipsum haud diligunt, insanire. appellat autem ipsum Troiæ conditorem, q; ex Homeri in ipsam luctibus sit nomen consecuta. Illa etiam Homeri carmina admiratione prosequitur:quibus Cęteros poetas increpat:quoniam non aspere: sed ut latens ipsos corrigit. Hesiodum quidem cum in aliis non paucis, tum per Iouem in clypeorum excussionibus. Hic enim Cyeni clypeum quandoq; interpretans Gorgonis speciẽ supine/ac minime poetice cecinit, Vnde ipsum monens Homerus ait. In hoc quidem clypeo Gorgon terribiles habens oculos posita erat:horrendum intuens: Circa autem timor/ ac fuga. sic Gorgonem canit. Orpheum autem in multis ad Theologiam pertinentibus superauit:nec non & Musæũ in oraculorum odis. Preterea etiam cũ Pamphus sapienter quidem animaduertisset Iouem esse animantium genitorem: & per quem omnia e terra oriuntur, ignauius uero/ac simplicius esset usus oratione:demissaq; in Iouẽ cecinisset carmina. sunt enim Pamphi uersus. Iupiter gloriosissime/maxime deorũ/ inuolute fimo ouillo:& equino/& mulino, Homerum Protesilaus ait pro dignitate Iouis Hymnum cecinisse. Iupiter gloriosissime/maxime/atras habens nubes/Aetherem habitans: utpote incolente quidem ipso quod purissimum est:animata uero:quę sub ęthere sunt reddente. pugnas autem quęcunq; Neptuno quidem aduersus Apollinẽ:Latonæ uero in Mercurium fuere, & q; Pallas cum Marte: Vulcanusq; cũ aqua pugnauerint, hæc ad Orphei modum Homerũ ait fuisse philosophatum, Nec esse damnanda ad stuporem quinimo diuina:ut & illud circum autem magnum intonuit cælum: & a

sede resultauit Pluto concussa a Neptuno terra. Illa uero Homeri accusat, Primum quidem q cũ deos hominibus miscuerit, de hominibus quidem ingẽtia: de Diis uero exigua / ac uilia dixerit. Deinde q plane cognoscens Helenẽ in Aegypto esse una cum Paride a uentis delatam, hic uero ipsam ad Ilii murum adducit: quę in campo erant mala, spectaturam. &c.n. par erat, etiam si per aliam mulierem hæc facta fuissent, tegere: ac minime cernere cum ad generis calumniam spectarent. Cum autem Paris ne in Troia quidem ob Helenes raptum laudaretur: neq Hectorem ait uirum temperatissimum, quin ipsa, si Ilii fuisset, Menelao redderetur, fuisse passurum: neq Priamum multis iam sibi interemptis liberis, Paridi ut deliciose ageret, permissurum fuisse: neq Helenen, quin ab illis Troianis mulieribus occideretur, fuisse declinaturã, quę cũq uiros: aut fratres: aut filios amisissent. Forte uero ipsam ob cõtractum in Troia odium, ad Menelaum fuisse transfugiturã. Excipiatur autem & certamen: quod Paridem pro Helenę cum Menelao sub belli fœderibus concertasse inquit Homerus. Etenim in Aegypto Helenen fuisse ait: græcosq id iam diu haud ignorantes illi quidem ualere dixisse, Pro Troianis uero opibus dimicasse. Ne illa quidẽ Homeri laudat Protęsilaus, q cum troicum sibi subiecisset sermonem, post Hectorem a sermone transilit utpote ad aliũ properans sermonẽ: quo Vlyssem describit: & Demodoci quidẽ: ac Phemii odis, Troię direptionem: Epeiq: ac Palladis equum canit. Percurrit uero hæc troicum abscindens sermonem: Vlyssiq potius dedicans: propter quem Cyclopum ab ipso excogitatum est genus, cũ nusq terrarũ fuerint: expressiq Læstrigones: quos nemo ubi unq fuerint, nouit. Circen preterea deam ueneno4 peritam: aliasq deas ipsius Vlyssis licet ad crudam uergentis senectam, amore captas confinxit, Cum & hyacinthinas comas: quæ apud Nausicaam ipsi floruerunt, habere uideatur, unde Homeri ludibriũ / Protesilaus Vlyssem appellat, neq enim celebratam ipsius sapientiam diligebat puellã. Quid

enim apud Nausicaam sapienter aut dixit: aut egit? Vocat autem ipsum Homeri Ludibriũ & alibi. Dormiens etenim multis in locis perit: & ex phæacum naui ut in secunda nauigatione defunctus effertur. Neptuni autẽ iram: qua & nulla est Vlyssi relicta nauis: & qui eas implebant nautæ periere non Polyphemi causa fuisse asserit. Neq; enim Vlyssem ad huiusmodi peruenisse domicilia: Neq; si Neptuno Cyclops fuisset filius, pro tali filio potuisse unq̃ ad iram concitari Neptunum: qui saeui leonis more homines deuoraret. Sed propter Palamedem nepotem nauigatu difficile quidem Vlyssi reddebat mare. Cum uero maris discrimina euasisset, in ipsa Ithaca eum postea perdidit, cum marinam (ut puto) cuspidem in ipsum edidisset. Ait autem Achillis quoq; iram haud ob Chrysæ filiam grecis incidisse: uerum & illum Palamedis causa fuisse iratum. Sed hic sermo ad Achillis facinora reseruetur. omnes enim percurram Heroas: quę de ipsis a Protesilao audiuerim referens. Phoe. Ad suauissimam mihi orationem peruenisti. equorum enim / ac uirorum sonitus iam meas percutit aures: magniq; aliquid boni me auditurum auguror. Vi. Audi hospes. Nihil aũt me pręthereat Protesilaus: nec eorum quæ audiui quicquam obliuiscar.

Nestor.

TAq; Nestorem Nelei filium Grecorum natu maximum ad Troiam uenisse dicit: multisq; exercitatum bellis: ætate iam uigente sibi exhaustis: Gymnicisq; certaminibus: in quibus pugilatus / ac luctę pręmia proponebantur: & quod ad struendos tam pedites q̃ equites pertinet, hominum optime tenentem: & ab adolescentia ita populum ducentẽ, ut per Iouẽ non ipsi adularetur: sed modestiorem redderet. Agere autem ipsum orationis pulchritudine / ac suauitate. Vnde & increpationes: quibus uteretur, minime rudes atq; iniucundas uideri: & quæcũq; de ipso ab Homero dicta sunt, uere omnia dicta esse fatetur. Pretẽrea etiã quæcunq; alij de Geryonis bobus dixere, q; scilicet Herculi

eas Neleus/ac cæteri pręter Nestorē Nelidę abstulerint, ut uera/nec adinuentą/siue ficta laude prosequitur Protesilaus. Herculem enim æquitatis præmium Messenen Nestori dedisse, q̄ non ut fratres quicq̄ aduersus boues deliquisset. Dicitur autem Hercules ipsius modestissimi/ac formosissimi existentis amore fuisse captus: magisq; ipsum q̄ Hyllam/aut Abderum dilexisse. hi enim puelluli adhuc erant: atq; admodum infantes. Nestor uero iam ephebus animi/ac corporis uirtutem exercebat. quo factum est ut non magis eum Hercules diligeret, q̄ ab eo diligeretur. cum autē Herculem iurare hominibus minime esset consuetum, primum id ait instituisse Nestorem: iisq; qui ad Troiam erant, tradidisse.

Antilochus.

Visse autem ipsi filium Antilochum circa media belli tempora ad Troiam profectum. Iuuenē enim necdum bellicis perętatem rebus idoneū fuisse ait Antilochum. Cum in Aulide græci cogerentur: uolenti autē ipsi militare patrem haudquaq̄ concessisse. Verum cum quintus iam bello accessisset annus, nauim conscendisse: ad Troiamq; uenisse: ad Achillisq; tentorium profectum: quoniam maximam ipsi cū patre intercedere amicitiā audiebat, Achilli supplicasse, ut ipsum apud patrē excusaret: si quo pacto fieri posset, ne q ipsi haud obsecutus fuisset, indignaretur. Hic uero Antilochi pulchritudine lætatus: ipsumq; ob animi promptitudinem admiratus, nondum inquit tuum adolescens nosti patrem, si non ab ipso te potius laudatum iri existimas. cum iuuenile/ac liberale facinus peregeris. & recte hęc dixit Achilles. Vehemēter. n. filio gauisus Nestor: & ipsi9 causa sibi placens ad Agamemnonem ducit. Hic autem illico Achiuos conuocat: & tunc melius q̄ unq̄ alias disseruisse dicitur Nestor. Conuenisse enim lætitia affectos, ut Nestoris filium intuerentur. Neq; enim in Troia fuisse filium: neq; (ut nō nulli falso ferunt) Thrasimedem quendā: neq; alium. Stetisse autē Antilochum sub patre erubescentem: atq; in terram despiciē

tem:nec pauciores assecutum formæ admiratores:q̃ Achil-
les adeptus fuerit, Etenim illius quidem speciem horrendam
pariter/ac diuinam apparere. Antilochi uero formam Iucun
dam/ac placidam omnibus uideri. & Achiuos ait Protesila-
us ne alioqui quidem oblitos, tunc maxime in sui ipsius cogi
tationem uenisse, cum & ætate: & magnitudine sibi ipsi An
tilochus congrueret. ipsorum autem multis amborum ætatis
miseratione lachrimas obortas. Græcosq; Nestorē laudibus
ob ea quæ dixerat, prosecutus. In ipsum enim ut patrem affe
cti erant. licet tibi & Nestoris adducere statuam, sic.n. ipsum
Protesilaus interpretatur, q.s. hilaris/atq; in risus appetitio
ne uideretur: uenerabilisq; esset barba: atq; intra modū. quæ
autē in lucta ipsi peracta fuerē, aures arguerent: & adhuc sub
iuuenescens ceruix. Etenim rectum ait fuisse Nestorem: nec
senio uictum. Fuisse autem & nigrum oculos; nec suspensum
nares. hęc autem in senecta ii soli continent: quos haud quaq̃
deficit bona ualetudo. Antilochum uero cętera quidē patris
fuisse similem ait, sed cursu prestantiorem: speciéq; puriorem
nec comæ causa sibi placentem. Illa preterea mihi de Antilo
cho refert, equorū ipsum fuisse/ac uenationis studiosissimū,
utpote qui bellorum tolerantia in feras uteretur. Itaq; una
cum Achille/ac Myrmidonibus sępe Idam Antilochū ait re
petisse: & per se cum Pyliis: atq; Arcadibus, qui exercitui fe
rarum forum prebebant, cū innumeras caperent. In bellicis
autem rebus generosum fuisse ait, ac pedibus uolucrem/atq;
in armis agilem: & ad ea quę pręcipiebantur, exequenda op-
pido q̃ prudentem: uenustatemq; ne in pręliis quidem amit-
tentem. interfectū autē fuisse, non ut multi canunt, a Mem-
none ex æthiopia profecto. Etenim æthiopē quidem ait fuisse
Memnonem in Aethiopia Troiani belli tempore ibi impe-
rante: sub quo & Psammius mons a Nilo dicit̃ aggeratus: &
ipsi circa Meroē/ac Mephin Aegyptii/atq; eAthiopes sacri
ficāt, cū primos sol emiserit radios, quibus statua uocē emit-
tit; qua eos: a quibus colitur, salutat. Verum Troianū ait ali-

terum fuisse:Memnonem Troianorũ maxime iuuenem:quẽ uiuentem quidem Hectore nihil:Deiphobo /atq; Euphorbo meliorem uisum :defuncto uero promptissimum / ac fortissimum fuisse existimatum : Troiamq; iam oppressam in ipso spem collocasse.hic o hospes pulchrum /atq; optimũ inter fecisse Antilocum dicitur, dum pro patre Nestore dimicaret: Quando Achillẽ pyram Antilocho struxisse aiunt:multaq; in ipsam mactasse:Armaq; Memnonis/ac caput combussisse.Etenĩ certamen:quod Patrocli/atq; Antilochi causa Achilles instituit, optimis/ac fortissimis uiris plurimum ex instituto fieri ait.Vnde sibi quidẽ hic: Achilli uero/Patrocloq;/atq; Antilocho Ilii certamen institutum ait.Cursus aũt/arcusq;/. ac Iaculi Hectoris causa certamen institutum dicitur:Sed luctam/ ac pugilatum Troianorũ neminem exercuisse.Alterũ enim nondum nouerant:alteram, puto metuebant.

Diomedes & Sthenelus

D Iomedes/& Sthenelus in eadem quidem erant ętate cõstituti:sed hicquidẽ Capanei:ille uero Tydei erat filius:qui dum mœnia oppugnarent Thebana, periisse dicuntur:hic quidem a Thebanis:ille uero fulmine (ut puto) ictus. Cadaueribus autem insepultis iacentibus, pro corporibus quidẽ certamen Athenienses susceperunt:uictoriaq; potiti sepulturæ mandarunt.pro animabus uero filii iam pubescentes certamen subeuntes/& pro parentibus sunt uictoriam consecuti: et totius pugnæ robur ad Diomedẽ/ ac Schenelum utpote optimos/ac similes accessit.At Homerus ipsos haud quaquam pari gloria dignos censet.hunc.n. leoni/ fluminiq; pontes/atq; hominum opera abducenti/ac secum trahenti assimilat, sic etenim pugnabat.hic uero ut Diomedis spectator stabat:& fugæ consultor:& fugere incipiẽs.Atqui Protesilaus ait, ne illic quidem Sthenelum Diomede minora peregisse facinora.Nam amicitiam quidem inter ipsos haud minorem fuisse ait/q̃ inter Achillem/ac Patroclum fuerit:sed usq; adeo inuicem se ambitiose gessisse, ut uterq; ab al

21

tero in gerendo bello superatus, inuitus atq; iniquo animo de prelio rediret: & quod in Aeneam/ac Pandarum peractū est opus, utriusq; ait fuisse commune. hunc & enim in Aeneam Troianorum maximum incidisse: Sthenelum uero aduersus Pandarum certasse: ipsumq; superasse. Caeterum Homerum ait perinde atq; eorum: quae de Sthenelo apud Agamemnonem dixerat, oblitum, haec uni Diomedi adscripsisse. Hęc.n. Stheneli apud Homerum uerba. Nos genitoribus prestantiores gloriamur esse: Nos & Thebarum pauimentum cepimus, uiri sunt consentanea his/& in Troia peragentis, Liceat & illud tibi de Sthenelo non ignorare, q̄ nullus quidē ab Achiuis ductus ē in Troia murus: nec est quo naues/ac praedam sepiuerint: sed ut muri oppugnationis odę, hęc ab Homero excogitata sunt: per quas murus ab ipso est cōpositus. Appetitum enim struendi murū Agamemnonē irato Achille fatetur incessisse. In qua re primum ait contradixisse Sthenelum dicentem. Ego quidem ad demoliendos muros magis sum idoneus, q̄ erigendos. Diomedem quoq; muro aduersatum ait, cum diceret, magnifieri Achillem, Siquidem postq̄ ille iratus est, nos metipsos moenibus concluserimus. Aiax autem torue regem suspiciens & timide dixisse fertur, quid igitur prosunt clypei? Cauum preterea equū Sthenelus renuebat, non muri oppugnationem: sed pugnae furtum hoc esse memorans. In iis quidem quę ad pugnas pertinent, similes erant: paremq; Troianis terrorem incutiebant. prudentia uero/& orationis ui/corporisq;/atq; animi continentia Sthenelus a Diomede superabatur. Ira etenim inferior erat: uulgiq; contemptor: & ad increpandum asper. quęq; ad uictum spectāt, lautius/ac delitiosius: q̄ ut incastris conueniret, preparabat. Sed a Diomede his contraria fiebant. Modeste enim in reprehensionibus se se gerebat: & irae tumorem castigabat: Populisq; nec contumeliam inferre: nec tristari permittebat. q̄ q̄ ipse squalidus uideretur, id militare arbitrabatur: & ut contingerat somnū capere, laudabat. Cibiq; sibi erant obuia quaeq;

nec nisi laboribus oppressus uino gaudebat. Achillem autẽ
laudibus quidem prosequebatur: nõ tamen perterrefactus ob
seruabat, ut multi: & illorum quandoq; carminum causa ex-
clamauit Protesilaus: quæ Agamemnoni dicẽs īducitur Dio
medes. Non debebas precari inculpabilẽ peliden infinita pre
bens dona. nam ipse & alioqui superbus est. Hęc. n. Home-
rum ut commilitonem dixisse ait, nec ut edoctum: sed ut qui
cum Achiuis in Troia fuerit. Diomedẽ nãq; mordere Achil-
lem ait dum iratus erat in Græcos delitiantem. Amborũ au
tem species Sthenelum quidem procerum, atq; erectũ nouit
protesilaus: cęsiumq; / & adunco naso: & ut comantẽ subruf-
fumq; / & sanguine promptum. Diomedem uero sedatum / ac
iucundum, describit: nec dum nigrum, & rectum nares: crispa
uero & cum squalore coma.

Philoctetes.

T Peantis filius Philoctetes longe quidẽ post Tro-
a iani belli initium militauit: hominum uero optime
sagittas arcu emittebat. Id, ut aiũt, ab Hercule Al-
cmenes filio edoctus: cuius arcũ hæreditate tunc dicitur con-
secutus, cum Hercules humanam exutus naturam & ipsum /
& in Oetę ignem comparauit. Nunc a gręcis neglectum: &
in Lemno destitutum ferunt. Cum natrix eius pedem inuasis
set. ex quo ipsum in alti littoris saxo iacẽtem ægrotasse aiũt:
posteaq; aduersus Paridẽ ad Gręcos ex oraculo uenisse: quẽ
cum interfecisset, Troiam quidem Herculis arcubus rursus
captam: ipsum uero ab Aesculapii filiis curatum dicunt. Hęc
haud minus q̃uerum sit, fuisse dicta. Protesilaus ait Herculis
enim arcus haud secus, ac celebrantur extitisse memorat: &
Philoctetem in Oetæ certamine ipsi Herculi adfuisse: arcusq;
habentem discessisse: hominũq; unum quo adducerentur pa-
cto non ignorasse: Præclaraq; in Ilii direptione uirtutis prę-
mia consecutum, quæ uero ad morbũ: & ad eos qui ipsum cu
rarunt pertinent, longe secus dicit. Relictum quidem esse in
Lemno Philoctetẽ: nõ tamen ab iis destitutum: qui cũ essent

curatum:nec a Grecis omnibus neglectum.eorum.n.multos
qui Meliboeam incolunt, cõmoratos.horũ namq; dux erat:
& Achiuis lachrymas obortas, q ipsos uir fortis ac plurimi
faciendus reliquisset.a gleba autem Lemnia ipsum statim cu
ratum:in quã cecidisse Vulcanus dicitur.Gleba autẽ ipsa in-
sanos quidem expellit morbos:Sanguinis uero profluuiũ si-
stit:& ex serpentibus natricis morsui occurrit.Dum aũt Grę
ci in Troia morabantur, interea Philoctetes una cũ Eunaeo
Iasonis filio paruas capiebat insulas:Cares a quibus obtinẽ
bantur, expellẽs.Cui pars Lemni societatis in bello pręmiũ
fuit:quam Philoctetes, q in Lemno curatus esset, Acesiam
appellauit.Illinc Diomedes/ac Neoptolemus ad Troiã uo-
lentem adduxere.cum pro uniuersis graecis ei supplicassent:
oraculũq; de arcubus ex lesbo(ut ait)profectũ recitassent,
uti.n.Achiuos ait & domesticis oraculis Dodonęo.s.& Py-
thico:& quęcunq; Boeotica siue Phocica probarentur, uati-
cinia.Lesbo autem haud procul ab Ilio distante ad oraculum
illic existens miserunt. Dabat autem responsa ex Orpheo.
Caput.n.post mulierum facinus Lesbo appulsum rupem ha
bitauit:& in caua humo uaticinabatur.unde Lesbii/cęteriq;
Aeoles/atq; his finitimi Iones ipso ad uaticinia utebantur.
Responsa autem huius uaticinii & Babylona accersebantur:
Multa etenim Persarum quoq; regi Caput hoc cecinit: Cy-
roq; uetusto editum inde oraculum ferunt. Meao Cyre tua;
& hic quidem sic interpretabatur, utpote Odrysas atq; Eu-
ropam occupaturum, quandoquidem Orpheus una cum sa-
pientia potentiam quoq; adeptus per odrysas plurimum ua-
luit:ac Graecos, quot quot mysteria celebrant. ipse uero(ut
puto)sua ipsius Cyrus passurum indicabat.Profectus.n.Cy
rus ultra Istrum fluuium aduersus Massagetas/atq; Issedo-
nes Scythicas gentes, a muliere:quae his barbaris sperabat,
interfectus ẽ:Cyriq; caput mulier abscidit, ut & Thresse mu
lieres Orphei. Tanta o hospes de hoc oraculo a Protesilao/
ac Lesbiis audiui.Philoctetem autem non modo non ęgrotã

tem: sed ne ægrotanti quidem similem ad Troiã uenisse ętate quidẽ canũ, utpote sexaginta annos natum: sed preter multos Iuuenes uigentem: hominũq; acerrime cernere: & breuissima loqui: paucisq; consiliis assentiri.

Agamemnon & Menelaus.

a Agamemnonem aũt/ac Menelaum nec specie nec robore fuisse similes ait: hunc quidem in bellicis operibus uersatum optimorũ nemine deterius pugnantem: & quęcunq; ad regem pertinent, agentem: & cũ ipsum: quæ principem oporteat cognoscere, tum si quid alius cognosceret, parere. Græcorumq; imperio ipsa etiã forma ornamento esse. Grauem .n. ac magnificum uideri: & ut qui gratiis sacrificaret. Menelaum uero pugnare quidem græcorum q̃ plurimis deterius: abuti uero in omnibus fratre: & licet p̃ptũ/ac beneuolum Agamemnonẽ assequeretur, ipse tamen inuidere: & si quę etiam pro ipso egisset, ꝙ imperare quidẽ & ipse uellet, imperio uero dignus haud quaq̃ duceret. Itaq; Orestem athenis quidẽ/atq; apud gręcos probe se gerentẽ, postq̃ patrem ultus est, Argis uero periclitantem/atq; ab Argiuis lapidibus petitũ neglexisset, ni Orestes una cum Phocensibus auxiliantibus hos inuadens partim quidẽ euertisset: partim uero perterrefactis patris imperiũ inuito etiam Menelao adeptus fuisset. Adolescentium autem more nutrisse comam Menelaum ait: sed ꝙ Sparte comam promitteret, ipsi achiuos patrium morem seruanti ignouisse. Neq;.n. ex Euboea profectos licet ridiculose comantes increpabant: Disseruisse autem hominũ facillime dicit/ac breuissime, Suauitatem orationi commiscentem.

Idomeneus.

c Retensem Idomeneũ Protesilaus Ilii non uidit: sed Gręcis in Aulide existentibus legationem ab Idomeneo uenisse ait. Cretensiũ in bello societatẽ pollicitante, si Agamemnonis imperii particeps fieret, Tunc agamenonem quidẽ hęc modeste audiuisse: legatumq; adduxisse

Ipsum uero clara uoce ac constanti dixisse, O achiui uir Minois Cretensis imperiũ habens centum uobis dat socias in bello ciuitates:& ut ludentes Troiam capiatis: Cæterum dignum censet ut æquo cũ Agamemnone iure uobis imperet. ad hęc cũ Agamemnon dixisset, Ego & uniuerso cedere imperio paratus sum, si me uisus pręstantior fuerit, accessisse ait Telamonis filium Aiacem:atq; ita disseruisse. Nos tibi Agamemnon imperiũ tradidimus:& ob exercitus modestiam:& ut pauci nobis imperent. militamus aũt, non ut tibi:aut alii seruiamus:sed ut Troiam in seruitutem redigamus:quã utinã capiamus o dii cum præclara ac pulchra fecerimus. Tales.n. uirtute sumus, ut qui Troiam quidem laborando:cretam uero ludendo capiamus.

Aiax Locrensis.

Ocrensem autem Aiacem in bellicis quidem rebus
l Diomedis/ac Stheneli ęmulum fuisse ait:sed minus
prudentem existimatum:nihilq; Agamemnoni obsequentem, utpote qui diceret se ortum patre locrensium fortissimo:neq; in ductando exercitu esse ignobilem:nec sponte aut Atridis:aut cuipiam alii unq̃ seruiturũ, donec hæc fulgeat, cuspidem indicans. & hæc dicebat horrendum spectans: comamq; excutiens pręmentis promptitudine: & Cęteros quidem quicunq; Agamemnoni obtemperarent, pro Helene:se ipsum uero pro Europa uenisse dictitabat. decere.n. ut Gręci barbaris pręstent/atq; imperent. Fuisse autem ipsi & mansuetum/ac Cicurem Draconem in septem cubitos porrectum:una cũ Aiace & bibentem/& uersantem:uiasq; pręuntem:atq; ut Canis consequentem. Casandram autem extraxisse quidem a Palladis simulacro deę inhærentem:ac supplicantẽ:non tamen uiolasse:nec uitium intulisse, ut fabulę mẽtiuntur: Sed adduxisse quidẽ ad suum ipsius tentorium: Agamemnonem uero, cũ Casandram uidisset, nam ad pulchritudinem ingenitã arte quoque exornata erat, puellę amore confestim fuisse captũ:ipsamq; Aiaci eripuisse:ortaq; ĩ prędæ par

titione contentione, hic quidem suam esse censebat: quã ceperat, hic uero non modo non reddebat: uerum & aduersus deam impie fecisse dictitabat, Dimissi autem sunt ab Agamemnone per græcorũ exercitum: qui huiusmodi dispergerẽt sermones ad perpetuũ excitandum in Aiacem odium. Deam multa atq; horrenda pro puella portendere: exercitũq;, ni ipsum perderet, periturum. hic uero recordatus q; Aiacem quidem iniquum perdiderat iudicium: Palamedi uero nil sapientia profuisset, quin lapidibus petitus occideret, noctu cymba haud magna: tempestateq; existente aufugit, cum interea recta ad Tenum/atq; Andrũ nauigans iuxta Gyras petras interiit: Cuius calamitatis nũtio ad Græcos delato, paucos quidem ipsorum cibum attigisse ait: omnes uero ut pro uiro strenuo manus ad sydera sustulisse: mariq; intentos ipsum implorasse: atq; luxisse. Agamemnoniq; q; tantum non manibus Aiacem occidisset, fuisse iratos: ipsumq; iusta consecutũ: quæ nec unq̃ antea: nec postea cuipiã oblata sunt, ne iis quidẽ qui in bello nauali periere. Congestis enim in locrensem nauim: quæ Aiacem uexerat, lignis, utpote in pyrã, nigra omnia mactarunt: & cum uelis ipsam nigris: cæterisq; quæ ad nauigandum inuenta sunt, exornassent, rudentibus tantisper continuere, donec uentus a terra spiraret: quem maxime Ida sub crepusculum remittit. Postq̃ autem illuxit dies: & spiritus descenderat, ignem cauæ naui indidere: quæ in altum sublata pelagus nondum oriente sole & ipsa cremata est: & quæcunq; Aiaci Vehebat.

Chiron

c Aeterum Chironem in Pelio habitantẽ fuisse quidẽ ait homini similem: uerbis uero ac factis sapientem, etenim uariæ erat uenationis studiosus: remq; docebat militarem: nec non & medicos reddebat/ac musicos concinabat/æquosq; faciebat: diutissimeq; uixisse ait. operam autem ipsi dedisse Aesculapium/Telamonẽ/Peleumq;/ac Theseum/Herculem preterea Chironem frequentasse, cum certa

mina ipsum haud abducerent: participem quoq; se Chironis consuetudinis una cum Palamede Achilleq; /atq; Aiace fuisse asserit.

Palamedes.

Et quæ ad Palamedem pertinent sic refert. Nullo preceptore eruditum ad Troiam ipsum uenisse: & sapiētia iam exercitatum: pluraq; q̄ Chiron sciētē. Nam ante Palamedem nondum erant horę: nec mensium orbis: temporiq; annus nondum erat nomen: nec signata adhuc erat pecunia: nec pondera: nec mensuræ/atq; numeri: nec dū sapientiæ amor, quandoquidem nondum erant literæ. Volēte autem Chirone cum alia: tum uel maxime medicinam ipsum edocere. Ego inquit o Chiron libenter quidem medicinā minime existentem inuenissem: inuentā uero haud opto percipere. & alioqui nimia tua artis sapientia. tam Ioui: quā parcis est odio: & quę Aesculapio accidere, percurrissem, nisi hic fulmine ictus fuisset. Gręcis autem in Aulide existentibus tesseras excogitauit, Ludum non modo non desidem: uerum solertem/ac studio dignum. sermonem autem a poetarū non nullis celebratum, q; scilicet græcia quidem in Troiam expeditionem faceret: Vlysses uero in Ithaca insaniam simularet: & ad aratrum bouem equo iungeret: Palamedesq; Telemacho iumentis opposito redargueret, minime esse sanum ac uerum asserit. Promptissime. n. in Aulidem uenisse Vlyssem: nomenq; ipsius iam apud gręcos q; acerrimus esset orator, ob sapientiam celebre erat. Inter ipsum autem/ac Palamedē hinc ortum est dissidium. Solis defectus in Troia factus est: & exercitus tristis/ac męstus erat, cum Iouis signum ad futura perciperet. Progressus igitur Palamedes ipsum solis affectum exposuit, q; scilicet Luna subtercurrente ipse obscuretur/ac Caliginem contrahat, q; si quæ mala portenderet, hęc inquit Troiani proculdubio patientur. Nam hi quidem iniuriam inferre cęperant: nos uero iniuria affecti uenimus. oportet autē ut orienti Soli supplicemus: eiq; pullum candidum/

atq; indomitum immolemus. Hæc cum græci Palamedis rationibus uicti collaudassent, processit in medium Vlysses: & quę inquit sacrificare: quidq; precari; & quē oporteat, dicet Calchas. huiusmodi.n. ad diuinationem spectant. quę uero in Coelo sunt: & utrum astrorum sit ordo: an non, nouit Iupiter: a quo hæc & distincta / & inuenta sunt. Tu autem o Palamedes minora nugaberis, si humo magis animū intenderis, q̄ quæ in cœlo sunt, excogitaueris. Cui respondens Palamedes, si inquit sapiens esses Vlysses, intelligeres utiq; neminem de cęlestibus sapiēter posse disserere, quin multo plura de terrestribus cognouerit. te autē his deficere haud diffido. Aiunt.n. uobis Ithacensibus nec horas esse: nec tellurē. ex his Vlysses ira plenus discessit: Palamedes uero, ut aduersus inuidentem iam se ipsum præperans. in concione autem græcis olim existentibus contigit, ut grues solito uolarēt more: Vlysses autem in Palamedē respiciens, grues inquit Græcos testantur, se: non te literas inuenisse: & Palamedes ego inquit literas minime inueni: uerum ab ipsis inuentus sum. Iam diu.n. in musarum domicilio sitę huiusmodi indigebant uiro. Nam dii talia per uiros sapientes in lucem edunt: Grues autē sibi literas haud uendicant: sed ordinem laudantes uolant. in Libyam enim proficiscuntur bellum cum paruis hominibus conflaturę. Tu autem de ordine nihil diceres. nullum enim in preliis seruas ordinem. Nā Vlyssi uitio dabatur o hospes, q; sicubi Hectorem: aut Sarpedonem: aut Aeneam uidisset, ordinem desereret: seq; ad faciliora pręlia transferret. Infantissimus autem in concionibus uisus: & senior a Iuuene superatus / ipsi opposuit Agamemnonem, utpote græcos ad Achillem traducenti. ipsos rursus ex hoc inimicitias exercuisse ait. Lupi ex Ida descendentes ferentibus sarcinas pueris: & quæ iuxta tentoria erant iumentis oberant. Itaq; Vlysses quidem iussit ut arcus ac iacula sumentes in Idā aduersus lupos tenderent. Palamedes uero o Vlysses inquit lupos Apollo pestis pręludium facit; & ipsos quidem haud secus sagittis petit

atq; hic mulos/ac canes. præmittit uero ad ægrotaturos/ho-
minum beniuolentię causa, & ut sibi caueant. Itaq; lycio/ac
Phryxio.i.fugæ pręsidi supplicemus Apollini, ut has quidē
feras suis ipsius tollat sagittis, pestem uero in capras uertat.
Nos autem o uiri gręci nos metipsos curemus. opus enī est
pestifera declinantibus tenui diæta: motuq; concitato. medi
cam quidem Haud attigi facultatem: sed omnia sapientia cō
prehenduntur. Hęc locutus carnium quidem forum cōhibuit
ciboscq; iussit renuere militares: exercitumq; iam sibi obsequē
tem: & quicquid a Palamede dictum foret, diuinum/atq; ut
apollinis oraculum arbitrantem, ad bellaria/siluestriaq; hole
ra deduxit. Nam pestis: quam pędicebat cum ex ponto ini
tium sumpsisset, Helespontiacas inuaserat ciuitates. Incidit
autem & Ilio: sed Græcorum; licet ī pestilenti tellure castra-
metati essent, neminem attigit. Nam ad uiuendi modum, ip
sorum quoq; motus sic excogitauit. Centum deductis naui-
bus uicissim exercitum imposuit remigantem: inuicemq; cer
tantem/aut promontorium ambire/aut scopulum attinge-
re/aut alicui uicino portui/littoriue nauim appellere. Aga-
memnoni preterea persuasit, ut celeris nauigationis præmia
ipsis proponeret. Itaq; læti/bonamq; ualetudinem sentientes
se se exercebant. etenim ipsos edocebat, corrupta/seq; ita ha
bente tellure, suauius/& ad spirādum tutius esse mare. horū
causa hic quidem a Gręcis sapientię pręmia coronas accipie
bat, Vlysses uero citra honorē degere existimabatur: & quic
quid flagitii habebat, in Palamedē torquebat. Ad hæc Pro
tesilaus talia refert, Achillem aduersus Insulas/maritimasq;
Ciuitates ducentem a Gręcis petiisse, ut secum Palamedes
militaret. pugnabant autem Palamedes quidem strenue/ac
modeste: Achilles uero haud continenter. ira. n. ipsum effe-
rens extra ordinem ducebat, unde Palamede gaudebat socio:
& ab impetu quidē ipsum abducente: & quo pugnandū esset
pacto admonente. Etenim leonum magistro generosum leo-
nem nunc placanti: nunc excitanti similis uidebatur: nec de-

clinans hæc faciebat:sed emittens & euitans tela:clypeumq; admouens/atq; aciem insequens. Enauigarunt igitur inuicē gaudentes. Myrmidones autem/atq; ex Phylace Thessali ip sos sequebantur, suos autē ipsius milites Achilli additos ait Protesilaus:& ita uniuersos Thessalos Myrmidonas appel latos. Itaq; ciuitates capiebantur:egregiaq; Palamedis faci nora nuntiabantur. Isthmorū effossiones:fluminaq; in Ciui tates conuersa/ac deriuata:portuū septa/ac propugnacula: nocturnaq; in Abydum pugna, cum utroq; uulnere affecto Achilles quidē recessit: Palamedes uero haud quaq̄ defecit: sed ante mediam noctē oppidum cępit. Cęterum Vlysses sermones apud Agamemnonem componebat, falsos quidē: sed qui facile ab eo qui temere audiret, ad credendū compel lerent. q̄ scilicet Achilles gręcorum imperium affectaret: le noneq; ad id Palamede uteretur, & reuertentur inquit paulo post, tibi quidem boues/equos/ac mancipia abducentes: sibi uero ipsis pecunias: quibus utiq; Græcorum potentes sibi ad uersus te uendicabunt. Ab Achille autem abstinere oportet: ipsumq; haud ignorantes cauere: hunc uero Sophisten occide re. Excogitatus est autem mihi in ipsum dolus: per quem & Græcis odio erit:& ab ipsis interficietur:& percurrit, ut a se parata essent: quæ ad phrygem: quæq; ad aurum a Phryge re lictum pertinent. cum autem hęc sapienter excogitata: Aga memnonq; ad insidias compositus uideretur, Age o Rex in quit, Achillem quidem circa ciuitates: in quibus nunc est: mihi custodias: Palamedem uero ut Ilium oppugnaturū: ma chinasq; inuenturum huc accersito. Nam si absq; Achille ue nerit, non modo mihi: uerum etiam alii minus sapienti captu perquā facilis erit. Placuerunt hęc:& caduceatores in Lesbū nauigabant. nondū. n. tota capta erat: sed quæ ad ipsam per tinent, sic habebant. Lymessus ęolica ciuitas habitabatur na turali munita situ: nec tamen sine mœnibus, quo Orphei ly ram delatam ferunt: lapidibusq; sonitum quendam edidisse: & adhuc Lymessi maritima lapidum concentu resonant. Ibi

decimum iam diem obsidentibus (nam difficile captu oppi-
dum erat) caduceatores Agamemnonis mandata retulere.
uidebatur autem esse regi obtemperādum: & huic quidē per
manendum: Palamedi uero decedendum. Itaq; uterq; ab al-
tero cum lachrymis abiere. Postea uero q̄ ad castra nauiga-
runt: & quę ab exercitu gesta essent, Palamedes enuntiauit,
cuncta Achilli adscribēs/o Rex inqt, Iubes me pergama op
pugnare Troiana. ego autē Aeacidas/Capaneiq;/ac Tydei
filios/& locrenses Patroclum utriq;/atq; Aiacem praeclara cē
machinamēta existimo. q; si inanimatis indigetis machinis,
iam Troiā, quantum in me est, iacere arbitramini. Caeterū
Vlyssis machinae sapienter compositę ipsum praeuenere: &
auro quidem inferior existimatus est: proditionis uero falso
accusatus/uinctis post terga mālibus lapidib9 petitus interiit
uulnerantibus ipsum Peloponensibus: atq; Ithacēsibus. Nā
cęteri graeci ne uiderant quidem hęc: sed existimatum iniuriā
facere, diligebant. Crudele fuit & quod in ipsum edictū est,
ne scilicet Palamedem quispiam sepeliret: humoq; pie tege-
ret: supplicioq; afficeretur capitali, si quis excepisset: ac sepul
turae mandasset. haec autem Agamemnone edicente, magn9
Aiax, cum se in mortuum iniecisset, multas quidem lachry-
mas circa ipsum emisit: tollens uero eum denudato/ac prom
pto ense per multitudinem transiuit. Itaq; cum ipsum, ut
par erat, aduersus edictum sepeliuisset, haud amplius cōmu-
nes adibat graecorum conuentus: nec consilium/ac sententiā
proferebat suam: nec ad pugnas exibat. & Achille post captā
Cherrhonesum reuerso, ambo Palamedis causa irati sunt:
Aiax quidem non diu. postq̄ enim socios oppressos sensit, mi
seratus est/iramq; deposuit. Achilles uero iram protrahebat:
lyręq; cantum Palamedem fecerat: & ipsum, ut priores Hero
es, cantu celebrabat. Crateręq;: unde Mercurius pro somniis
bibit/libans, ut sibi per quietem adsisteret, rogabat. uidetur
& Heros hic non modo Achilli: uerum & omnibus: quibus
roboris/ac sapientiae amor, se ipsum emulatione ac cantu di-

gnum prebere. Protesilaus quoque, postq̃ in ipsius mentionem incidimus, cum aliam Herois promptitudinem, tū uel maxime quam in morte prestetulit laudibus prosequens affatim lachrymāt neq; n. supplicauit Agamemnoni Palamedes: nec miserabile quicquā dixit: nec lamētatus est: sed hæc locutus Miseror te o ueritas. tu. n. ante me periisti, lapidibus caput obiectabat, utpote non ignorans pœnam in ipsos futuram. Phœ. Licet ne Palamedem uidere o Vinitor, ut Nestorem/Diomedemq; /ac Sthenelum uidi: an nihil de ipsius idea Protesilaus iterpretatur? Vi. Licet o hospes: & uide. Itaq; magnitudine quidem maiori Aiaci similem fuisse: pulchritudine uero cum Achille/Antilochoq; /atq; Euphorbo Troiano: secumq; certasse inquit Protesilaus. Etenim barbam quidē mollem ipsi erumpere: & cum cincinnorum promissione: comam uero ad cutem abrasam: supercilia libera /atq; erecta: & ad nasum quadrangularem: beneq; compactum occurrentia: oculorum autem mentem in prœliis quidem immutabilem: ac celerem uideri: in quiete uero amicabilem, & affectu: in cōsiliis facilem. dicitur autem hominum maximis usus oculis: Atqui nudum aiunt Palamedem medium se inter grauem ac leuem Athletam agere: multumq; circa faciem habere squalorem aureis Euphorbi cincinnis suauiorem: squalorem autem contrahebat, cum q̄ ubicunq; contingeret, dormiret: tum q̄ in summo Idę cacumine sępenumero pernoctaret, cum presertim a rebus bellicis uacaret. Cœlestium enim /ac meteororū perceptionem inde ex altissimis sapientes sibi comparāt. Duxit autem ad Troiam neq; nauem: neq; uirū: sed Cymba una cū Oeace fratre traiecit: pro nuilis (ut aiunt) brachiis se ipsum existimans: nec pedisequus ipsi erat: nec seruus: neq; Tecmessa aliqua: aut Iphis quę lauaret: ac lectum sterneret: sed ipse sibi ipsi ministrans uiuebat nullo apparatu. Itaq; cum ipsi quandoq; Achilles dixisset, rudior non nullis uideris o Palamedes q̄ tibi ministraturum non compraueris, quid igitur hęc q̄ Achilles inquit, utranq; manum protendens. Achiuis

autem pecunias ipsi ex partitione prebentibus: ac ditescere iubeo: & non obsequimini. Percunctante aũt olim ipsum Vlysse ex Astronomia redeuntem, quid nobis plus in Coelo uides: malos respondit. prestantior utiq; fuisset, si quo nam pacto dignosci possent mali, graecos edocuisset: neq; enim Vlyssem adeo mendaces/ac flagitiosas in ipsum artes exhaurientem admisisset. quod autem dictum est, ignem scilicet a Nauplio circa cauam Euboeam in grecos fuisse sublatum, & uerũ esse ait: & pro Palamede a parcis/ac Neptuno factum, Palamedis manibus fortassis o hospes ne haec quidẽ uolentibus. Sapiens etenim existẽs, ipsis q decepti fuissent, ignoscebat. Ipsum autem Achilles/atq; Aiax in finitima Troie aeolensiũ continente sepulturae mandarunt: a quibus & sacellum ad modum uetustum ipsi exedificatum est: & Palamedis statua generosa: pulchrisq; armis praedita erecta est: & qui litorales incolunt ciuitates cõuenientes ei sacra faciũt. Perscrutari aũt oportet sacellũ circa Methimnam/ac Lepetymnum. hic aũt mons altus supra Lesbũ apparet.

Vlysses.

q Ve uero ad Vlyssem pertinẽt, ita enarrat. Fuisse quidem ipsum facundissimum/atq; acrem: dissimulatorem uero/atq; inuidum/malignitatemq; laudãtem/tristemq; semper/ac cogitabundo similẽ: & qui in rebus bellicis uideretur, potius q̃ esset fortis. Ignorasse tamen quo nã pacto armarentur acies: naumachieq;/ac murorũ oppugnationes fierent: cuspidesq;/atq; arcus traherentur. Ipsius autẽ facinora multa quidem fuisse ait; nulla tamen admiratiõe digna/preter unum: quod ad cauum pertinet equum: cuius faber quidem fuit Epeus: Vlysses uero inuentor: & in ipsis insidiis caeterorum audentissimus extitisse perhibetur. Ilium aũt iam puberem transgressus aetatem uenit: in Ithacam uero senio iam confectus rediit. Longiore enim ob id bellum usus ẽ errore, quod sibi in Ismaro Thracie ciuitate maritima preter currenti aduersus ciconas gestũ est. Nam que ad Polyphe-

mum/& Antiphatem/Scyllamq;/atq; inferos pertinent:& quæcunq; Sirenes in Insula canebant, ne audire quidem concedit Protesilaus: sed oblitis cera auribus ea renuere, nõ quin uoluptatis referta sint: & ad oblectandum animum satisfaciant: uerum minime uerisimilia/ac ficta. Ogygiam pręterea insulam Aeæamq;: & q, ipsius amore captæ fuerint deę, prætemauigare iubet: nec tabulis appelli. Ipsum enim Vlyssem ex amabili ętate iam excessisse ait: & subsimum fuisse: nec magnum: oculisq; errabundis ob cogitatiões/ac suspiciones. Meditantem enim semper referebat. hoc autem ad amorem conciliandum minime ualere. qualis quidem qualem & q, se sapientiorem/ac fortiorem Palamedem interfecerit Vlysses, satis his docet Protesilaus. unde luctum apud Euripidem existentem laude prosequitur, quum Euripides in Palamedis cãtibus, interfecistis ait, interfecistis in omnibus sapientem o Danai musarum Philomelam nihil triste afferentem: & quæ deinceps: & quod acris atq; impudẽtis uiri oratione persuasi hęc fecissent.

Aiax Telamonius.

a Iacem autem Telamonis filium Achiui magnũ appellabant, nõ a corporis proceritate: nec q, alter minor esset: sed a rebus gestis: & a paterno opere bonũ belli symbolum ipsum faciebant. Laumedontem enim Telamon una cum Hercule, q, ipsum Herculem decepisset, ultus est: cumq; ipso Ilium cepit. eo igitur etiam inermi gaudebãt. ingens enim erat/totumq; supereminebat exercitum: modestum/ac frenatum pręseferens fastum: ab armato uero pendebant elate in Troianos proficiscente: Clypeumq; tantũ existentem optime pertractãte: Iucundisq; sub galea oculis spectante. ut leones in ruendi dilatione/ac mora: pugnas autem aduersus optimos cõserebat. Lycios quidẽ/Mysosq;/ac Pœones numeri tantum causa ad Troiam uenisse dictitabat. horum uero duces dignos: cũ quibus pugnaretur, existimabat: huiusmodiq; alios utpote occidenti quidem nomen: uulnera-

to uero uulnus haud inglorium preberent. hoste interempto
ab armis abstinebat. uiri etenim esse aiebat interficere: spolia
re uero ad latrones potius pertinere. Nullus autem audien-
te aiace immodestum quicq̃/ac contumeliosum loquebatur,
ne si inter aliquos quidem ortum esset dissidium. Caeterũ nõ
uulgus modo: uerum & probatissimus quisq; & ipsi assurge/
bant: & uia cedebant. sibi autem cum Achille amicitia inter
cedebat: & mutuo sibi inuidere nec uolebant: nec natura po-
terant. omnes preterea circa Achillem solicitudines licet nõ
modicae rei causa excitatas leniebat: partim quidem ut simul
cum aliis dolens: partim uero increpans. Vna autem sedenti
bus/aut incedentibus omnes in ipsos conuertebantur greci
uiros aspicientes, quales post Herculem nondũ fuerint: Aia-
cem quidem Herculis fuisse alumnum ferebant: infantemq;
existentem Herois leonina pelle fuisse inuolutum, cum Ioui
ipsum attollens, ut qua parte leonis pelle tegeretur inexpu-
gnabilis esset, peteret. Aquila quoq; ad supplicantem acces-
sit. puero quidem nomen: precibus uero nutum a Ioue adfe-
rens. uidebatur autem ei/etiam/qui temere ipsum aspexisset,
non sine deorum numine genitus, cum ob formę pulchritudi
nem: tum uel maxime ob corporis robur. Vnde Protesilaus
belli ipsum simulacrum appellat, me autem quandoq; dicen
te, atqui magnus hic ac diuinus ab Vlysse semper in palestra
prostratus est. si Cyclopes inquit extitissent: uteraq; fuisset de
ipsis fabula, cum Polyphemo potius, q̃ cum Aiace luctatus
esset Vlysses, Audiui a Protesilao & illa o hospes de Heroe,
q; scilicet Ilisso attico flumini comam nutriret: & ab Atheniẽ
sibus in Troia existentibus amaret, ducemq; sibi existima-
rent: & quicquid imperaret, exequerentur. Atticissabat autẽ
utpote salamina (ut puto) habitans: quam Athenienses sibi
populum fecerunt. filium quoq; sibi genitum: quem Eurisa-
cem Achiui appellabant, & alio ab Atheniensibus laudato
alebat alimento: & cum Athenis pueri tertio a natiuitate an
no Maio mense floribus coronentur, Crateras illinc accersi-

tos statuit:& atheniensium ritu sacrificauit. meminisse autẽ horum Dionysiorum & ipsum dicebat: ut & Theseũ. sermo autem quo manum sibi consciuisse/dictus est, uerus fuit: & ipsi fortasse etiam Vlyssi miserabilis, ut apud inferos his uerbis indicat. Vtinam nunq̃ uicissem ob tale præmium: & huiusmodi enim caput ipsorũ causa operit tellus. illic quidẽ haud quaquam ab Vlysse dicta ait: neq; enim ad inferos uiuum descendisse: omnino uero alicubi dicta. Verisimile est enim aliquid Vlyssem alicubi passum suam ipsius uictoriam huiusmodi uiri ipsius uictoriæ causa perempti miseratione deprecatum. Hæc autem ab Homero scripta laudibus prosequens Protesilaus/multo id magis carmen laudat: quo ait Troianorum autem filii iudicarunt. abstulit enim Achiuis iniquum iudicium: iudicesq; constituit: quos par erat/Aiacem condemnare. Cognatum est enim timori odium. Furore autem correptum longe magis ac consueuerant ipsum Troiani formidarunt, ne murũ aggressus ipm dirueret. Neptunoq; atq; Apollini supplicabãt, ut pergama a se constructa tuerenť: & Aiacem, si propugnacula attigisset, arcerent. At græci ipsum diligere haud quaq̃ desinebant: Sed aiacis insaniam lugebant: oraculaq; precabantur, ut quo nam pacto mutaretur sibiq; ipsi restitueretur, prędicerent. Postea uero q̃ & defunctum: & gladio inhęrentem uiderunt, usq; adeo uniuersi eiularunt: ut Ilii quoq; exaudirentur. Athenienses autem ipsius corpus proposuerunt: & Mnestheus qua Athenis i bello defunctos prosequi mos est, funebrem in eius laudem habuit Orationem: egregium Vlyssis opus hic nouit Protesilaus. Proposito enĩ Aiaci Achillis arma adferens: ac lachrymans, sepeliaris inq̃t in his: quæ tantopere adamasti: uictoriamq;: quę ipsorum causa fuit, habeas nihil ad iram concitatus. Achiuis autem Vlyssem laudantibus, laudabat quidem & Teucer: arma uero renuebat: neq; enim piũ esse, ut quę mortis causa fuissent, cum ipso sepelirentur. Sepeliuerunt aũt ipsum humi corpus deponentes, Calchante interpretante impiũ esse/ut ii igni sepeliã

tur:qui sibi manum consciuere.

Teucer.

t Eucrum autem Iuuenem quidem arbitrare:magnitudine uero/specieq; ac robore inter achiuorum medios se habere. Phoe. Troianorum ne res nouit Protesilaus o Vinitor? an eorum meminisse haud quaq̃ dignum censet, ne studio digni uideãtur? Vin. Non est Protesilai tale qd o hospes. Abest.n.ab ipso inuidia. refert utiq; & quę ad Troianos pertinent diligenti opinione/ac sententia. Asserit.n.illos quoq; uirtutẽ plurimi fecisse. percurrã aũt hęc tibi priusq̃ Achillis mentionẽ faciã. Nam si post illũ dicta fuerint, nulla admiratione digna uidebuntur.

Hector.

p Rotesilaus itaq; Hectorem laudãs/Homeri quoq; super ipso laudat sermonem. Optime.n. Homerum ait ipsius aurigationes/pugnasq;/ac consilia percurrisse: & q; in ipso: & non in alio suam Troia spẽ collocasset: & quęcunq; in Homeri poesi iactanter dicit Hector, dum Achiuis nauium incendium minatur, Herois impetui uehementer ait congruere. multa namq; huiusmodi ipsum in prelíis dicere: maxime autem horrendum ipsum spectasse/magnumq; clamasse, sed Telamonio quidem minorẽ fuisse. Nihil uero in pręliis deteriorem: in quibus & achillẽ nescio qd concitationis/ac feruoris ipsum ait ostendisse. Paridẽ autẽ ut pote timidum/& cultui deditum arguebat. Comam utiq; nutrire, licet id regibus/regumq; liberis curæ esset, se ipso indignum illius causa arbitrabatur. fractus erat aures/non ob luctam (hoc enĩ nec ipse: ut dixi nec barbari nouerant) sed cũ tauris certabat: & cum huiusmodi congredi feris, bellicum censebat. Luctantis.n.& hęc sunt. ipse uero se id facere ignorabat. subsistere enim mugientes: cornuumq; cuspides audenti animo sustinere/ac taurum frenare/& cum ab ipso uulneratus fueris haudquaq̃ deficere, pro bellica exercebat meditatione. statua autem quę Ilii erecta est, iuuenem Hectora prę se

fert. At Protesilaus fuisse quidem ipsum illa suauiorē inquit, ac maiorem. decessisse uero tricesimo ferme ętatis anno non utiq; fugientem: nec manus remittentem. In his enim Hectorem ab Homero falso accusari: sed strenue dimicantem: Troianorumq; unum extra murum moratum: longaq; tandem pugna cecidisse. at defunctum curru quidem alligatū: ac suspensum fuisse tractum ait. redditum uero ab Homero dictum est.

Aeneas.

Eneam autem pugnare quidē hoc deterius: prudentia uero Troianis pręstare: iisdemq; quibus Hector, dignum cēseri. Nouisse pręterea quæ ad deos pertinent: quæq; sibi capta Troia fato destinata essent. Nullo autem terrore affici. Tunc enim mentis, ac cogitationis maxime fuisse compotē ait, cum inter discrimina uersabatur. Achiui autem Hectora quidem Troianorum manum: Aeneā uero mentem appellabant. pluraq; ipsis cautum Aeneam: q̄ furibundum Hectorem negocia prebuisse. Erant autem cū ætate, tum corporis proceritate pares. Sed Aeneę species minus alacris uidebatur: at maiorem præseferebat constantiam: comamq; absq; inuidia alebat. neq; enim comā exercebat: neq; ipsi uacabat: sed unicam uirtutem ornamento esse statuebat. adeo aūt horrendum intuebatur, ut in eos qui ordinē deseruissent, sibi solus satis esset aspectus.

Sarpedon.

Arpedonem autem Lycia quidē tulit, Troia uero sustulit. haud secus enim atq; Aeneas in pugnis uersabatur. omnes ducebat lycios: sed Glaucum, ac Pandarum prestantissimos. quorum alter quidem armandi exercitus peritissimus: Pandarus uero Apollinem lycium sibi adhuc adolescentulo adstitisse: sagittandiq; artis participem fecisse ait: & cum arcū magnæ rei causa sumeret, Apollini semper supplicabat. uniuersum aūt Troianum exercitū Sarpedoni obuiam processisse ait Protesilaus. Nam preter fortitudinē

& speciem diuinã pariter/ac nobilem:oratione etiam ad gene
ris nobilitatem pertinẽte sibi Troianos obligabat.a Ioue.n.
Aeacidas celebrari: Dardanidasq;:& a Tantalo otiundos:
sed ab ipso genitũ esse Ioue, id sibi soli ex iis:qui pro Troia:
quiq; aduersus Troiam uenerant, extitisse. Hoc aũt & Her
culem maiorẽ: maioreq; apud homines admiratione dignũ
reddidisse.Decessisse aũt, ut ab Homero dictũ est, quum qua
dragesimum ferme ageret ætatis annũ: tumulumq; in Lycia
consecutum:ad quem lycii cadauer gentibus: per quas fere-
batur, ostendentes comitati sunt.Aromatibus autem condi-
tum erat:dormientiq; simile.unde somno ipsum comitcusuni
poetæ ferunt.

Alexander.

Vdi & quę ad Alexandrũ Paridem pertinent, ni ual
a de id molestũ est.Phœ. Molestum quidẽ est:uerum
haud deterius audiuisse. Vi. Ait itaq; Alexandrum
Troianis quidẽ oĩbus odio fuisse.In rebus uero bellicis haud
quaq̃ malum:sed specie suauissimũ:uoce/ac moribus uenustũ
utpote qui in Pelopõneso uersatus esset.pugnare aũt omni-
bus modis:& sagittandi peritia Pandaro minime fuisse infe
riorem:& ephebũ in Gręciam nauigasse, cũ a Menelao ho-
spicio susceptus est: Helenenq; pulchritudine cæpit. obiisse
aũt mortẽ cum nondum tricesimũ ætatis annum attigisset,
gaudere autẽ sua ipsius pulchritudine:circunspiciq; ab aliis:
seq; ipm circũspicere.unde elegãtissime ipsum illudit Heros.
Hunc.n.pauonẽ(auis autẽ pulchritudine ac colore oblecta-
tur Protesilaus)cum quandoq; pennas sublatũ/ac circumpo
situm uidisset:ipsasq; circunspicientẽ:ac purgantẽ:& non nul
las disponentẽ, ut monilium instar: quę lapillis constant, di
stinctę atq; exornatę uiderẽtur, Ecce inquit cuius modo men
tionem faciebamus, Priami filius Paris.mie autẽ percunctan
te quid paridi similis esset pauo: q; se ipsum dilexerit, etenim
ille quoq; ornatus causa se ipsum quidẽ circunspiciebat:armã
uero contemplabatur.Pantheræ autẽ pellis appensa erat hu-

meris: squalorem comę insidere ne in pugna quidem patieba
tur. splendebat autem & manuum unguibus: subaduncęq;
erat naso, at candidus, & oculos pictus: sed super oculo erectū
erat supercilium.

Helenus, Deiphobus, & Polydamas.

Elenus autē, Deiphobusq;, & Polydamas in pugnis
h quidem inuicē conueniebant; eodēmq; robore prę
diti erant: consultationum uero peritissimi: sed Hele
nus haud secus; atq; Calchas diuinationē attigerat.

Euphorbus.

Ceterum de Euphorbo audisti (puto) Samii Pytha
gorę sermonē, q̄ Euphorbus quidā in Troia fuerit:
& a Menelao interfectus. Dicebat.n. Pythagoras se
patum Euphorbū: transformatumq; Ionicum quidē ex Tro
iano: sapientem uiro ex bellico: eruditum ex delitioso: & co
mam quam factus sapiens squalore exornabat, in Troia au
ream reddebat, cum esset Euphorbus. Protesilaus autem
Euphorbum sibi ęquatum arbitratur, ac miseratur fate
turq; Patroclum ab ipso uulneratum Hectori traditum, q̄
si ad uirilē ętatē peruenisset, nihilo inquit Hectore deterior
existimatus fuisset. Ipsius itaq; pulchritudinē achiuos quoq;
ait demulsisse; statuaq; ipsum similē fuisse, ut cum pulcherri
me Apollo, & intonsus & mollis uideret. Tāta o hospes stre
nuus, ac diuinus Heros de Troianis percurrit. Reliquū autē
nobis fortassis eēt, ut sermonē super Achille inchoatū exple
remus, nisi orationis prolixitate defessus es. Phoe. Si qui apud
Homerū o Vinitor lotū comederunt, adeo prompte, ac sedu
lo herbę incumbebant, ut domestica obliuioni mandarent:
ne diffidas me quoq; haud secus Orationi, ac loto incumbe
re: neq; sponte hinc abscedere posse: ęgreq; ad nauē abduci:
lugentēq; atq; eiulantem in ipsa uinea, q̄ oratione haud fue
rim expletus, etenim ad Homeri poemata ita me affecisti, ut
& diuina ipsa existimē: & supra hominē uideantur: & nunc
magis obstupescam, non modo ob carminū compositionē:

Rex esset, Hesiodo aduersus Homerũ suffragatus est, & maxime cum prolixiorẽ q̃ tu haberet barbam. fuit utiq; hospes poeta Homerus: & hominis hęc sunt poemata. Cęterũ nomina/speciesq;/ac gesta ex iis collegit ciuitatibus: quas singuli duxerant. tunc.n. gręciam perlustrauit, cũ nondum tẽpus quę ad Troiã gesta sunt, obliterasse. hæc autẽ & alio diuino: ac supra sapientiã modo percepit. in Itacã.n. Homerũ quandoq; nauigasse ait, cũ Vlyssis animã adhuc sapere audiuisset: allectamentoq; in ipsam usum. Postea uero q̃ ascendit Vlysses, hic quidẽ quę in Troia fuissent gesta, percunctabatur, Vlysses uero se quidẽ cuncta tenere/ac meminisse fatebatur. Sed eorũ quę sciret, nihil penitus dicturũ, ni pręmiũ ab Homero consequeretur, laudes scilicet in poesi: & sapientię/ac fortitudinis causa hymnos. hæc cũ Homerus spopondisset: & q̃ in poemate gratificari posset, asseruisset, omnia Vlysses uere: & ut gesta fuerant, enarrauit. ad sanguinem.n. ac foueas animę haud quaq̃ mentiuntur. Homero autẽ iam abeunte clamitans Vlysses suę inquit ipsius cædis a me penas exigit Palamedes: & noui iniq; fecisse: & omnino aliquid patiar. Qui enĩ hic ius dicunt, acres sunt o Homere: & quę ad supplicia pertinent, non longe absunt. q̃ si hominibus hæc Palamedi minime fecisse uidebor, minori hic afficiar supplicio. Itaq; ne ad Troiã Palamedẽ adducas: nec milite utere: nec sapientem fuisse dixeris. dicent utiq; alii poetę, at uerisimilia haud quaq̃ uidebuntur, cũ abs te omissa fuerint. hoc est hospes Vlyssis atq; Homeri colloquiũ: & sic Homerus uera quidẽ percepit: multa uero ad orationis sibi subiectę ornatũ transmutauit. Phœ. Homeri patriã: & a quibus esset genitus, nũquid o Vinitor Protesilaũ unq̃ rogasti? Vi. Sæpenumero hospes. Phœ. Ipse uero quid? Vi. Ait quidẽ nouisse: sed cum Homerus hęc omiserit, ut studiosæ ciuitates ipsum sibi ciuẽ asciscerent, fatorum etiã lege Homero fortasse existente, ut nullã habere ciuitatẽ uideatur, nec parcis: nec musis se gratificaturũ dixit, si hoc: quod ad Homeri laudẽ reliquũ esset enuntiaret. Omnes

enim ciuitates: cunctaq; gentes ipsi se addicunt: inuicemq; iu dicia subirent / se ipsas Homero, ut ciui adscribentes. q̄ autem hoc apud te o Phoenix minime fuerim taciturus: nec te, si mi hi cognitum fuisset, celassem, ex iis quae tibi a me dicta sunt colligere facile potes. omni enim amota (ut puto) inuidia tibi: quęcunq; nouerā percurri. Phoe. Credo uiniter, & rationem quare hęc taceat sequamur. Achillem aūt tibi iam tēpus est indicare, nisi nos ut Troianos perterrefaciet, cum e fossa in ip sos ethicuit.

Achilles.

Chillem ne metuas o hospes. puerum. n. in sermonis
a principio conuenies. Phoe. Magna pręstabis si ab in fantia nobis ipsum exposueris. postea. n. armato ac pugnanti occurremus. Vi. Sic erit: & quaecunq; ad Achillem pertinent, te nosse fateberis. Talia autem de ipso audiui. Ma rinae Deae monstrum Peleū adibat: & ipsius amore capta (ut puto) Dea in pelio monte cū Peleo coibat. multitudinis ue recundia quę nam esset / atq; unde ueniret / nondū dicens: sed tranquillitate ipsum mare obtinente, accidit, ut haec quidem Delphinis / atq; Hippopotamis insidens luderet. ipse uero e Pelii specula hęc contemplatus & deam cognouerit / & ueniē cem sit ueritus. haec autem ad audendum Peleum inducebat; Auroram Tithonum adamasse / Venerem ab Anchise supera tam / Lunam dormientē Endymionem frequentasse / inerbo rans. Ego uero tibi o Peleu filium homine prestantiorem da bo. Postea uero quam natus est Achilles Chironi educandū tradidere. hic autē fauis / atq; hinnulorū medullis ipsum ale bat. Cum ad aetatem peruenisset: in qua pueri curriculis / acta lis indigent, ab huiusmodi quidem haud arcebat. Iaculis ue ro / ac telis / cursibusq; assuefaciebat. Erat autem ipsi fraxinus parua a Chirone ꝑcisa: & ad bellica balbutienti similis erat. Ephebus iam factus radios quidem a facie emittebat. Corpo re immensus uidebatur. facilius excreuit, q̄ quę ad fontes po sitę sunt arbores. multus quidem in conuiuiis: multus in seriis

canebatur.Postea uero q̃ ira inferior uidebatur, musicen Chiron ipsum edocuit. Musice.n.ad sedandam iracundiam/animiq; fastus tollendos plurimum facit.hic autē nullo labore & harmonias edidicit/& ad lyrā cecinit. Canebat autē antiquos coętaneos Hyacinthū/ac Narcisum/& quid Adonidis. Cum autem de Hylla/atq; Abdero ephebis/recentes adhuc essent luctus:quorum alter ad fontem profectus euanuit: Alterum Diomedis equæ discerpserunt, absq; lachrymis hęc minime canebat. audiui autē & illa, ipsum quidem musicen/ac poeticam uim petentem Calliopę sacra facere: Deā uero dormienti adstitisse:& o puer dixisse, musices quidem/ac poetices do tibi quod satis sit, ut & suauiores reddas epulas/& dolores/ac solicitudines sopias. Posteaq̃ uero mihiq;/& Palladi uidetur, ut strenuus sis bellator: atq; in castris acer/pareq; ita iubent, tu quidem in illis te exerce/& illa dilige. Poeta autem postea erit: quem ad res abs te gestas carmine celebrandas exhortabor. hęc ipsi de Homero prędicta sunt. Adolescētulus autem factus, non ut multi tradidere expositus in Scyro inter uirgines educabatur. Neq;.n. par est Peleum heroū pręstantissimum/filium, ut bellum/ac discrimina declinaret, quopiā clam misisse, cum pręsertim Aiacem Telamon exciraret, neq; Achilles se in Gyneceum trudi sustinuisset/laudē ac gloriam apud Troiam aliis omittens. Plurima.n. iam ipsi inerat ambitio. Phoe. Quid nam igitur super his Protesilaus o uinitor nouit: Vi. Credibiliora hospes ac ueriora. ait.n. Theseum ob imprecationes in filium Athenis exulantē in Scyro a Lycomede fuisse interfectū. Peleum uero Thesei hospitem: & facinoris Calydonii participem Achillē propterea in Scyrum misisse, ut Theseum ulcisceretur. ipsum autē Achillem, cum una cū Phoenice ob senectam, quæ tantum consultanda essent/tenente enauigasset, primo statim impetu Scyrū suspensam/atq; in lapideo colle sitam concussisse: & Lycomedem cœpisse quidem, non tamen occidisse. sed cum percunctatus esset, cur uirum se præstantiorem exulantē interemis-

ſet, reſpondiſſetq; ille, q̄ iniuriam inferre/imperiumq; auferre
conaretur, dimiſit, ut qui iure interfeciſſet: Dixitq; ſe illum
apud Peleum defenſurū:& Deidamiam Lycomedis filiā uxo
rem duxit:Natuſq; eſt ipſis filius Neoptolemus propterea
denominatus, q̄ Achilles iuuenis ad bellum irruerit.hic cum
Achilles degeret, acceſſit Thetis: & haud ſecus ac mortales
matres filium curabat.coacto autē in Aulide exercitu, ob ea
quæ fato ipſi erant deſtinata, in Phthiā eum traiecit: & cum
Peleum filii dominū feciſſet, arma quoq;:qualia nondū quis
piam geſtauerat, ipſi elaboraſſe dicitur. Cum quibus in Auli
dem profectus & ſpe impleuit exercitum:& ita deæ exiſtima
tus eſt filius, ut Thetidi iuxta mare ſacra facerent:Achilleq;
in armis ruentē adorarēt. De fraxino quoq; hoc eſt de Achil
lis haſta Proteſilaum percunctatus ſum, quid nā eſſet in ipſa
mirandum?& ait longitudinem quidē fuiſſe fraxino:quæ nul
li alii haſtę:lignum uero uſq; adeo & rectum/& ualidum, ut
minime frangi poſſet. Cuſpidis autē aciem ex adamante con
ſtare/omniaq; diſpeſcere/ac penetrare: haſtam uero utrinq;
orichalco obductam, ut tota fulgurās incidat. Phoe. ipſius aūt
arma uinitor quo nā pacto ait fuiſſe exornata? Vi. Haud Ho
merico modo o hoſpes. Diuina etenim & illa ab Homero ex
cogitata, ciuitates/ ſidera/bella/agrorum cultus/nuptiaſq;/
atq; odas perſcribente. Cæterū illa ſuper ipſis ait, haud alia
Achilli fuiſſe arma, q̄ quæ ad Troiam tulit:neq; unq̄ Achilli
periiſſe arma:nec Patroclum, dum iratus erat Achilles, ea in
duiſſe. in ſuis. n. ipſius armis interfectū, dum ſe in pugna ſtre
nue gereret/murumq; iam attingeret. Achillis. n. arma mini
me capi potuiſſe ait, neq;. n. armatum periiſſe:ſed ad nuptias
proficiſci arbitrantem, inermē occidiſſe/atq; ac ſponſum coro
natum. Fabrefacta autem fuiſſe arma ignobilia/ac mediocria
commiſtā uero ipſis materię fuiſſe uarietatē alias in alios ſplen
dores quot Iris continet tranſeuntem. Vnde ſupra artē fuiſſe
uiſa ſunt/& Vulcani decantata. Phoe. Nunquid oſtendes mi
hi ipſum o Vinitor:& a ſpecie circunſcribes? Vi. Cur non fa

ciam cū presertim te libentē consecutus sim auditorem. Comam quidem densam/auroq; suauiorem ipsi fuisse dicit/pulchreq; compositam, quocunq;/aut ut cunq; uentus/ipse ue cā agitaret. nasum uero nondum aduncum: sed ut futurum. Supercilium instar lunę falcatum: animum autem: qui uenustis inerat oculis, quiescentis quidem quendam differre impetū: ruentis uero cum sententia exilire: amantibusq; tunc suauiorem uideri: & huiusmodi quid aduersus ipm passos fuisse graecos, cuiusmodi aduersus leonum ualidissimos. Eos. n. in quiete diligentes ipsis magis gaudemus, cum ira repleti in taurū aut in aliquā pugnacissimā impetū faciant feram. Sed Achillis fastum/& a ceruice indicari asserit. Rectam. n. cē atq; eminentem. Heroum autem ęquissimum fuisse, cum natura: tum Chironis consuetudine. q; autem circa pecunias calumniam subierit, illinc Achilli euenisse. sic. n. circa ipsas criminatus est q; ex tribus acuiginti ciuitatibus: quas ipse subegerat, plurima quidem ceperit mancipia, a nullo uero ipsorum preterq̄ a puella uictus fuerit: quam ne ipse quidem sibi ipsi dedit: sed a Gręcis petiit, iniquitatis autem Nestore graecos accusante ni plura Achilles cepisset, mea inquit sit maior operū pars: pecuniis uero quicunq; uoluerit, affluat. In illa cōcione o hospes Achillis in Agamemnonem/ira pro Palamede initium sumpsit. Memorans. n. quas ambo ceperāt ciuitates/huiusmodi est inquit Palamedis proditio. Me quoq; quicunq; uoluerit, iudicet. nam ab iisdem ueni. Haec cum in se ipsum acciperet Agamemnon: Achilleq; conuicio prosequeretur: & Vlysses pro proditore dicere proditionem esse assereret, illū quidē cum ne Achiuis quidē grata diceret, a concione expulit. pluribus uero Agamemnonem conuiciis insectatus procul a telis degebat: neq; quicq̄ quod ad communem spectaret utilitatem faciens: neq; ad concilia proficiscens, quando iam ad ipsum ab Agamemnone preces peruenere Achiuis in omni iam uersantibus discrimine, afferebant autem eas Aiax/atq; Nestor: hic quidem ob cognationē/& q; iisdem quibus Achil

les iratus ipsis iam reconciliatus erat: Nestor uero sapientię causa, atq; aetatis: quam omnes uenerabantur Achiui. Postea uero q̄ Patroclum saltem sibi Achillis iussu auxiliari offenderunt, hic quidem cum quae ab Homero dicuntur, & egisset/& passus esset, decessit/super muro Troiam oppugnans; cuius causa Achilles nihil quod turpe/atq; ignobile esset, aut dixit/aut egit: Verum cum constanter ac prudenter luxisset: itaq; cum sepulturae mandasset, ut & ipse uolebat: & illi fore gratum arbitrabatur, in Hectorē procedebat. excessus utiq; quibus Homerus usus est super Troianis: qui, cum primum apparuit Achilles/una cum curribus periere: deq; iis: qui in flumine occisi sunt/fluminisq; motum, cum suam ipsius undam in Achillem excitaret, laudat quidē Protesilaus/ut poetica: perscribit uero ut uenusta: neq;. n. Scamandrum Achilli tanto existenti transitu potuisse difficilem eē ait/magnis prēcipue fluminibus minorem: neq; Achillem cum flumine i certamen descendisse. q; si uehementer in ipsum obstrepuisset, declinasset utiq;: neq; aduersus aquam progressus fuisset. his autem longe uerisimiliora (ut puto) illa percurrit. compulsos quidem ad fluuium Troianos/pluresq; ipsorum ibi occisos, q̄ in toto bello perierint. nec tamen haec omnia ab Achille fuisse gesta: uerū ipso iam fretos graecos descendisse: & qui in flumine erant, interfecisse. Achillem autem haec quidē neglexisse; huiusmodi uero certamē cōcertasse. Erat uir ex Poeonia profectus: cuius & Homerus meminit, Asteropęum autem ipsum appellat, Axii fluuii nepotem: & utramq; manū dexterum. Achiuorum autem/ac Troianorum maximū esse hunc Poeonem: & qui ad ferarum morem in cuspides irrueret. hunc Homerus ommisit locum. ducebat autem sincerā potentiam Pęonas equites nuper ad Troiam profectus: quos Achilles perterrefactos in fugam uertit. nam cum nondum huiusmodi uiro occurissent, daemonem in se irruisse arbitrabantur. solo autem subsistente Asteropaeo plus sibi timuit, q̄ ubi cum Hectore dimicabat. nec Poeonem illesus interfecit,

unde cum socii ipsi interdicerent, ne eo die cum Hectore congrederetur, hos minime sustinuit sermones: sed dicens uideat me uulneribus quoq; prestantiorem, in Hectorem pro moenibus constitutum impetum fecit. cum autem eum eiusmodi existentem, qualem in ipsius diximus oratione interfecisset, circum muros traxit barbaro quidem / atq; ingrato more: ue rum q; Patroclum ulcisceretur, ignoscendo. Miro etenim ingenio quodam Achillem usum magni semper aliquid pro amicis agere. Vnde omnibus quidem grecis pro Palamede succensuisse, Patroclum uero atq; Antilochũ uindicasse ait. quae autem ab ipso super amicis Aiaci Telamonis filio dicta produntur, opere est precium cognoscere. Aiace eni ipsum post haec percunctante, quę nam ipsi opera maxime fuissent periculosa, quae amicorum causa suscepi inquit Achilles. rursusq; interroganti quę nam suauiora / ac leuiora, idẽ respondit. Ad miratione autem affecto Aiace, quo nam pacto idem opus arduum / ac facile fieri posset, quoniam inquit discrimina pro amicis, licet magna sint, omni tamen carent dolore, q; ea libenter subeamus. quod autem uulnus o Achilles maximo te affecit dolore, inquit Aiax? quod ab Hectore accepi, atqui ab ipso minime uulneratus fuisti, inquit Aiax. Per Iouem inquit Achilles, & caput / & manus, te enim meum ipsius caput censeo. Patroclus uero mihi erat manus. Patroclum autem o hospes Protesilaus ait haud multo quidem fuisse Achille natu maiorem: diuinum uero uirum / ac modestũ / Achilliq; omniũ sociorũ amicissimũ. etenim gaudere, ubi Achilles gauderet: dolereq; pari modo: semperq; aliquid consulere: & canentem audire. equi quoq; haud secus ipsum libentes / atq; Achillẽ uehebant. Erat aũt & corpis proceritate: & robore inter utrũq; Aiacem. Telamonio quidẽ in utroq; inferior: locrensi uero superior, & flauo erat colore Patroclus / & oculos niger / ac satis honestis superciliis: comae modũ laudans. caput aũt ceruici insistebat, qualẽ palestrę exercent. At nasus & rectus erat; & ad nares diffundebatur, ut equorũ alacres. Phoe. Optime o ui

nitor Achillis equos mihi in memoriã adduxisti. uehementer
enĩ percipere exopto qua re cæteris prestantiores equis diui-
ni existimati sint. Vi. Hoc idẽ hospes & ego Heroẽ percun-
ctatus sum, & ait eam quidẽ: quæ in ipsis fuisse dicitur, immor
talitatem ab Homero fabulose celebratã. Thessaliã uero bo
norum feracẽ equorũ existentẽ duos tunc equos Lampũ/ac
Xanthũ pernicitate mirabiles/specieq; illustres dei alicuius
nutu aluisse, cũ Achilles floreret. & cũ omnia: quæ diuinitus
inesse Achilli dicebantur/fide minime carerent, equis quoq;
diuini nescio quid/ac supra mortalitatẽ inesse uidebat᷑. Is aũt
fuit Achilli finis: quẽ & Homerus nouit. Ait. n. ipsum a Pari
de/atq; Apolline interemptũ. eorum fortasse conscius: quę in
Tymbræo accidere: & quo pacto iuxta sacra/ac iusiurandum
quorũ testem Apollinẽ faciebat, dolo iterfectus occiderit. Po
lyxenes aũt sacrũ ad tumulum celebratũ: & quæcunq; de illi
us amore canentes audis poetas, ita se habẽt. Polyxenẽ amo
re prosequebatur Achilles: & has sibi ea lege parabat nupti-
as, ut ab Ilio grecos abduceret. Achillis amore capta erat &
Polyxene, nã in Hectoris redemptione inter se uiderant. nã
Priamus ad Achillẽ proficiscens ducẽ sibi fecerat filiã/earum
natu minimã: quas ipsi Hecuba pepererat. semper. n. liberorũ
natu minimi patris gressibus inseruiebant. & tanta utiq; ob
æquitatem in uenereis quoq; preditus erat Achilles mode-
stia/ac tẽperantia, ut neq; eripuerit puellã in manu sua existẽ
tem: seq; ipsam in uxorẽ ducturũ Priamo sit fassus: & nuptias
differenti fidẽ prestiterit. Postea uero q̃ in eo quod suphis cõ
ceperant iureiurando/inermis occisus est; dicitur Polyxene/
Troianis mulieribus e tẽplo fugientibus: uirisq; dissipatis, ne
q;. n. Achillis casum æquo aĩo tulerant, ad græcos transfugis
se: adductaq; ad Agamemnonẽ æq; modeste/ac laute uixisse
ac si in patris ædibus fuisset. Achillis aũt cadauerciã triduum
iacente ad sepulcrũ noctu cucurrisse: multaq; cũ miserabilia:
tũ amatoria dicẽtẽ ensi se ipsam admouisse, cũ rogaret Achil
lem ut in amore persisteret: duceretq; ipsam, cũ presertim nu

ptias haud quaq̃ decepiſſet. quæ aũt ab Homero in ſecunda Pſychoſtaſia dicta ſunt, ſi quidẽ Homeri illa, q̃. ſ. Muſæ quidem defunctũ Achillẽ odis luxerint: Nereides uero pectorũ planctu, haud minus iactanter dicta aſſerit. neq; .n. muſas ue niſſe: nec querulis cantibus uſas: neq; Nereidũ ullam ab exer citu conſpectã, cũ maxime accedentes dignoſcantur. mira ue ro quædã contigiſſe: & quę haud longe ab iis quę ab Home ro dicta ſunt, diſtant. Ex Melane .n. ſinu intumeſcẽs mare pri mum quidẽ mugiebat: paulo uero poſt magno elatũ cumulo ęquale in Rhœtiũ phrygię promõtoriũ progrediebat. Achi uis aũt terrore perculſis, quidq; ipſi/ac regio paſſuri eſſent, ignorãtibus, poſtq̃ prope fuit: caſtraq; undis alluebat, luctũ edidit acutũ/ac iugẽ, ut mulierũ turba, cũ affines lugent. cũ autẽ diuinum hoc/atq; admiratione dignũ apparuiſſet: fatere turq; oẽs q̃ unda Nereidas adduxiſſet (nihil .n. immerſit: ſed mitis ac lęuis terrę adquieuit) multo grauiora quæ ſequũtur uiſa ſunt. Poſtq̃ .n. nox cępit Thetidis ululatus laudantis/ac uocantis filiũ per exercitũ tranſibat. clamabat aũt altũ/ma gnumq;/ac conſonũ, ut in montibus Echo, & tunc maxime Achiui Thetidis eſſe filiũ Achillẽ percepere: nec alioqui ta men diffidentes. Tumulũ autẽ iſtum: quẽ in littoris frõte cer nis extantẽ, conuenientes erexerunt gręci quando Patroclo in uno iunctus eſt tumulo pulcherrimũ ſibi atq; illi ſepulcra le donũ prebens. hinc eſt q̃ qui amicitiã laudibus proſequun tur, ipſum celebrant. Sepultus eſt aũt hominum euidentiſſi me cũ iis omnibus: quæ ipſi a Græcis oblata ſunt/ne comam quidẽ promittere poſt Achillẽ honeſtũ arbitrantibus. aurum præterea: & quicquid unuſquiſq; habebat, uel ad Troiã abdu cens/uel ex partitione capiens cuncta & ſtatim in pyram cõ geſſere, & cum Neoptolemus ad Troiã uenit, preclara .n. rur ſus cũ a filio, tũ a græcis ipſi gratificari conantibus, aſſecutus eſt munera. quippe qui & a Troia nauigantes circa tumulũ procidebant: Achillemq; amplecti arbitrabantur.

Neoptolemus.

n Eoptolemum aũt o Vinitor, qualẽ fuisse ait? Vi. Nobilem o hospes: & patre quidẽ inferiorẽ: nihilo uero Telamonio deteriorẽ. Idem aũt & de specie ait. pulchrum. n. fuisse/ac patri similẽ: tantũ uero ab ipso superatũ, quantũ pulchri a statuis superantur. Atqui hymnos quoq; ex Thessalia consecutus est Achilles: quos singulis annis ad sepulcrum accedentes noctu canebant/sacri nescio quid libaminibus immiscentes ut Lemnii: & quia Sisypho sunt Pelo pōnenses de more faciunt. Phoe. Alia rursus oratio accedit uinitor: quã me hercule nunq̃ ommitterẽ, ne si oĩa quidem propterea mihi essent agẽda, ut hec minime prętermittatur. Vi. At sermonũ digressiones nō nulli hospes ambages/nugasq; apud minime ociosos esse arbitrantur. Te aũt uideo seruum quidẽ nauis cui imperas: seruũ uentorũ: quorum etiã si modica aura ad puppim steterit, uela excutere oportet: & cũ naui soluere/cũcta nauigationi postponentem. Phoe. Valeat deinceps nauis: & quę i ea sunt. animi. n. onera suauiora mihi atq; utiliora. Orationis aũt digressiones nō nugas: uerũ huic mercaturę additũ esse lucrũ arbitramur. Vi. Saluus sis hospes ita sentiens: & quoniam uis audi. quæ quidẽ a Corinthiis in Melicertę honorẽ celebrantur (hi. n. sunt: quos esse a Sisypho dixi) & quęcunq; iidẽ liberorũ Medeæ causa faciunt: quos ob Glaucen trucidauit, mystico quidã/ac diuino luctui assimilantur. hos. n. placant. hunc laudibus prosequũtur. illius uero facinoris causa: quod a mulieribus in uiros Veneris nutu cōmissum est, expiatur quidẽ singulis annis Lemnus: & in nonũ diẽ qui in ipsa est ignis extinguitur: Nauis uero Theoris appellata ex Delo ignẽ adfert. q̃ si ante expiationẽ accesserit, nulli insulæ parti appellitur: sed suspensa salo ad promontoria iterea agitatur, donec adnauigare fas fuerit. Terrestres. n. atq; arcanos tunc inuocantes deos: purũ (puto) qui in mari fuerat ignem, custodiunt. Postea uero q̃ nauis accesserit/atq; ignẽ distribuerint, nouã inde uitã, tam circa aliã Diætã: quã circa artes: quibus ignis adhibetur, se auspicari tradũt. Thessa

lica uero expiatio Achilli ex Thessalia proficiscens a Dodo neo Thessalis oraculo mandata est. iussit.n. oraculũ ut Thes sali ad Troiã nauigantes singulis annis Achilli sacra facerẽt: mactarentq; partim ut Deo: partĩ ut in sorte defunctorum. Principio quidẽ talia fiebãt. Nauis nigra tollẽs uela ex Thes salia ad Troiã nauigabat/ ἱερούς .i. sacrorũ ministros qui dẽ bis septẽ abducens: Tauros uero candidũ/ac nigrũ utrũq; mansuetum: syluãq; ex Pelio monte, ne quid ciuitatis indige rent. Ignẽ pręterea ex Thessalia uehebant/libaminaq;/atq; aquã ex Sperchco exhaustã. Vnde & coronas Amarantinas primi Thessali ad funera ex lege constituere, ut etiã si uenti nauim abduxissent, minime flaccidas/ac deformes adferrẽt. Noctu aũt nauim in portũ adducere: & priusq̃ terrã attinge rent, Thetidi huiusmodi hymnum canere oportebat. Theti Cyanea: Theti pelea magnũ peperisti filium Achillẽ: cuius, quantum mortalis quidẽ tulit natura, Troia sortita est: quã tum uero tui imortalis generis arripuit filius, pontus habet, ascende hunccine editũ collem cum Achille in pyram asceri de illachrymis ad sacrificia Theti Cyanea Theti pelea. cum autẽ ad sepulcrum post hymnũ peruenissent, Clypeus quidẽ ut in bello obstrepebat, cursibus uero numerosis Achillẽ in uocantes coululabant. Coronato autẽ collis uertice: scrobi busq; in ipso effossis, nigrũ ut defuncto mactabant taurũ. In uocabant aũt Patroclũ quoq; ad epulas, utpote hoc quoq; in Achillis gratiã facientes. Mactatione aũt atq; expiatiõe per acta ad nauim descendebant. alteroq; rursus tauro Achilli in litore immolato: & canistro/atq; extis facta libatione (hoc enim ut deo sacrũ faciebant) sub diluculũ hostiã propterea ab ducentes discedebant, ne in hostili regione epularentur. Hęc hospes tã grauia, ac uetera a Tyrannis quidẽ: qui post ęaci das Thessalis imperasse feruntur, dissoluta fuisse aiunt: a Thes salia uero etiã neglecta. alię.n. ciuitates mittebant: alię mini me dignũ censebant: non nullæ in futurũ annum se missu ras dicebant. semper aũt rem ipsam deponebãt. uerũ terra ari

dicate laborantes/oraculoqꝫ (ut fas est) Achillē colere iubē
te, quæ ut deo ex ritu offerebant, abstulere: illud ut fas est
sic interpretantes. parentabant uero ut mortuo obuia quæqꝫ
mactantes, donec Xerses in græciā traiecit: quo tēpore Thes
sali Medorū res secuti rursus quę Achilli ex ritu offerebāt, in
termisere, postq̄ nauis ęacidarū domum ad gręcoꝝ societatē
adducens in salamina ex Aegina traiecit. Postea uero q̄ Phi
lippi filius Alexander longo post tēpore aliam quidē Thessa
liam in seruitutē redegit, Phthiā uero Achilli remisit: & aduer
sus Dareum expeditionē faciens belli sociū sibi Achillē fecit.
Thessali Achillis curā suscepere: & eqtes quoscūqꝫ ex Thes
salia ducebat Alexander, circa tumulū egere: atqꝫ ut equestri
pugnātes pręlio inter se conflixere/precatiqꝫ/atqꝫ operati ab
ierunt. ipsum aūt cū Balio atqꝫ Xanto equis in dareū inuoca
bant, hæc ex equis clamantes. Postea uero q̄ Dareus captus
est: eratqꝫ apud Indos Alexāder, Thessali Iusta nigrūqꝫ agnū
miserunt. iis autē qui parentarent, ad Troiā minime uenienti
bus: & si uenirent, interdiu singula: nec rite peragentibus ira
tus est. q̄ꝓ si quęcunqꝫ Thessalię ingruere, percurrero, nugarū
plena erit oratio. Quartum ferme ab hinc annū protesilaus
hic mihi occurrens ex ponto dixit se proficisci. nauim. n. cum
offendisset, hospiti assimilatum ad Achillē nauigasse: seqꝫ id
frequenter facere aiebat: me aūt dicente q̄ & amicorum stu
diosus & probus eēt Achillē diligens, at nunc inquit ipsi ira
tus ueni. nā cum Thessalis ob iusta ipsum succensere sentirē,
hoc mihi inquā Achilles remitte. ipse uero haud obsequitur:
quin imo mali quid ex mari se ipsis daturum asserit. quare ti
meo ne acris ille/atqꝫ implacabilis a Thetide aliquid in ipsos
impetret. Et egoo hospes cum a Protesilao hæc audiuissem,
rubigines ac ęaligines Thessaloꝝ segetibus in fructuum per
niciem ab Achille illatum iri arbitrabar. huiusmodi. n. morbi
ex mari fere feracibus continentis agris insidere uidētur. nō
nullas p̄terea Thessaliæ ciuitates, ut Bura/Heliceqꝫ/& quæ
circa Locros fuit Atalante/passa est, imersum iri suspicabar:

hanc.n.immersam:illā uero abruptā ait. Sed alia Achilli/ac Thetidi uidebantur:a quibus Thessali periere. Nā cum eius testę causa:ex qua homines purpurā conficiunt, magnæ cēnt indictæ poenæ, crimini datum est Thessalis, q ad hanc insectură edictum neglexerint.quod an uerum sit, ignoro. Lapides igitur impendent ipsis:ex quibus tā agros q̄ domos uendirant.seruoꝗ alii ipsos fugere:alii uenditi sunt.& multi ne parentibus quidē iusta faciunt.nam tumulos quoq uendidere. Quare quod Thessalis ex ponto se datuꝗ minabatur Achilles, hoc esse malum arbitremur. Phœ. Perniciosam uinitor irā memoras/atq incurabilē. Cæterum dic mihi quid admiratione dignum de insula in ponto sita Protesilaus nouit? Illic.n. forte Achillē conuenit. Vi. Illic hospes:& de ipsa talia memorat.q una.s.sit in Ponto insula ad inhospitale latus magis uergens:quam ponti ostium intrantes sinistrā habent. Triginta autē stadia longitudine, haud plura uero quattuor latitudine continet. nascuntur in ipsa arbores/populus alba/atq ulmi/aliæ quidē ut contigit. quę uero circa tēplum sunt serie quadā proueniunt. Tēplum autem uersus Meotidē erectum est.hæc uero ponto ęqualis in ipsum ingreditur.statuę in ipso sunt Achilles atq Helene/a parcis conciliati.cum.n. in oculis situs sit amor:& ex hoc poetæ cupidinē celebrent, Achilles atq Helene, cum neuter alterum uidisset, sed hæc quidē in Aegypto:hæc uero in Troia moraretur, in mutuum compulsi sunt amorē, corporis desiderium gignentibus auribus.cum autē in perpetuum ipsis fato destinata eēt dicta nulla sub Ilio existente insula: Echinadibusq:quæ ad Oeniadas: quæq ad Acarnaniam iacent, iā pollutis.quādoquidem Alcmęon interfecta matre ab Acheloo egestā incoluit terram.s. facinore recentiorū, rogat Neptunum Thetis, ut aliquā ex mari edat insulā:inqua habitent. Hic autem ponti longitudinem meditatus:& q nulla in ipso insula existente inhabitabilis nauigaretur, Leucen insulā quantam prędixi, in lucem edidit:ut ab Achille quidem atq Helene habitaretur:nautis

uero ad appellendum consisteret. Vniuersæ igitur, quęcunq; liquida est, substantiæ imperator Neptunus, flumina Thermodontem uidelicet/Borysthenéq;/atq; Istrum ingētibus ac perennibus undis in pontum deferri meditatus, fluuiorum limum: quē a Scythis auspicati in pelagus trahunt, congessit: insulāq; quantā dixi, confecit, cum ipsam in ponti fundo cōstituisset. hic primum inter se uidere & amplexati sunt Achilles/atq; Helene: & Neptun9 ipse/atq; Amphitrite/omnesq; Nereides/fluminaq;/& Dæmões: qui Mæotim/pontūq; adeunt, ipsorum nuptias celebrarunt. ferūt utiq; Leucos. i. ardeolas in ipsa habitare. esse autē has aquatiles/ac mare ipmolentes: quas sibi ministras Achillem fecisse aiunt: Lucū ipsius cū pennarum spiritu, tum earundē aspergine exornātes. hoc aūt humi uolātes/paululumq; supra terrā suspēnsas/facere dicūt. sed hominibus pelagi hiatum nauigantibus sancta occurrit insula. sita est. n. utpote hospitalis nauium domus. Caeterum ne sibi ipsam domiciliū faciant, tam omnibus nauigantibus: q̄ gręcis/ac barbaris circa pōtum existentibus est interdictū. oportet. n. ut qui insulę appulsi sint/ac sacrificauerint, occidēte sole in ipsam descendant, ita tamen ut non in terra pernoctent: & si uentus sequatur, nauigent. alioqui, suspēsā naui in cauo quiescant. Tunc. n. Achilles atq; Helene conuiuari dicuntur: & in cantibus uersari: mutuumq; amorē canere: nec non & Homeri carmina de Troia cōposita/ipsumq; Homerum cantu celebrare. poetices. n. donum a Calliope sibi traditum laudat adhuc Achilles: eiq; post rei bellicę uacationē magis incumbit. Cantus igitur: quo in Homeri laudē utitur, diuinitus o hospes ab ipso ac poetice compositum est. Illū. n. & nouit, & canit Protesilaus. Phœ. Liceret ne mihi o Vinitor cantum audire: an ipsum efferre minime fas est? Vi. Atqui eorum q̄plurimi o hospes qui insulam adeunt: & alia canēte Achille audire aiunt. hunccine uero superiore anno concinnauit cantum: qui elegantissimis constat sententiis. Sic autem compositum est.

Echo immensas quę circum aquas
Colis insani latera ponti,
Manibus nostris te lyra cantat.
Tu mihi diuum refer Homerum.
Grande hominum decus/atq; laboris
Gloria nostri:per quem haud perii:
Per quem mihi Patroclus adest:
Per quem par est diis meus Aiax:
Per quem inuicta & celebrata bonis
Laudatur non cecidit Troia.

Phoe. Mirum in modum Achilles o Vinitor & pro sua Homeriq; dignitate:& alioqui in lyricis carminibus sapiētię adscribitur ipsa non producere:minimeq; prolixa componere. ab antiquo igitur probata ac sapiens erat poesis? Vi. Ab antiquo hospes. Herculem.n.ferunt cum Asboli centauri corpus cruci affixisset, hoc ipsi inscripsisse Epigrāmma.

Asbolus haud hominum metuens/uocemue deorum
Multicoma picę suspensus ab arbore pingui
Coena iacens hic longęuis magna hęreo coruis.

Phoe. Horum quoq; Athleta fuit Hercules o uinitor magniloquentiam approbans:qua poeta loqui constat. Sed ad insulam reuertamur. fluxus.n.nos excipiens cuiusmodi multi circa pontum uolutantur, ab orationis serie abduxit. Vi. Redeamus o hospes. Cantus.n.in ipsa tales:uox prętereacanentibus clara erat ac diuina. Tanta igitur in pelagus penetrabat, ut prę admiratione horrorē nautis incuteret. aiunt autē, qui insulae appelluntur, haud secus equorū strepitum:armorumq;/sonitum/uocemq; exaudire, atq; in bello fieri solet. ꝙ si quis aduersus eum portū spiraturus est uentus:quē ad australes:siue boreales insulae ptes nautae subierint, ad puppim edicit Achilles:iubetq; ut mutato portu uento cedant. multi autē ex ponto nauigantes ad me ueniunt:mihiq; haec referūt: & per Iouem, ꝙ cum primū insulam prospexerint, ut per immensum delati mare, se inuicem amplectuntur:& pręuolupta

te ad lachrymas deueniunt. Cũ aũt adnauigauerint: insulãq;
salutauerint, ad templum Achilli supplicaturi/sacrificaturiq;
proficiscuntur. hostia autẽ arę pro nauis ac nauigantium di-
gnitate adstat. quod ad urnam quidem aureã pertinet: quę
quandoq; in chio insula apparuit, a sapientibus dictum est ho
spes uiris: & cur quę plãe dicta sunt, rursus qspiã dicat? Mer
catori uero insulam frequentanti apparuisse: quęq; ad Troiã
gesta sunt narrasse dicitur Achilles, potionẽ autẽ excepisse/
praecepisseq;, ut puellam Troianã, talem addens/ Ilii tali ser
uientem sibi reduceret. Admirante aũt orationem hospite: &
qiã considerct ipsum percunctante, quid sibi serua opus esset
Troiana, quoniã inquit hospes unde Hector/atq; eius maio
res, nata est. Nam de priamidarũ/ac dardanidarum sanguine
reliqua est. Mercator quidem amore captũ Achillem arbitra
batur. empta itaq; puella in insulã rediit. Achilles uero cum
ipsum ad se profectum laudasset, ut hanc in naui sibi custodi-
ret, imperauit. Oportet. n. (puto) inaccessam eẽ mulieribus
insulam. se autem uesperi ad templum profectũ/cum Achil-
le atq; Helene fuisse epulatum dicit. Multas praeterea sibi di
scedenti pecunias dedisse: quibus mercatores capiuntur/hos-
pitẽq; fecisse ait: & ut Merx efficax esset/nauisq; belle nauiga
ret concessisse. Postea uero q̃ illuxit dies, haec/inquit habẽs na
uiga: puellã uero mihi in littore relinque. nondum a terra sta
dium aberant: & puellę luctus ad ipsos peruenit. Ipsam diffe
rente/ac membratim discerpente Achillẽ. Amazones autẽ:
quas poetarũ non nulli ad Troiã uenisse: & cum Achille pu-
gnasse ferunt, haudquaq̃ interfecit ĩ Troia Achilles. Neq;. n.
noui quo pacto credendũ sit, Amazones ut Ilio succurrent
postea uenisse, cum Priamus pro phrygibus aduersus ipsas
Migdonis tẽpestate bellũ gessisset. Sed (ut puto) circa Olym-
piadem: qua in stadio rhodius Leonidas superior fuit, ipsarũ
Achilles robur in ipsa inquit insula profligauit. Phoe. Magnã
attigisti Vinitor orationem: measq; excitasti aures, alioqui
etiam ad tuũ arrectas sermonem. haec autem tibi ab ipso ue-

nisse Protesilao par ē. Vi.ab hoc hospes frugi prçceptore.hçc autem multis in pontū nauigantibus nota sunt. Nam circa inhospitale ponti latus:qua Taurici tenduntur montes, quædam cā dicuntur habitare cōtinentem Amazones:quā Thermodon/ac Phasis de mōtibus exeuntes amplectuntur:quas pater/& ipsarū sator Mars ita instituit, ut in bellicis uersentur/uitamq; armatā/atq; equestrem degāt.equi autem in paludibus pascuntur qui exercitui satis sint:& suam quidem regionem uiris minime incolendam prebeant. ipsç uero, cum liberis egent, ad Alym fluuium descendentes cum uiris ubi contigent, coeāt:profectaq; ad sedes/ac domos suas quos quidem mares pepererint, ad regionis fines genitoribus tollendos ferant:quas uero fœminas pepererint, diligant: ac suam esse prolem arbitrētur.& preterq̄ q̄ lac nō prebent(ut mos est matribus)inseruiant.id autem propter pugnas faciūt, ut neq; ipsas effœminatas reddant:neq; mammç suspendātur. Nomen autem amazonibus, q̄ mazo.i.mamma nō alantur, inditum esse existimauerim.Alunt aūt infantes cum equino, lacte:tum roris fauis:qui in modum mellis fluuiorū calamis insidet. Quæ uero a poetis/ac fabularū sectatoribus de ipsis Amazonibus literarum monimentis mandata sunt, ea a sermone abdicemus.neq;.n.presenti conferrent studio. Cæterq; quale illud ipsarum circa insulam facinus fuerit: quorsumq; euaserit, potius dicatur.quandoquidem ex Protesilai est sermonibus.nauibus quandoq; pluribus structores nauium ex iis qui uenalia in Hellespontum ex ponto uehunt, in pelagi sinistrum delati sunt litus/circa quod mulieres habitare dicūtur.Ab ipsis autem capti ad præsepia aliquandiu quidē uincti alebantur ut ipsos fluuium traiicientes Scythis anthropophagis uenderent.Postq̄ uero adolescentulum cum ipsis caprum Amazonum una ob pulchritudinē miserata ē:atq; ex hoc amor est quidā exortus, ne hospites uenderet, reginā sibi sororem existentē exorat.Soluti autem & cum illis uersati iā illarum more loquebātur:& cum tempestatem:quæq; in ma

ri sunt, memorarent, in Templi mentionem inciderunt: cum haud diu esset cum ad insulã nauigassent: diuitiasq; in eo existentes percurrerunt. hę autẽ hospites sibi lucro apponentes, q; & nautæ: & nauiũ fabri essent, cum & alioq sibi ad struendas naues apta esset regio, ad uectãdos equos naues struunt, ut equitatu Achillem superaturæ. pedites.n. Amazones/& fœmineũ sunt genus/& plane mulieres. remigiũ tamẽ tunc primum attigere: ac nauigationem exercuere. Postea uero q̃ nauigandi peritiã sunt consecutæ, a Thermodontis ostio uerno cum soluissent tempore, quinquaginta (ut puto) nauibus ad templum stadiorum maxime duobus milibus distãs peruenere. Ad insulã itaq; appulsæ omnium primum hellesponti is hospitibus, ut arbores, quibus in orbem templum exornabatur, exciderent, imperarunt: Postea uero q̃ secures in ipsos repercussæ partim quidem in caput: partim uero in ceruicem rediere: omnesq; iuxta arbores cecidere clamitantes Amazones: equasq; agitãtes templo infusæ sunt. Torue autem/atq; horrendum in ipsas cum respexisset Achilles: & haud secus atq; in Scamandrum/& Ilium insurrexisset, terrorem freno longe ualidiorem equabus incussit: præ quo alienum/ac super fluum sibi onus mulieres ratæ resiliere: & ad ferarum mores defecere: & in iacentes/ac prostratas irruentes amazones ungulis innitebantur/iubasq; horrebãt: & ut leonum ferocissimi aures in ipsas arrigebant. Iacentiumq; & nudas ulnas deuorabant: & pectora scindentes uisceribus inhærebant/atq; absorbebant. humano autem exaturatæ cibo per insulam cursitabant: cruoreq; repletæ insaniebant. in promontoriis autem stantes pelagiq; dorsa conspicientes campum se offendisse arbitratæ, se in mare precipites dedere. Amazonũ quoq; naues uehementi in ipsas spirante uento, periere. nam utpote inanes/nulloq; appulsæ ordine inter se concidebant/ac collidebantur: nauisq; ut in bello naualí nauim immergebat/atq; infringebat. & quoscunq; in nauali prælio aut rectos/aut obliquos gubernatores impetus faciunt, omnes in naues/inanes:

nulloq; consilio rectas incidere. Multis autem naufragiis ad templum delatis: & hominibus semiesis / atq; ad huc spiranti bus in ipso iacentibus / membrisq; humanis / ac carnibus: quę equæ expuerāt, dispersis, facilem Achilles insulę facit expia tionem. nam cum pōti uerticem euellisset, hæc absterfit / atq; abluit. Phœ. Quicunq; o uinitor te haud esse diis gratum ar bitratur, is uehementer a diis odio habetur, Nā q; tales / tāq; diuinos teneas sermones, id tibi ab iis proficisci existimo: qui te Protesilao amicum / ac familiarem reddidere. Cęterū postq̄ Heroicis nos explesti sermonibus, quo pacto ipse quidem re uixerit, non utiq; rursus percunctarer, quandoquidem hoc ip sum uti sermone profano / atq; arcano asseris. Cocytos uero / & Phlegetontes / & Acherusiam / huiusmodiq; fluminum / ac paludum nomina, & per Iouem Aeacos: horumq; iudicia / ac fora tu fortasse nuntiabis: & ipse narrare permittit. Vi. Per mittit quidem. uerum iam adest uespera: bouesq; quietē quę runt. iugales. n. uides q; ut soluantur iam tempus sit / uenire: & me eos admittere oportet: & oratio tēpore est prolixior / Nunc igitur ad nauim lætus uade / quæcunq; noster fert hor tus habens. & si uester / ac secundus fuerit uentus, nauiga ho spes cum prius de naui Protesilao libaueris. hoc. n. hinc soluē tes facere cōsueuere. q; si aduersus fuerit uentus, huc sole orien te reuertere: & quæ cupis consequeris. Phœ. Tibi morā gero uinitor. & ita erit. utinam non prius o Neptune nauigem q̄ hunc quoq; sermonem audiuero:

HEROICORVM FINIS.

DIALOGVS: INQVEM QVIC
quid apud Pausaniam scitu dignum legitur,
q̄ diligentissime congessit Stephanus
Niger tam græce/quam la-
tine opidoq̄ eruditus.

Stephani Nigri ex Casali maiore Cremonensis agri Dialogus. Interlocutores Ioannes/ Hieronymus/ Ludouicus Botti, Demetrius Chalcondyles. Ioannes alloquitur Hieronymum/ & Ludouicum fratres.

n

Ihil est quod magis expetam fratres mihi semper charissimi, q̄ ut eo pacto perpetuam agamus uitam, ut omnes iure fateantur, cum cæteris quidem hominibus nos amice simul/ ac beneuole uiuere: Inter nos uero ea prosequi beniuolentia/ ac pietate, ut ad amorem nihil omnino accedere posse uideatur. Quid. n. fraterna charitate pręclarius? quid illustrius excogitari potest? Quid contra, odio/ simultate/ seditioneq; turpius? Nam si recte considerabimus, naturam iccirco nobis fratres tribuisse comperiemus, ut externis amicitiis minus idigeremus. Cui. n. rectius/ ac liberius/ tutiusq; nostra committemus consilia? nostras aperiemus uoluntates, q̄ iis qui & eodem utero editi, & sub eiusdem parentibus educati sint? Sed non nulli ad eam interdum rediguntur insaniam, ut omissa domestica necessitudine: neglectis germanis, in quærendis externis amicitiis satagant: qui mediusfidius nihil aliud mihi agere uidentur/ q̄ si innatum sibi mēbrum abscinderent: factitiumq; pro eo conciunare/ insertareq; niterentur, Ipsa namq; amicitiarum/ ac cōsuetudinum nobis ingenita cupiditas maximo esse documento debet, ut fraternam obseruemus/ ac colamus/ eamq; in perpetuum conseruemus. Quod si (ut par ē) facere cōstituerimus, externis: multisq; amicitiis haud quaq̄ indigebimus. Sunt. n. multę/ uariæq; amicitiæ. si ad eam: quam inter fratres uoluit esse natura, comparentur, umbrę quędam, ac ficta uerę necessitudinis simulacra. Cuius arctissimum naturæ uinculum si quis dissoluerit/ ac contem

pserit, qua demum fide externas amicitias culturus sperabitur? Nam mihi penitus desipere/atq; insanire uidetur qui sibi firmam/constantem/ueramq; amicitiam cum eo fore persuasum habebit: qui fraternam prodiderit. Quis.n. Eteoclis Thebani necessitudinem: Atrei consuetudinem non abhorreat/ac despiciat? Quis contra Pollucis amicitiam haud expetat/libenterq; amplectatur: qui apud se in fratrem susurrantem pugnis interemit? & cum a Ioue optimo/maximo immortalitate donaretur, semideum se fieri maluit, ut diuinitatis Castorē germanum participem faceret? Hier. Quorsum ista tua de fraterna beniuolentia tendat oratio, iamdudum mecum ipse reputans coniicere nequaq̄ adhuc ualeo. neq;.n. quicq̄ unquam (quod meminerim) commisi, unde mea merga te/ac Ludouicum hunc nostrum beniuolentiam imminutam esse suspicari potueris. quippe qui, ut fraterna exigit amicitia, utrunq; semper non dilexerim solum: sed & uehementer amauerim. Quare cur & nos huc conuocaueris: & huiusmodi orationis exordio usus fueris, uellem utiq; non ignorare. Ludoui. Ego quoq; (ut uerum fatear) non potui non uehementer admirari, q̄ preter solitum istiusmodi uerba apud nos feceris: quem & assidue obseruauimus: & ut natu maximum sedulo coluimus. Nam a teneris unguiculis, quantum in me fuit, ea semper facere conatus sum: quæ utriq; uestrum essent q̄ gratissima. q̄ siquid unq̄ contra fraternæ amicitię iura uobis delinquere (ut usu quandoq; accidere solet) uisus sum, id uelim a me imprudenter factum existimari. Ioan. Noueram mehercule hoc meum orationis initium utriq; uestrum fronte ipsa admirationi futurum, cum presertim non me fugeret uos usq; adeo fraternę amicitię diligentes semper extitisse cultores, ut non modo eam non uiolare: uerum omni uiolatæ suspicione quoq; carere uolueritis. Cęterum orationis meę intentio non eo spectat, ut uos uiolatæ (quod Dii auertant) amicitię accuset/ac criminetur: sed ad augendam potius/ac conseruandam exhortetur. Eo.n. animo huc uos conuocaui: hoc orationis ex

ordio usus sum, ut in eandem mecum uoluntatem: idemq; cõsiliũ cõpellerẽ: quod certissimũ est amicitiæ uinculũ. Nã idẽ uelle: atq; idẽ nolle, ea demũ firma amicitia est, ut Salusti9 testatur. Cicero preterea uetus ẽ inquit, lex iustę/ueraq; amicitiæ, ut idẽ amici semp uelint: neq; est ullũ certius amicitię uinculũ, q̃ cõsensus/& societas cõsiliorũ/& uoluntatũ. Hie. Age queso omissa uerborũ ambage/lõgaq; oratiõis circuitiõe, quale tuũ istud sit cõsiliũ exponas. Spero. n. fore ut id excogitaueris: q^d haud secus nobis: ac tibi sit profuturũ. Lud. Nec ego quidem despero: q sępenumero tua secutus cõsilia: tuã nõ aspernatus uoluntatem, ea sum consecutus: quæ uix sperare unquã ausus essem. Quare quę tua sit uoluntas, ne pigeat quamprimum enarrare. Habebis. n. nos, ut pro Hieronymo etiã pollicear, ad uota paratissimos. Ioan. Credo equidem ita fore, cũ presertim hoc meum consilium non magis ad meam/q̃ ad uestram utriusq; pertineat eruditionem. Quare animum aduertite: & rem cognoscite, ut pernoscatis nunquid hoc meũ consilium/haud secus uobis q̃ mihi saluberrimum sit futurũ. Ego ex quo sapere cæpi, in ea semper fui opinione, ut a summo bono liberales dictas artes cęteris pręferendas existimauerim: quarum studium uobis quoq; q̃ gratissimum perpetuo fuisse cognoui. Quare ab ineunte ætate sub Stephano Nigro pręceptore haud quaq̃ penitendo adeo assiduam iis operam nauauimus, ut quantum in utraq; literatura profecerimus, nõ peniteat. Cæterum cum mihi satis compertum sit, neminẽ unq̃ in re literaria perquam illustrem fuisse: qui uno fuerit contentus pręceptore, existimaui nobis esse diligenter dispiciendũ, quis nam potissimum sit nobis adeundus: cuius ductu ad plurimarum rerum cognitionẽ possimus peruenire. Hier. Quantopere tuum hoc mihi placet consilium, nulla utiq; oratione tibi unq̃ exprimere possem. noui. n. (ut tu scis) eos fere omnes uariis esse usos pręceptoribus: qui bonarum artium pręstantissimi extitere professores. Lud. Nec mihi quidem displicet. quis. n. unq̃ sub uno tantum satis profecit doctore, cum

alius longo/atq; assiduo studio: alius ingenii bonitate: alius li
brorum etiam copia cæteris præstet. Io. Ita est profecto, quo
factum est, ut bonarum disciplinarum auidi cultores ingenii
excolendi causa patrium solū non inuiti reliquerint: uariasq;/
ac remotissimas orbis terrarum regiones peragrauerint. Nā
ut a disciplinarum fonte exordiar, Homerus non satis sibi du
cens q Phemium uirum doctissimum habuisset preceptorē:
q.q; totam fere Europam perlustrasset, in Aegyptum quoq;
traiecit, ut altiores ibi perciperet disciplinas, quod Orpheus/
Musęus/Melampus/Dedalus/Lycurgus spartanus / Solon
atheniensis/Plato philosophus/Pythagoras samius/Eudoxus
cnidius mathematicus/Democritus Abderites: multiq; prę-
terea alii fecisse memorantur. Hiero. Quid de nostris hoc est
latinis dicemus? non ne Virgilius, ut ęq; græce/ac latine do-
ctus euaderet, q̄ plurimas tam gręcas q̄ latinas adiit ciuita-
tes? Lud. Cicero quoq; latini eloquii pater non modo Philo-
nem academicum in philosophia/ Mutium Sceuolā in ciuili
iure præceptores habuit Romæ: uerum & Antiochum Asca
lonitem audiuit Athenis: in Asia Xenoclem adramyttenum/
Dionysium magnesium/Menippum carem: In Rhodo Pos-
sidonio philosopho/Apollonio rhetori assiduam operam de-
dit. Io. Sed quid opus est testimoniis ad eam rem comproban
dam, quę procul dubio ita est omnibus cognita, ut luce ipsa
clarior esse uideatur? Quare huiusce tam certę rei probationē
iam missam faciamus; & ad pręceptorem nobis deligendum
omne studium/omnemq; diligentiā adhibeamus. Ego quoq;
id q̄ primum censeo faciendum: nec quod nostrę omnium q̄
maxime est profuturum eruditioni, diutius prorogandum,
Lud. Est sane hoc q̄ celerrime prouidendum, Nam cum cęte
ra aliena merito dici debeant: tempus tantum nostrum sit,
nobis summopere cauendum est, ne per negligentiam in eo ia
cturam faciamus: quod ne maximis quidem preciis redimi un
quam potest. Io. O fęlicia illa priscorum secula, quibus nō Eu
ropa tantum: sed & Aphrica/atq; Asia bonarum disciplinarū

professoribus affluebat. tunc. n. una/eademq; opera adolescẽtibus Asiam/Aphricamq; ex Italia petentibus, & multorũ locorum cognitionem: & plurimarum disciplinarum peritiã inde domum referre licebat. Nunc autem tanta uniuersam Asiam/atq; Aphricam inuasit barbaries: ac bonarum artium contemptus, ut non modo a literarum studiosis non adeundæ: sed penitus fugiendę uideatur. Hier. Superest igitur sola Europa nobis diligenter dispicięda: quæ, ut fere semper alias, ita hac quoq; nostra tempestate bonas & fouet/& colit disciplinas. Lud. Quid mihi Europam narras? res nobis in angustius contracta est. Nam cum Europa quatuor & triginta cõstet prouinciis, solam Italiã, qd quærimus: atq; imprimis exoptamus, posse nobis pręstare cõtenderim. Licet enim in Gallia transalpina & pręclara sint ingenia/& multarum existãt disciplinarum professores, nullus tamen æque gręce: ac latine doctus (quod sciam) celebratur. Quare cum hoc maxime nostrum sit propositum, ut quę græcorum monimentis scitu digna continentur, nobis innotescat, ubi nam locorum qui nos hæc adamussim edoceat, preterq̃ in Italia quęrẽdus est? quo gręcorũ pręstantissimi post direptam a barbaris gręciã confluxerũt. Io. Recte me hercule dicis: & uero (ut aiũt) uerius. nam nusq̃ gentium preterq̃ in Italia quispiam nostris temporibus (quod meminerim) nominatur: qui gręcas pariter/ac latinas literas profiteatur. Est igitur in Italia nobis cõsistendum: nec longum maris æquor arandum: longa itinera suscipienda, ut quod tantopere exoptamus, consequi ualeamus. Hiero. Immo ne patrium quidem solum mutandum, si Stephani Nigri pręceptoris nostri iudicium haudquaq̃ ĩ hac presertim re cõtemnendum, sequi (ut par est) uoluerimus. ipse. n. (ut credo uos meminisse) quatuor consueuit uiros quã sępissime sua oratione celebrare, quos inter utriusq; literatuę peritissimos principatum facile obtinere ingenue fatebatur, Demetrium. s. Chalcondylem pęceptorem suum: qui iã diu in hac nostra inclyta Ciuitate publico conductus stipen-

dio græcas docet literas: Ioannem Lascarum: qui nunc Venetiis honorificentissime Regium agit legatum: Marcum musurum Cretem: qui Patauii publice profitetur: Aldum Romanum: cuius opera/ac studio resp. literaria plurimum adaucta est, Demetrium tamen chalcondylem cæteris, cum ætate/ac rerum usu, tum uel maxime doctrinarum orbe præferebat. Lud. Hic igitur, ne longius recedamus, nobis est omnino adeundus: quem credo manibus/pedibusq; obnixe omnia facturum, ut tum præceptoris nostri: qui eum semper accuratissime & audiuit/& obseruauit, tum nostra ipsorum causa nobis obsequatur. Est. n. uir utraq; humanitate preditus. Io. Quid mihi Demetrii humanitatem memoras? quem omnes tam latini q̃ Greci: qui eius consuetudine usi sunt, humanissimum/doctissimum/prudentissimum/continentissimumq; prædicare nunq̃ desistunt. nõ ne Stephanus Niger præceptor noster: qui ei tot annos assiduam operam dedit: quiq; semper inter intimos eius familiares extitit, tantam ait esse Demetrii integritatem/tantam eruditionem/tantam frugalitatem/tã candidos mores, ut ætatis nostræ mortalium nemini postponendus uideatur? Quare quando & uobis ita placet: & tempus maxime est idoneum (uacat. n. a publicis lectionibus) ad cũ tamq̃ ad alterũ nostri temporis Socratẽ proficiscamur. Hiero. Ego quidem omni sublata dilatione id faciendum arbitror. Lud. Tu Ioannes, cum & eius quandoq; auditor fueris: & nõ nulla tibi cum eo intercedat familiaritas, interea quo sis eum orationis exordio aggressurus, tecum meditare, dum eius ædes petimus. Io. In eo profecto iam totus eram: nec quicq̃ aliud mecum cogitabam: q̃ quibus eum uerbis primum alloquerer quo facilius quod cupimus ab eo possemus impetrare. Hier. Scias tibi q̃ breuissima opus esse oratiõe. est. n. Laconicæ breuitatis q̃ studiosissimus. Lud. Nec mehercule mirũ. uoluit. n. in hac quoq; re septem illos græciæ sapientes emulari: quos Plato refert Lacedæmonicæ sapientiæ oppidoq̃ fuisse studiosos. Sed ecce eius domum I Gallasse: & fores quas ad dexte

ram occlusas cernis, mediocriter pulsato. Dem. Visus sum audire obstrepentes fores I puer: & nunquis pulsauerit fores, uide. Pu. Sunt tres ingenui adolescentuli: qui te conuenturi uelint. Dem. Ut q̄ primum ingrediantur dicito, quoties praecepi tibi caueres, ne fores interdiu occluderentur, ut omnibus me cōuenire uolentibus q̄ facillimus aditus pateret? Pu. Adsunt. Io. Saluus sis Demetri praestantissime iuuentutis Mediolanēsis moderator. Dem. Tu quoq; perpetuo ualeas Ioannes mi Bottegentis certissimum columen. heus puer sellas adfer ut sedeant, Pue. Est hic: ubi comode sedere poterunt. Dem. sedete: sedete inquam, neq; n. uobis stantibus unq̄ sedebo? Io. Sedeamus, quando ita iubet. Dem. Sunt ne isti tibi fratres. Io. Sunt. Deme. quo nomine appellantur? Io. Hieronymus hic: Ludouic⁹ ille nominatur. Dem. ut ualet Daria mater uestra? Io. Bene utiq; ualet, cū tu bene uales. Dem. Est profecto q̄d summopere uos in tanto patris tā cito uobis erepti moerore consoletur, cū eam uobis contigerit habere genitricem: quae matronarū nostrae aetatis pudicissima & sit: & merito habeatur: cuius rei uos quoq; euidentissima praebetis indicia: qui utrūq; parentem ita adamussim redditis, ut qui uos intuētur illos sibi spectare uideātur, Sed haec alias. Nunc quare preter solitum ad me simul ueneritis cupio intelligere. neq; n. mihi possum persuadere, uos ut non nulli consueuerunt salutandi tantū officio me adiisse: quos audio literarū studio usq; adeo deditos, ut nullū praetermittatis tēporis interuallum: quo nō aut domi cū Stephano Nigro praeceptore uestro/discipulo nostro: aut alibi cū amicis de re literaria dessera tis. quo circa gratissimum mihi feceritis, si omissis caeteris, cur ad me ueneritis nobis q̄ primū significabitis. Nihil. n. magis cupio q̄ ut uestra in re presertim seria moremgerā uoluntati. Io. Ita faciā: & eo quidē libentius/ac celerius, quia id nobis tam benigne polliceris: quod a te circa maiora occupato uix multis posse precibus impetrari sperabamus. Dem. Eram ego quidem in iis contemplandis in presentia detentus: quorū studium licet

inuitus intermittam, tamen omnia uestris omnium commo
dis postponenda constitui, quos uideo literarum studiosissi
mos: ea quoque uirtutis indole preditos, ut non minorem de uobis
spem concipiam: quam de puero Alcibiade Socrates unquam concepe
rit. Io. Est utique nobis uehementer lætandum, cum tanti uiri
iudicio ea futuræ uirtutis præ nobis insignia ferimus: quæ mi
nime negligenda uideantur. sed hæc Dei optimi maximi nu
tui ommittēda sunt, nobis tamē pro uiribus efficere nitendū
erit, ne falso de nobis iudicasse credaris. Dem. Spero equidem
ita fore: nec me meum frustrabitur iudicium. sed dic quæso,
quid sit quod mea opera indigeatis? Io. Dicam profecto: nec
tuam diutius morabor expectationem. Nos a teneris annis
ita & a parentibus educati: & a Stephano Nigro præceptore
nostro fuimus instituti, ut literarum studium cæteris esse re
bus preferendū censuerimus. quod quidem iudicium a pueri
tia inchoatum una cum ætate creuit: tantoque maiore discendi
desiderio indies tenemur, quāto magis proficimus: nec ullius
consuetudine magis oblectamur, quam qui nobis ad nostram au
gendam eruditionem posse plurimum conferre uideatur. Nā
ut Imperator ille se diem perdidisse ingenue fatebatur: quo
nullum officium in aliquem contulisset, ita nos quoque tēpus
illud nobis surreptū putamus: quo non aliquid aut legimus/
aut audimus: quod nos efficere peritiores ualeat. Quare si quis
ex Hispania/aut Britania/aut Gallia trāsalpina/aut Germa
nia nostram hanc adit Ciuitatem: qui artibus liberalibus im
butus sit, eū confestim aggredimur: hospicio excipimus: eius
consuetudine fruimur: ab eo quicquid memoratu dignum in
suis aut est/aut unquam fuit prouinciis, perscrutādo percipimus:
quod cum de græcia quoque candidissimo quondā totius Euro
pæ flore facere exoptaremus: & quis nā ad hoc nostrum ex
plendum desideriū maxime esset idoneus cogitaremus, occur
risti tu: quē huic nostræ uoluntati satis posse facere haudquaquam
ambigimus. Nā & natione græcus es: & ea familia ortus: eo
præceptore a crepundiis institutus: iis exornatus disciplinis:

ea graecarum/ac latinarum rerum cognitione prȩditus, ut no bis quod tantopere auemus, prȩstare tibi q̄ facillimum sit fu turum, cum praesertim totum ferme Pausaniam graecarum ci uitatum memoratu digna pertractantem (ut audimus) me moria teneas. cuius uolumina si publicis ēent impressa typis, Stephanus Niger preceptor noster huius te laboris immunē reddidisset. ipse. n. ea nobis, ut & multa alia, iterpretatus ēēt, Gratissimum igitur nobis feceris, si curaris, ut quod per libro rum inopiam adhuc nec audire: nec legere licuit, per te & au disse/& legisse uideamur. Dem. O crudelissima/atq; immanis sima fata: quae maximam interdum inuidetis mortalibus foe licitatem. quanto nunc Burgontius Bottus uir clarissimus afficeretur gaudio: quanta animi hilaritate, si huiusmodi libe ris diutius frui permissum fuisset. Sed ita natura comparatū uidetur, ut cum precipua uiuendi causa sit, tunc maxime mo riamur. Ego istud uestrum institutum/istam animi uolunta tem usq; adeo & probo/& admiror, ut inter huiusce Ciuitatis adolescentes mihi pene soli sapere uideamini. pauci. n. admo dum bonas sequuntur artes: bonis uacant disciplinis. Quarȩ ne ab incepto praesertim tam laudabili desistatis (& si mini me opus est) uehementer exhortor. Video. n. uos sponte ue stra ad uirtutem consequendam satis inflamatos: cuius com paratȩ gloriam qui consequntur, efficiunt profecto ut absen tes adsint: mortui uiuāt: & quod factu per q̄ difficile uidetur, in Coelum ipsum ascendant. Nullo igitur labore/nullis uigi liis/nullo deniq; sudore a tanto consequendo bono deterreri debetis: sed, ut facitis, totis uiribus eniti, quo q̄ celerrime do ctissimi/prudentissimiq; euadatis: ad quam rem adipiscendā ego quoq; nusq̄ uobis deero. Hier. Agimus tibi quas possu mus gratias, q; nobis tuam in hac re tam benigne operā pol licearis. Dem. Nullas mihi in hac re gratias agi postulo: quā ego longe libentius persequar, q̄ uos ipsi exigatis. Nam inter ea mihi patriae restitutus: patria frui: in solo patrio uersari ui debor, dum graecorum gesta/grȩcorū instituta/ritus/urbesq;

percurram. quare unde sit nobis auspicandum considerate. Lud. Homerus poetarum princeps nauium/ac principũ graecorum Catalagon facturus a Boeotia propterea auspicatus dicitur, q̃ aut musarum sedes fuerit: aut q̃ Hellen Deucalionis filius: a quo oẽs Greci sunt Hellenes denominati, Boeotiam incoluerit: aut q̃ totius fere grecie medium contineat. Nam ab oriente Euripum habet: ab occidente Locrim: a Septentrione Phocidem: a meridie Atticã. quo circa in hac nostra rerum/ac ciuitatum graecarũ recensione Homerum imitandum reor: & a Boeotia inchoandum. Deme. Non possum utiq; Ludouici nostri sententiam non uehementer probare: qui disciplinarum fontem Homerum in hoc quoq; emulandũ arbitratur. quare a Boeotia, ni quid aliud uos sentitis, exordium sumemus. Io. Ego mehercule ita faciendum censeo. Hiero. Nec quod uobis cordi est, mihi unq̃ displicebit. Dem. Ego hoc unum uelim non ignorari, me ea demum memoraturum: quorũ Pausanias meminit/singulisq; diebus, ut queq; memoratu digna in singulis eius libris uidebuntur, percursurum. uestrum erit, cum quid a nobis ex Pausania dictũ fuerit quod pleniore indigeat expositione, ea addere: quae ex aliorũ commẽtariis percepta memoria tenetis, ut una opera & uos proficiatis: & qui hec legere non dedignabuntur, maiorẽ consequantur utilitatem. Sed iam Pausaniam latine per me loquentem audiatis. Boeotia Attice finitima est, Beotii autem omnes a Beoto Itoni & Melanippes nymphe filio nomen sortiti sunt. Itonum uero Amphictyonis fuisse filium tradũt. Io. Boeotia prius Aonia ab Aonibus eam incolentibus dicta est, inquit Eustathius. Est autem Boeotia cognominata: uel a Boeoto Neptuni & Arnes filio, ut Nicocrates ait, uel a Boue: quam Cadmus ex oraculo secutus urbem condidit, ut Castor scribit. Sunt qui a mentis tarditate dictos Boeotios uelint, unde adagiũ illud βοιωτία ὗς. hoc est sus boeotia. quo in rudes: atq; ignaros uti consueuimus, q̃ boeotii, ut Eubulus in cecropibus: Mnesimachus in busiride: Alexis in trophonio

& Acheus in certaminibus testantur, uentri ac gulæ inseruien tes crassa fuerint minerua. Pindarus pręterea: nec nō & Cra tinus testantur, Boeotios quandoq; ὕας. hoc est sues appel latos, quod ob sordidum / ac solutum uiuendi modum Pinda ri interpres ait accidisse. quo circa Prepellus quidam ab Era tosthene quid sibi de Bœotiis uideretur interrogatus, respon disse fertur, τί γὰρ ἄλλο, ἢ τοιαῦτα ἐλάλουν οἷα ἂν καὶ τὰ ἀγγεῖα φωνεῖν, λαβόντα πόσον ἕκαστον χωρεῖ, quę uer ba significant cum fuisse Bœotiorum inter se sermonem; quo uasa, si loquendi daretur facultas, uterentur, quantum scilicet unusquisq; esculenti: poculenti ue caperet. Dicta est etiā Me sapia: & Ogygia: & Cadmeis, ut ait Thucydides. Est & in Thrace Bœotia, ut Stephanus meminit. Deme. Hectenas fe runt thebaida terram primos tenuisse: regemq; eorum Ogy gem indigenam fuisse, unde poetarū q̄ plurimi Thebas ogy gias dixere: & hos quidē pestilentia interiisse memorāt. post Hectenas, Hyantes / & Aones regionem tenuerunt, sed cum Cadmus Phœnicio exercitū comitante eo peruenisset, Hyan tes aufugerunt: Aonas supplices Cadmus suscepit: & cū uica tim Aones habitarent, urbem Cadmeam condidit. Hiero. Hyantes inquit Stephanus gens circa Alalcomeniā: qui & Hyantii: & Hyantini dicuntur. Est & Hyantia locrorū ciui tas. Aones, ut idem Stephanus ait, gens bœotica: quibus Aonia dicta. Cadmus, ut inquit Didymus, cū ab oraculo ac cepisset, ut profectus per Phocenses & Phlegyos sequeretur bouem, in utroq; humero candidum signum lunam referens habentem: & ubi genu inclinasset, ibi eam telluri pure / ac san cte mactaret: urbemq; conderet, ad armentum pelagontis Amphidamantis filii accessit: a quo emptam bouem ducē uię fecit: Thebasq; condidit, Thebis Aegyptiis cognomines. Nā Cadmus Aegyptius erat a stirpis origine. Dem. Chthonius / Hyperenor / Pelorus / Vdæus / & Echion: qui a dentium satu σπαρτοὶ cognominati sunt, tantam sibi compararunt aucto ritatem, ut Echionem generum sibi Cadmus delegerit: a quo

genitus Pentheus, cum Dionysii sacra contemneret, impieta
tis pœnas luisse perhibetur. Hellanicus in primo phoroni-
dis ait. Cadmũ dentes serpenti detractos ex martis consilio
seminasse: indeq; quinq; uiros natos, Chthonium/Pelorum/
Echionem/Hyperenorem/Vdaeum. Hippias uero delius in
gentium nominationibus: nec non & Atrometus gentẽ esse
spartos cognominatam ferunt. At Pherecides postq̃ inquit
cadmus Thebas incoluit, Mars & Pallas dentium serpentis
partem ipsi dedere, partem uero alteram Aetæ Colchorum
regi. Cadmus marte iubente ipsos serit: unde multi armati
nascuntur uiri: quos Cadmus lapidibus petit. hi uero a suis
se percuti arbitrantes/& inuicẽ se interimunt: & preter quinq;
omnes oppetunt. Vdęum/Chthonium/Pelorum/Echionẽ/
Hyperenorem: quos Cadmus ciuitate donauit. Deme. Poly-
dorus Cadmi filius post patris ad Illyrios migrationem im-
perium obtinuit: Cui Labdacus filius successit sub lyco tuto-
re educatus: quo post Labdacum patrẽ defunctũ, Lai quoq;
tutelam gerente Amphion/& Zetus Antiopes filii Laiũ sur
ripuerunt: Lycum prælio superarunt. quare cũ iam imperare
cepissent, inferiorem urbem Cadmeæ addiderunt, Thebasq;
a Promethei filia nominarunt, quod ita fuisse Homerus his
uerbis in odyssea de Amphione/& Zeto loquens testatur,
οἱ πρῶτοι θήβας ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο. quo factũ est
ut Cadmea Thebarum arx diceretur, cum prius ciuitatis no
men obtinuisset, Existimant nõ nulli lydiis modis usum Am
phionem: & a lydis, ob affinitatẽ quæ sibi cum Tantalo in-
tercedebat, didicisse: ac tres chordas quatuor prioribus addi-
disse. Sed qui carmina in Europen composuit, Amphionẽ ait
Mercurio operã dedisse. Myron Byzantius poeta tradit Am
phionem omnium primũ Mercurio aram struxisse: eiusq; rei
causa lyram ab eo accepisse. post Amphionis/& Zeti mor-
tem Laium Thebani regẽ crearunt: cui uxor fuit Iocasta: ex
qua ne filios susciperet, oraculo monitus est. fore. n. prędice-
bat, ut a filio occideretur. Oedipus a Laio patre expositus cũ

postea interfecit, Iocastam matrem uxorem duxit. filios non ex matre/sed ex Eurygania Hyperphantis filia sustulit. quod is testatur: qui carmina oedipodia nominata conscripsit. Onasias quoque plateensis Euryganiam in filiorum singulari certamine tristem pinxit. Polynices patre adhuc uiuente/ac regnante Argos concessit: Adrasti filiam uxorem duxit: mox defuncto patre Ab Eteocle fratre accersitus Thebas reuersus est: ortaque inter se/& fratrem seditione rursus Argos rediit: exercituque a Socero. ut in patriam reduceretur impetrato, in patriam/ac Thebanos expeditionē fecit/exercitū amisit/cum fratre ex prouocatione pugnauit: in quo quidem certamine uterque concidere. Laodamas Eteoclis filius patris imperium assecutus est, cum adhuc esset puer, Creonte Menecei filio eius tutore imperium administrante. sed cum Laodamas adoleuisset: regnumque administraret, Argiui rursus in Thebanos exercitū duxere. quibus circa Glissanta Bœotiæ ciuitatem Thebani occurrere: consertisque manibus Aegialeū Adrasti filium Laodamas interfecit. Cæterum Argiuis prælio superantibus Laodamas sub noctem aduentantem cū uoluntariis Thebanis ad Illyrios confugit. quare captas Thebas argiui Thersandro Polynicis filio commiserunt: qui postea circa Mysiam a Telepho interfectus est, cum græci aduersus Troianos expeditionem facerent: cuius sepulcrum est in Elça Asiæ ciuitate: indigenæque illi parentare dicuntur. Tisameno autem Thersandri filio puero existente/Peneleus dux electus est: quo ab Eurypylo Telephi filio interempto, Tisamenum Thebāi Thersandri/& Demonasses Amphiarai gnatæ filium regem crearunt. Huic successit Autesion filius: qui monente oraculo ad Dorienses cōcessit. unde Damasichthonem opheltæ filium regem crearunt: cui successit Ptolemæus filius. huic Xanthus: quem Andropompus singulari certamine interfecit. Inde Thebana res cepta est a pluribus administrari. ex septem Thebarum portis una ab Electra Cadmi sorore nomen accepit: Altera a Prœto uiro indigena: Tertia a

Nete:quam chordam Amphion in ea dicitur porta excogitasse:uel a Neide Zeti filio: Quarta Cranea nuncupata est: Quinta Hypsista super qua Iouis cognomento hypsisti templum erat:Sexta ogygia:Septima Homolois propterea nominata, q; per eam Thersandro accersente ii Thebas ingressi sint:qui ex iis:qui cum laodamante fugerant, non ad Illyrios sed homoloen Thessaliæ ciuitatem concesserant. Lud. Dercillus ait Harmoniā regis cuiusdam Thebani fuisse filiam:quā Cadmus interfecto patre duxit uxorem. Euphorus uero inqt Electrę Atlantidis filiam fuisse Harmoniam:raptamq; a Cadmo cum Samothraciam:ubi ipsa erat, pręternauigaret:eāq; in matris gratiam Electras Thebanas portas cognominasse: & adhuc in Samothracia in festis ipsam quęri. At Demagoras scribit Electram ex libya profectam habitasse Samothraciam:ubi a Ioue compressa Hemitheam/Dardanum/& Armoniam peperit. Cadmum autem una cum Thaso ad sororis inquisitionem nauigantem samothracię appulsum fuisse: ibiq; initiatum conspectam Harmoniam Palladis consilio rapuisse. Homole inquit Stephanus, mons Thessaliæ/citatq; Pausaniam in nono. dicitur/& Homolus:& Iuppiter Homolaios in Bœotia colitur. Homoloius Iuppiter, ut suidas ait, non modo Thebis:& in aliis Bœotiæ ciuitatibus:uerū & in Thessalia colitur/ab Homoloia uate Ennyei filia sic denominatus:quam Delphos missam fuisse Aristophanes in Thebaicorum secundo memorat. Ister q; apud Aeoles concors ac pacificium Homolon dicatur Homoloicum Iouem nominatum censet. Est & Ceres, Homoloia Thebis. Deme. Ismenius collis est ad dexteram portarum:ubi Ismenii Apollinis templum uisitur:ad cuius ingressum Pallas est & Mercurius προναοι cognominati:quorum alterum Phidias:alterum Scopas fecisse memorantur. Ipsius Apollinis simulacrum ex cedro cōstat. præterlabitur Ismenius fluuius ab Ismenio Apollinis ac Melię filio sic cognominatus, cum prius Ladon diceretur. Mantus λίφρον Lapis est ad Apollinis Ismeniiingres

sum:super quo Manto Tiresiæ mater sedisse referunt. Daphnophoros Apollinis Ismenii sacerdotis cognomen est: quem & forma/& genere insignem annuum legunt. nam pueri coronas ex lauri foliis gestant. Polyandrium haud longe distat a portis ubi iacent: qui in bello contra Alexandrum, & Macedonas desiderati sunt. ad sinistram portarum, quas Electras appellant, ędium sunt uestigia: ubi aiunt Amphitryonem ob Electrionis cędem Tirynthe exulantem habitasse. Alcmenes autem adhuc extat thalamus, quem a Trophonio/atq; Agamede Amphitryoni exædificatum ferunt. Sophronistera appellant Thebani lapidem: qui a Pallade in Herculē Amphitryonem occidere uolentem iactus somnum ei iniecit. Pręterea pharmacidas nuncupant mulieres ad Alcmenes partū impediendum a Iunone missas: quas Historis Tiresię filia decepit. Io. Assidere grauidis: uel cum remediū alicui adhibeatur digitis pectinatim inter se se amplexis ueneficium est, ut in uigesimo octauo inquit Plinius: idq; compertum tradunt Alcmene Herculem pariente. peius. n. si circa unū ambo ue genua: item poplites alternis genibus imponi. Ideo hęc in consiliis ducum: potestatum ue fieri uetuere maiores uelut omnē actum impedientia, uetuere uero & sacris/uotis ue simili modo interesse. Deme. sunt autem earum simulacra in Amphitryonis ędibus: ubi Herculis quoq; statua uisitur: quem προμαχον nominant. opus Xenocriti & Eubii Thebanorum ex lapide candidissimo. uetustissimum delubrum fecit/ac dicauit, ut fama est, Dædalus/beneficii gratiam referens/dū structis paruis nauigiis/excogitatis etiam, quod nondum antea fuerat, uelis: quo Minois remigationem pręueniret, ex Creta fugeret. Cuius filius Icarus imprudentius nauiculam: qua uehebatur regens, naufragium fecisse dicitur: qui in Pergami insulam etiam tum ignobilem tempestate delatus ab Hercule sepultus est: a quo tam insula q̄ mare nomen accepere. Hier. Icarum mare inquit etiam Eustathius uel ab Icaro Dædali filio: uel ab insula ibi existente. nam ut inquit Strabo, adiacet

ſamo Icaria inſula:a qua mare Icarium.Eſt autem pars quæ-
dam Aegei maris.Ipſa uero inſula Icaro Dędali filio eſt co-
gnominis. Dem.Apollinis coguomento ſpodii ara eſt ſupra
lapidem ſophroneſtera appellatum ab hoſtiarum cinere:ubi
eſt & oraculum. Apolini cognomine πολιῶ tauros immo-
labant priſcis temporibus Thebani. Fama eſt una cum ful-
mine in Semeles Thalamum à Ioue miſſo, lignum de cœlo
cecidiſſe:quod cum Polydorus ære exornaſſet, Dionyſum Ca
dmęum appellauit. Hamonis templum eſt Thebanis:cu-
ius ſimulacrum dicauit Pindarus/Calamidis opus. Pindarus
diuino poeta ingenio cum adoleſcentulus adhuc Thebis ęſti
uo tempore Theſpias proficiſceretur, meridiano caloris æſtu
uſq; adeo afflictus oppreſſuſq; eſt:ut laſſitudine/ac ſomno oc
cupatus paululum extra uiam proſtratus quieuerit:ad cuius
dormientis labia aduolantes apes mellificauerunt.huiuſmo-
di igitur ſuauiſſimi cantus preſagium pindaro fuiſſe perhibe-
tur. Cæterum cum Pindari nomen iam per uniuerſam gręciã
celeberrimũ haberetur, ad ſummũ glorię culmen Pythia eue
xit.prædixit.n. Delphis ut omniũ quę apollini offerebantur
primitiarũ æqualis portio Pindaro impenderetur. Aiunt pre-
terea Pindaro iam ſeneſcenti Proſerpinam per quietẽ obuer
ſatam fuiſſe:queſtãq; q̃ omnes preter ipſam, deos hymnis ce
lebraſſet.id tamen facturum, cum ad ſe ueniſſet.quare cũ an-
te decimum a uiſione diem deceſſiſſet Pindarus aniculę cui-
dam affinitatis uinculo ſibi coniunctę cantus q̃plurimos ca
nere aſſuetę dormienti adſtitit:hymnumq; in Proſerpinã ce
cinit:quem ipſa experrecta ſtatim conſcripſit:in quo ſunt &
alia Plutonis cognomina.& χευονίτιος Iolai Gymnàſium eſt
Thebanis ante Proctidas portas:nec non & ſtadium Tran-
ſeuntibus autem ſtadium ad dexteram occurrit Hyppodro-
mus:in quo Pindari extat monimentum. Pindari autem do-
mus ueſtigia ſunt ultra Dircen.Lud.Pindarus inquit Suidas
poeta lyricus Thebanus Scopelini filius:uel ſecundum alios
Daiphante:quod & uerius eſt, quidam autem & Pagonidæ

filiũ dixerunt. Natus est sexagesima quinta olympiade Myrthidos mulieris discipulus. quo autem tempore Xerxes in grę ciam expeditionem fecit, quadraginta erat natus annos. habuit fratrem Erotionem: & filium Diophantem. extremũ autem obiit diem, cum in Theatro Theoxenii a se dilecti genibus inhaerens petiisset, ut quod optimum in uita esset, sibi daretur. agebat autem tunc quintum & quinquagesimum annum. Scripsit autem multa dorica lingua. Fuit & alter Pindarus Thebanus & ipse/ac lyricus superioris consobrinus. Plutarchus in Lycurgi uita Terpandrus inquit/& Pindarus musicę fortitudinem coniunxere. Alexander cum Thebas deleret, Pindari stirpem incolumẽ seruauit, ut idem testatur Plutarchus. fuit autem megalophonotatos ut scribit Athenęus. Deme. Menoecei Creontis filii tumulus est iuxta illam Thebanarum portam: quae a Nete chorda nomen accepit: qui ex Delphico oraculo se sponte interfecit, cum Polinices una cũ exercitu Argis discessit: ex quo tumulo punica erupit malus: cuius fructum cum ad maturitatem peruenerit, si aperueris: quod intus est sanguinem refert. Io. Duo fuere Creonti filii Aemon scilicet & Menoeceus: ut in phoenissis Euripides ait: quorum alter hoc est Menoeceus, cum intellexisset patriae futuram incolumitatem/si ipse pro patria obiret, inuito etiã patre, sibi manum consciuit. Deme. Haud procul a Menoecei tumulo Oedipi filios singulari aiunt certamine concidisse: cuius rei indicio est columna: & super ea lapideus clypeus. Est praeterea hic locus: ubi Iuno a Ioue decepta Herculi lac praebuit. Appellatur autem uniuersus locus Antigones Syrma, ꝙ polynicis cadauer in Eteoclis pyram traxerit. Hiero. Iuno Herculi a Minerua persuasa mamũ praebuit, ut siculus ait. Diodorus: qua preter ętatem uiolentius arrepta, Iuno dolore commota puerum abiecit. duos preterea dracones misit: qui cum perderent: quos ille utraꝗ manu pręhensos strangulauit. sunt tamen qui uelint Herculem atꝗ Iphiclem iã integrum annum natos ab Amphitryone propterea immissos.

ſerpẽtes, ut uter eſſet Iouis filius dignoſceret: quos cũ Iphicles aufugiſſet, Hercules manẽs necauit, ut Author eſt Pherecydes. Dem. ὀιονοσκοπεῖον Thireſiæ appellatũ ẽ poſt Amonis templũ. iuxta qd extat fortunę ſacellũ. Pluton. i. diuitiaꝶ deũ puerũferentis, qd fortunã ipſam diuitiarũ aut matrẽ / aut nutricem eẽ innuere uidetur. huius ſimulacri manus & faciẽ Xenophon atheniẽſis fecit. reliqua Calliſtonicus idigena. Cephiſodotus tamen pacẽ Pluton tenentẽ atheniẽſibus effinxit. Veneris ſimulacra dicauit Harmonia: ex lignis nauiũ Cadmi cõfecta: quarũ unam Vraniã nuncupauit: quã amori ſincero: & ab oĩ corporis deſiderio amoto pręeſſe uoluit. alteram Pandemion: cui popularia curæ eſſent coniugia. Tertiam Epiſtrophiam: ut malas / atq; iniquas arceret cupiditates. Cereris θεσμοφὸρου ædem Cadmi quondam / & eius nepotum domiciliũ fuiſſe pdicant Thebani. Lud. Venus: ut Heſiodus ait: ex Cœli genitali / & ſpuma maris orta primum Cytheris: mox Cypro appulſa eſt: quam ſtatim amor & Cupido ſecuti ſunt. Venus pria: inquit Cicero: Cœlo & die nata: altera ſpuma procreata: ex qua / & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accipimus: Tertia Ioue nata & Dione: quę nupſit Vulcano: ex qua & Marte Anteros natus dicitur. Quarta ſyria: quã Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Venerem pectinem tenentem erexerunt romanę mulieres, ut Suidas ſcribit. Nam cũ peſtilenti prurigine laborarent: abraſiſq; crinibus inutiles eſſent pectines, Veneri ſupplicarunt. ut comam reſtitueret, quo facto deæ ſimulacrum pectinem tenentis erexerunt: barbamq; habentis, ꝙ tam maſculinis q̃ fœmininis ſit pręedita inſtrumentis. hanc. n. omnis eſſe prolis pręſidem ferunt, & a Lumbis ad ſuperiora marem: ad inferiora fœminã eſſe tradunt. Equeſtrem quoq; Venerem fingunt, ꝙ Aeneas eius filius cum ad occidentem nauigaſſet: poſtea equũ aſcenderit matremq; huiuſmodi ſtatua coluerit. leges quoq; Iſidem ſtatuiſſe ferunt: quibus iuſticia æque omnibus ſeruaretur: unde θεσμοφόρος appellata, ut author eſt Diodorus ſiculus. Eadẽ. n. erat apud

ægyptios Isis:quę apud græcos Ceres. Thesmophoria festa erãt athenis inquit Plutarchus:in qbus Aegyptiorũ more mulieres a cibis abstinebant:humiq; iacebant. Plinius uigesimo quarto nõ multũ inquit a salice uitiliũ usu distat uitex foliorũ quoq; aspectu nisi odore gratior esset. Sed gręci λύγον uocãt, alii ἄγνον :quoniã matronæ in Thesmophoriis atheniensiũ castitatẽ custodientes iis foliis cubitus sibi sternũt. Dem. Dionysii cognomine Lysii tẽplum est ad Theatrũ:qd portas spectat prœtidas, q Thebanos a Thracibus uinctos soluerit: itaq; eos sopiuerit; ut a Thebanis interficerẽtur. Alcmenen in lapidẽ conuersam dicũt. Bœdromios Apollo & Agorę us Mercurius Thebanis est Pindari dicatio. Est & Dianę Tẽplũ cognomẽto Eucleas:cuius simulacrũ Scopas fecit. Aiũt preterea duas statuas ligneas Palladis cognomine zosterię; Amphitryonis eẽ dicationẽ, q aduersus Eubœos:& chalcodontẽ pugnaturus ibi arma induerit. nã arma induere ueteres ζώσασθαι. appellabãt. Dirce fluuius ẽ nõ procul ab eo loco:q Antigones syrma dicit a Dirce lyci uxore sic cognominatus:quę ab Antiopes filiis propterea interfecta fuit, q ipsa Antiopen uexasset. Antiope post ultionẽ furore pcita uniuersam pagrauit gręciã:cui obuiã factus Phocus ornytiõis filius Sisyphi nepos pristinę eã restituit sanitati, uxorẽq; duxit. quare cõmuni tumulo ibi conditi iacent, ubi sunt lapides, qui Amphionẽ canentẽ secuti dicũtur. Ad portas prœtidas uia est, quæ Thebis chalcida fert. Melanippi strenui bellatoris sepulchrũ ẽ in Leophoro:qui Tydeũ interfecit:iuxta qd tres sunt cãdidi lapides: ubi aiũt Tydeũ a Mæone sepultũ. Io. ἀγοραῖον νοῦν ut apud Suidã legimus mentẽ significat oĩno tenuẽ/atq; inconsideratã/ac minie arcanã:& ἀγοραῖον Mercurius q ĩ foro colitur. ἀγοραῖος pterea cũ circũflexo in penultia hoiem signat ĩ foro uersantẽ, cũ acuto uero ĩ antepenultia diẽ signat ĩ qua forũ siue cõcio pficitur. Tydeus, ut Pherecides ait, œnei filius, gñe ętolus suę ętatis hoium fortissimus cũ adhuc Iuuẽis eẽt, uidit patrẽ ob senilem ætatẽ ab Agrii filiis regno exactũ, quo circa cõso

brinos/& una cũ illis imprudenter fratrẽ interfecit. cũ aũt Argos ad Adrastũ confugisset, & ab eo expiatus est/& Deipylen eius filiã uxorẽ duxit: cũ quo ad Thebanũ bellũ profectus a Melanippo exitiali uulnere affectus est. Sed cũ Melanippũ Amphiaraus occidisset: eiusq; caput moribundo tydeo attulisset, tãto in Melanippũ a quo uulneratus fuerat. accensus erat furore, ut pinde ac fera ei9 cerebro pastus sit. Itaq; Pallas: quę Tydeo semp adfuerat: quęq; ei imortalitatẽ ferebat, cũ cerebrum absorbentẽ uidisset, usq; adeo tã ipio/ac crudeli facinore abhorruit, ut & eũ sit penitus auersata: & imortalitatis gratiam abstulerit. qđ Tydeus cũ percepisset, Palladẽ pcatus est ut Diomedi filio tã imortalitatẽ/q̃ auxiliũ qđ ipse semp ab ea habuerat, elargiret̃. hinc ẽ q̃ Pallas a patre exorata Diomedi semp adfuit. Dem. Oedipodia fons ẽ Thebis: i quo oedip9 interfecti patris cruorẽ abluit. Iuxta hũc fontẽ Hectoris Priãidę extat tumul9: cui9 ossa ex huiusmõi oraculo thebas allata sũt

θηβαῖοι καδμοιο πόλιν κατεναιετάοντες.
αἴ κ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ
ἕκτορος ὀστέα πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
ἐξ ἀσίης διὸς ἐννεσίῃσ' ἥρωα σέβεσθαι. qđ significat ditissimos fore Thebanos si Hectoris ossa ex Asia traducerẽt/ac pientissime colerẽt. Parthenopeũ Talai filiũ interfecit Asphodicus: ut aiũt Thebani: cuius Asphodici sepulchrũ est ad fontem oedipodiã: qui uero scripsit Thebaida Periclymę nõ Parthenopei interfectorẽ dicit. Aiunt Thebani se & aliis Heroibus/& Oedipi filiis parẽtare: sed in sacris quę Eteocli: & Polynici fiũt, accidere: ut & flãma: & ab ea fumus bifariã consistat. Rhinoclustes Herculis est cognomentũ, q̃ ut aiũt Thebani pconibus qui ab orchomeniis ad tributi exactionẽ uenerant, nares absciderit. Est aũt hoc cognomine Hercules nõ procul a Dirce. Bos: quã Cadmus secutus Cadmeã ex oraculo condidit, in utroq; latere signũ habuit candidum lunam plenam referens. Capaneus Hipponi filius ictus est fulmine: ad portam Electrę: quę Platęam spectat ciuitatem, cum uio-

lentius se moenibus inferret. Cassander Thebas ab Alexandro magno deletas restituit in eius inuidiam. Hiero. Quod Phrine meretrix se facturam pollicita est, modo Thebani paterentur, ut inscriberetur: Alexāder euertit, Phryne meretrix instaurauit. author Athenaeus. Dem. Plataeenses (ut ego sentio) Boeotię sunt indigenę a Platęa autem Asopi regis filia: qui flumini nomen indidit, nomen sumpserunt. Lud. Plataeae ciuitas Boeotię inquit Stephanus: quam Homerus singulari numero Platęam dicit, ἀπὸ τῶν πλάτων, ut Apollodorus ait, sic cognominata quod denudata Boeotia, qui ad paludes habitant Boeotii nauigatione se inuicem adirent. Deme. Citherona regem suū norunt Platęenses. Vnde nomen est monti inditū: qui Ioui cognomento Citherenio sacer est. Daedala festū hac de causa celebrant Platęenses. Nā cū Iuno Ioui irata in Euboeam fugisset: eamq; Iupiter placare non posset, ad Cithaeronē Plataeensiū regem profectus eius consilio simulacrum ligneū uestibus opertū currui imposuit: seq; Platęā Asopi filiā uehere simulauit. quod cū Iuno intellexisset, ad currū properanter accessit: scissaq; simulacri ueste cū dolos sensisset summopere gauisa est. Quare ioui est statim reconciliata: ob quā amoris redintegrationē Daedala festū platęenses agūt, quod prisci ligneas statuas Daedala prius etiā ut mihi uidetur, appellarent, q̄ Palamaonis filius Daedalus Athenis esset genitus. unde a daedalis hoc est statuis hoc potius cognomētū ei fuisse inditū q̄ a parētibus accepisse crediderim. Celebrāt aūt Daedala Platęenses septio quoq; anno hoc pacto, Sylua ē nō procul ab Alalcomēis/omniūq; in Boeotia sint, maxia: ubi quercuū sunt stipites. in hāc syluā profecti platęenses assatas auibus proponūt carnes: diligēterq; obseruāt sup qua arbore coruus aliquis raptā carnem comederit: ex eaq; arbore Daedalon faciunt. Nam & ipsam statuam Dędalon appellant. hoc festum priuatim Platęenses agunt parua dędala nuncupantes. Nam magna Daedala cum Boeotiis uigesimo sexto quoq; anno celebrant. tam diu. n. intermissa sunt cū Platęen

ses exularent. Sphragidium antrum est nympharum Cithe-
ronidum: quas responsa quondam dedisse memorant. Iunonis
templum est platęensibus, quam τελείαν appellant. Eleuthe
rii Iouis ara est non procul a communi græcorum sepulchro:
quod extat ad Platarę ingressum: ubi quinto quoq; anno ar-
matorum cursus certamen celebratur. Palladis cognomine
Arcas templũ est platęensibus ex manubiis marathonię prę
dæ exędificatum. Sargaphiam fontem Mardonius/& persa-
rum equitatus confuderunt, q͂ græcorum exercitus sibi oppo
situs ex eo bibisset: cuius tamen aquã Plataenses postea con
seruarunt. Mardonii monimentum est ad Leophorum: cuius
cadauer post pugnam constat non apparuisse. Peroe fluuius
platęa Thebas eũtibus occurrit a Peroe Asopi filia sic cogno
minatus. Actęonis petra Megaris Plataeam euntibus occur-
rit: ubi Actaeon uenatione defessus quiescere consueuerat. Est
& Dianę fons: in quo ab Actaeone nuda dicitur spectata. Ste
sichorus Himeraeus scriptum reliquit, Dianam Actaeoni pel
lem cerui circumposuisse, cum parasset eum canibus laceran
dum: ne Semelen uxorẽ duceret. Ego censeo canes in rabiem
actos Actaeonem lacerasse. Io. Actęonẽ ferunt a propriis fuis-
se canibus discerptũ: quod, ut inquit Palephatus, falsum est.
Canes enim dominum maxime diligunt: & in primis uena-
tici: qui omnibus blandiuntur hominibus. Sunt qui uelint a
Diana in ceruum transformatum: & a quibusdam fuisse sub-
latum. mihi autem, inquit, uidetur Diana: nec ceruum ex ho-
mine: nec hominem ex ceruo facere potuisse. Sed hæc a poe-
tis propterea conficta sunt, ne homines in deos quicq̃ impie
agere auderent: res autem ipsa sic se habet. Actęon homo fuit
genere arcas uenationis studiosissimus. is multos alebat ca-
nes: neglectaq; re familiari in montibus quotidie uenabatur.
quo factum est, ut ad extremam sit inopiam redactus: neq;
enim tunc homines seruos possidebant: sed tanto quispiã cæ
teris erat opulentior, quanto agrorum cultui diligentius ua-
cabat. quare cum iam nihil habentem Actęonem uiderent,

dicere consueuerant. miser Actęon qui a canibus deuoratus es. ut si quispiam, q̄ meretricibus alendis bona consumpsisset, a meretricibus deuoratus diceretur. Deme. Hysię ciuitas Bœotiæ: ubi Apollinis est templum semiperfectū: & puteus sacer: unde ut Bœotii tradunt, oraculum capiebant bibentes. Hiero. Hysia Bœotię ciuitas inquit Stephanus, utroq; numero dicitur: cuius in tertio meminit Tucydides, Hyreorum colonia a Nycteo Antiopes patre condita est: & alia partorum regia, ut Artemidorus in nono inquit. Est & argiuus uicus Hysia, ut Tucydides ait: quam charax in gręcarum rerū nono esse ciuitatem dicit. Est & Arcadiæ ciuitas ut Pherecydes in primo tradit. Est & Rhysia Bœotię ciuitas. Deme. Potniarum rudera Asopum transeuntibus occurrunt decem a Thebis stadiis: ubi Dionysii cognomine Aegoboli templū extat. nam cū huiusce dei sacra celebrantes in eas contumelias prorupissent: in eumq; furorum pręebrietate adducti essent, ut sacerdotem interficerent, dei effectum est indignatione, ut graui pestilentia laborarent: super qua re consultus Apollo respondit, ut pulcherrimum Dionysio puerum immolarent. q̄d cum iam multos annos Potnienses fecissent, capram demum hostiam pro puero supposuisse deus creditur: unde Aegobolos est cognominatus. Inter Potnias & Thebas septum est: ubi Amphiaraum terrę hiatu absorptum putant. sunt in eo columnæ: quibus nullam aiunt auem insidere: nec eius septi herbā ullū animal depasci. Lud. Potniæ ut Stephanus quoq; ait, ciuitas Bœotiæ gentile potnicus: & fœmininum potnias dicitur & potnius/& possessiuū potniacus. Deme. Theumessus uilla est ad Leophorum: ubi Europam a Ioue abditā fuisse memorant. Fuit & Teumessia uulpes Dionysii ira in Thebanos educata: quam cum canis a Diana Procridi datus capturus esset, in lapidē uterq; transformatus est. Palladis pręterea Telchiniæ templum est in Teumesso: unde conicere licet Telchinum partem: qui cyprum incolebant, in Bœotiam uenisse. Io. Teumessus inquit Stephanus, mons est Bœotiæ:

cuius in Apollinis hymno Homerus meminit. Est & urbs, ut in tertio Bithyniacorum Demosthenes ait. dictus est autē Teumessus ut Antimachus in Thebaidos primo ait, q̄ Iupiter in speluncę umbra ἐπυμίσατο donec Europa ibi lateret. De Teumessia uulpe, ut Suidas ait, si satis dixere: qui Thebaica conscripserunt, hanc enim ferā in Thebanos a diis propterea missam ferunt, q̄ a Cadmo oriundos ab imperio exclusissent. Cephalum uero atheniensem Deionis filium canem, qui omnes feras pernicitate longe præstabat, adeptum cum Procride uxore imprudenter occisa a Cadmeis expiatus fuisset, cum cane uulpem fuisse insecutū. Capta aūt circa Theumessum uulpe, utrumq; /canem uidelicet/ac uulpem in lapides conuersos. Rhodos inquit Eustathius dicta est & ophiusa/& Telchinis a Telchinibus: qui ex Creta co uenerāt: quos nonnulli pręstigiatores/fascinatoresq; fuisse memorant, Alii uolunt id ab Emulis artis falso obiectum, cum optimi essent fabri ferrarii: quippe qui falcem Saturno fecerint, licet Hesiodus dicat terram Saturno ex adamante falcē fecisse: qua Cœlo patri pudēda pręcidit. Dem. Glissantis urbis uestigia sunt septem a Teumesso stadiis. Hier. Glissas ciuitas est bœotię ut Stephanus quoq; ait a Glisone siue Glisante cognominata. gentile Glissantius. Deme. ὄφιως κεφαλὶν appellabant Thebani prædium quod Thebis recta Glissantem euntibus occurrit. Ibi. n. Tiresias serpenti machæra caput amputauit. Hypatos mons est supra Glissantem in quo hypati Iouis est Templum. Chalcodontem interfecit Amphitryo: cuius tumulus chalcidem euntibus occurrit. Harmatos ciuitatis uestigia sunt post chalcodontis tumulū. Nam Tanagręi Amphiarai currum ibi: & non ubi Thebanis placet, periisse memorant. Lud. Harma inquit Stephanus Bœotię Tanagricæ ciuitas: citatq; hunc Pausaniæ nonum librum ab Amphiarai curru. huc. n. curru cum fugisse ferunt, nec ab incolis fuisse persequentibus deditum. est & in Attica Arma circa Phylen populum/munitissimum habens castellū: Tanagricę finitimū.

uocatur & λουτρὰ ἀμφιαρέου Est & Armata multitudinis numero indica ciuitas, Harma locus est in Attica inquit Suidas: & prouerbium ὅταν δι' ἅρματος ἀστράψῃ in ea que sero fiunt. Deme. Tanagraei Poemandrum chęresilei filiū suum aiunt fuisse conditorem: Chaeresileum uero Iasii filium dicunt: Iasium Eleutheris, hunc Apollinis ex Ethusse. Poemandrum praeterea Tanagram Aeoli filiam uxorem duxisse memorant: quam finitimi Graeam appellarunt, unde ciuitas ipsa Graea in Catalogo est ab Homero nominata. postea priscum nomen seruatū & Tanagra est dicta: in qua est orionis monimentum. Io. Tanagra inquit Stephanus Boeotię ciuitas, quam Homerus Gręam q̄ propinqua sit uocat. Poemandria prius dicebatur, ut est apud lycophronem. Graeam autem quidam dicunt, quod nunc ἱερὰ ἰκῶν ἴλιον appellatur. nonnulli Tanagręam: inter quos est Callimachus. Aristoteles uero Gręam nunc Oropum ait uocari. Est autem locus Oropiorum ciuitatis ad mare, ciuis Tanagręus & Tanagris: dicitur & Tanagricus. Deme. Cerycion mons est Tanagrae: ubi Mercurium esse genitum ferunt. Poloson nominant locum: ubi Atlantem sedentem / tam quae infra terram sunt: q̄ cęlestia solitum meditari dicunt. Tritonis simulacrum sine capite est Tanagraeis in Dionysii templo: cui maritima infestanti Tanagręi uini poculum proposuerunt: cuius odore allectus uinum ebibit, quo ebrius factus iacuit in littore: Dormienti Tanagręus quidā caput abscidit. Sunt qui uelint Tritonem a Dionysio in pugna fuisse superatum: quem mulieres se in mari lauantes inuocarunt. Hicro. Aelianus de animaliū natura loquens tenet inquit fama, inter cętera in mari monstrifica, Cetos quoq; humanam a capite ad ilia reddentes effigiem inueniri. Demostratus autem quidam summa uir auctoritate se tritonem sale conditum Tanagrae spectasse fatetur, Caetera quidē, eam: qua fingi solet, adamussim faciē implentem. Caput uero uetustate labefactum dignosci haudquaq̄ ualuisse. me autem inquit corpus adtrectantem asperrimę de

cidebant squamæ. E senatorio uero ordine quidam: qui eam sorte prouinciam administrabat, ut conspecti Tritonis naturam diligentius scrutaretur, ex eius pelle paululum detraxit: igniq; statim admouit, unde grauissimus odor eius nares inuasit. non tamen coniicere ualuisse ait, terrestre ne: an marinum esset animal. Cæterum hoc illi periculum haud recte cessit, q̄ breui uitam cum morte commutauerit. in angustissimi namq; freti traiectu algore correptus obriguit. Id autem illi non aliunde contigisse Tanagræi suspicati sunt, q̄ q̄ in Tritonis reliquias impie se gessisset / his tamen argumentis adducti, q̄ & in maris traiectu alsisset: & ex eius corpore eiusmodi sanies emanaret: quæ tritonis tergus, cum ab eo ureretur, emulo mentiretur odore. Deme. κριοφόρου ἑρμοῦ. ędes est Tanagræ cuius simulacrum arietem in humeris ferens fecit Calamis, q̄ Mercurius circa muros arietem gestans eos pestilentia liberauerit: quæ gestandi arietis consuetudo in eius ad huc festo conseruatur. pulcherrimus. n. iuuenis circum mœnia super humeris fert arietem. Est & προμάχου. Mercurii sacellum Tanagræis, q̄ in prælio aduersus euboeos conserto pro illis pugnauerit. Corinne puella picta ē in Tanagræorū gymnasio uincta caput tænia / uictoriæ causa: qua pindarum cantu superauit Thebis. Mycalessum Bœotię ciuitatem a bouis mugitu sic appellatam fatentur: quę Cadmū: & qui cum eo erat exercitum, Thebas duxit. Mycalessiæ Cereris sacellum est ad Mycalessi mare: quod singulis noctibus ab Hercule aperiri: rursusq; claudi dicitur. ipsum autem Herculem unum esse de dactylis idęis. Lud. Mycalessus ciuitas mediterranea Bœotiæ ut Thucydides in septimo ait. uocata est autem Mycalessus ut Stephanus ait, q̄ bos ibi mugiuerit: quæ Cadmū & eius exercitum Thebas duxit. Est & alia Carię ut Euphorus in tertio inquit. est & mons Mycalessus e regione sami. Dem. Aulis ciuitas haud longe distat a Mycalessiæ Cereris templo ab Ogygi filia denominata: in qua est Dianæ templū & simulacra ex marmore candido: quorum alterū fert facem,

alterum sagitanti simile. Aiunt Dianam: cum graeci Calchantis uaticinio essent super ara Iphigeniā immolaturi: pro Iphigenia ceruam supposuisse: Platani lignum, quod reliquū est cuius Homerus in Iliade meminit, seruant in templo. cū grę cis repente secundus spirasset uentus, unusquisq; prout copia fuit, uictimas tam mares: q̄ foeminas immolauit, unde mansit Aulide consuetudo, ut omnes probarentur uictimę. Io. Aulis, inquit Stephanus, Boeotiae ciuitas circa chalcidem: in qua coacti sunt gręci. Tryphō παρὰ τὸ ἀλισθῆναι .i. a cōgregando alis & Aulis. Dem. Cereris cognomēto καβειρία σ nec non & Proserpinae lucus quinq; ferme & uiginti a Dirce distat stadiis: a quo ad Caberorum ędem septem intersunt stadia. Caberorum aūt ira ineuitabilis erat, quod tū Xerxis milites qui cum mardonio in Boeotia relicti sunt, tum Alexandri, cum Thebaida regionem incendio uastaret, experti sunt. quicunq;.n. eorum templum ingressus est, aut insania percitus se in mare praecipitē dedit: aut fulmine ictus interiit. Hiero. Caberi, ac corybantes iidem sunt, ut Eustathius ait. Caberon, inquit Suidas, ciuitas est: & Caberi gentis nomē, significat autem & Daemonas. Accusilaus argiuus Cabera & Vulcano Camillum creatum refert, ex quo quidē tres nati sunt Caberi, e quibus nymphę Caberides. Pherecydes uero ex Apolline ac Rhetia nouem Corybantes esse progenitos ait: Samothraciamq; incoluisse. ex Cabera uero Protei filia & Vulcano tres Caberos, totidemq; Nymphas caberides ortas. utrisq; autem templa esse dicata. in Lemno uero praesertim, atq; Imbro caberos honori habitos contigisse. Sed & in Troia per urbes. ipsorum autē nomina mystica sunt. Dem. Teneri uatis Apollinis & Melię filii campus est ad dextram Caberorum, Herculisq; cognomento Hippodoetae templū. Aiunt.n. Orchomenios huc usq; cum exercitu uenisse, Herculem uero noctu eorum equos, qui ad currus erant, colligasse. Sphinx non procul ab hoc campo montem occupauerat, unde in Captiuorum perniciem impetum faciebat, Aenigma

ta canens.sunt qui uelint hanc nauali potentia comparata pi raticam circa Anthedonem exercuisse, monteq; hoc occupato, interea rapto uixisse, donec ab Oedipo: qui cum maximo militum numero Corintho uenerat, superata est. Proditũ est etiam memoriæ Laii filiam notham fuisse, solamq; e Lai spuriis id oraculum beneuolentia quadam a Laio fuisse edoctam quod Cadmo ex Apolline delphico datum Thebanos impri mis reges haud ignorare oportebat. Quoties igitur quispiam de imperio cum Sphinge disceptaturus accedebat (fuerãt.n. Laio ex pellicibus liberi, & oraculum ad solã Epicasten natosq; ex ea pertinebat) hoc apud eos sophismate/hac arte ute batur. Petebat.n.ut oraculum cadmo datum proferret.quod cum ignorarent, licet ex Laio essent geniti, capitali tamen supplicio inique affectati regni poenas luebant. Oedipus autem per quietem oraculum edoctus ad Sphingem accessit: imperiumq; est assecutus. Lud. Postq̃ Meliæ/Teneri/sphingisq; meministis, quid de ipsis tam apud Pindari interpretem q̃ apud Palęphatum legerim in medium proferam. Melia, ut Pindari interpres ait, Ismenii soror ab Apolline cõpressa Tenerum uatem peperit: a quo Tenericus cãpus/& Teneri oraculum nomen accepere.quod & Ismenium propterea est appellatum, q̃ iuxta Ismenium fluuiũ Tenerus uaticinaretur. Sed quid de Sphinge dicatur audiatis. Aiunt, ut inquit Palęphatus, Sphinga feram fuisse: canis quidem corpus: Virginis uero caput/ac faciem habentem/alas auis/& hominis uocẽ: quę in Sphicio monte sedens ænigma quoddam singulis dicebat ciuibus.quod impossibile/minimeq; credendũ est.neq; enim huiusmodi fieri potest species, & q̃ qui Aenigma nõ sol uissent, ab ea interficerẽtur, admodum puerile.& q̃ Cadmei sagittis feram non confecerint: sed ciues/perinde atq; hostes deuoratos neglexerint, haud quaq̃ credibile.ueritas igitur sic se habet. Cadmus uxorẽ habẽs Amazonidem, nomine sphinga Thebas est profectus.ubi interfecto dracone imperium suscepit: & Harmoniam Draconis sororẽ uxorem duxit.quod

cum Sphinx resciuisset cum pulsis q̄ plurimis ciuibus ut inde
secum soluerent, raptisq; pecuniis ac cane quem πτλώκυν
secum duxerat Cadmus, in sphicium montem appulsa est. in
deq; aduersus Cadmum bellum gerebat, insidias autem pa-
rans singulis interficiebat horis. Appellant autem Thebani
insidias ęnigma. uulgo autem dicebant ciues. Sphinx nos ar
giua quoddam dicens diripit. Excogitare autem ęnigma nul
lus potest. quare edixit Cadmus, se ei ingentem pecuniarum
uim daturũ: qui sphinga occidisset. Oedipus igitur uir Corin
thius, & bello strenuus, cũ uenisset celerrimum habens equũ
cadmeorum non nullos secum ducens noctu ad montẽ pro-
fectus sphingem interfecit: quæ omnia fabulæ locum dedere.
Deme. Onchesti ciuitatis uestigia a monte quem sphinx oc
cupauerat, quindecim distant stadiis. ubi onchestum Neptu
ni filium habitasse memorant. Extãt adhuc onchestii Neptu
ni & simulacrum/& lucus: quem Homerus laudibus prose-
cutus est. Io. Onchestus inqt Stephanus, cuius meminit Ho
merus, lucus est Neptunius. situs autem est in Haliartorum
regione, ab onchesto Bœoti filio conditus, ut Hesiodus ait.
Est & ciuitas Bœotię, ut Pausanias in nono. Apollonius au
tem rhodius magnam ait esse ciuitatem Onchestũ inter Ha
liartos & crephios. est & Fluuius in Thessalia. ciuis onchesti
us dicitur. Deme. Acræphion ciuitas in Ptoo monte, quam
Thebaidos regionis partem fuisse tradunt. Ptoi autem mon-
tis/nec non & Apollinis Ptoi cognomen a Ptoo Athaman
tis & Themistus filio sumptum est, ut Asius cecinit. dabat
autem ibi responsa uerissima. Hiero. Acræphia, inquit Ste-
phanus, Ciuitas bœotię, alii acræphion. Pausanias autẽ neu-
tro protulit genere. Est autem ab Athamante condita uel ab
Acrepheo apollinis filio. Deme. Larymna ciuitas est ultra
ptoum montem ad mare a Larymna Cyni filia cognomina-
ta. Anchibates lacus est Larymnensium. Cephisida lacũ alii
copaida nuncupant: in quam Cephissus fluuius ex lilæa Pho
censi ciuitate exorsus irrumpit. Ludo. Cephissus. ut Eusta

tius quoq; ait, initium sumit a Lilæa ciuitate Phocidis, & in copaida irrumpit. Est & alius inquit Cephissus qui per phocenses fluens in sinum delabitur Corinthiacum. Est item atticus Cephissus & salaminius & argiuus & Sicyonius, & in bœotia Cephissis lacus. Deme. Athamantius campus est inter Acręphnion ciuitatem, & cephessida Lacum. Copę ciuitas ad lacum Cephessida. Ioan. Copę Bœotiæ ciuitas inquit Stephanus a Copeo Apatalei filio, quē Onchestus Neptuni filius genuit, Ciuis copaites ut Epaphroditus ait, dicitur & copea palus, & copais. quę dicebatur Leuconis. Dem. Olmones uicus a Copis duodecim distat stadiis. Hiero. ab Olmo sisyphi filio nomen accepisse addit Stephanus. Dem. Hyettus uicus est duodecim ab olmonibus distans stadiis. Lud. Hyettus inquit Stephanus Bœotiæ uicus ab Hyetto uiro argiuo sic cognominatus, dicitur & masculino genere. nomen aūt accepit. διά τὸ καλύπτεσθαι σφοδροῖς ὄμβροις gentile Hyettius, sunt qui Aspledona Hyettum uocarunt. Deme. Cyrtones, Cyrtone prius dicti uiginti ab Hyetto distant stadiis. Est autem in monte ciuitas. Corsea ciuitas post Cyrtones. Platanius fluuius est, ad dexteram cuius Bœotiorum postremi Halas iuxta mare ciuitatem habent. Io. Halę inquit Stephanus Bœotię oppidum & contigua argiuę regioni Hale cum acuto in ultima dicitur. Est & Alia e regione Masetis & Ciciliæ ciuitas ἐπιθετικῶς Halę dicta ab hoc fit Haleius campus. Est & Halicos ciciliæ possessio. & Haliæ regio. Et Halicos locus ante augustam, & illi cognominis mons. Deme. Anthedon ciuitas est sub Mesabio monte: qui in Eubœa est, ad sinistram Euripi. accepit autem nomē ab Anthedone nympha, ut quidam arbitrantur. Nonnulli Anthana Neptuni & Alcynoes Atlādidis filium ibi regnasse memorarunt In medio ciuitatis Caberorum extat templū. Hiero. Anthedon Bœotiæ ciuitas de qua Homerus ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν nomen accepit. ut Stephanus ait, ab Anthedone quem Dius ex Alce Abantis filia suscepit, Dio

autem pater fuerat. Anthas Anthæ Neptunus. Cohabitarunt autem ipsam Thraces. unde Lycophron Thraciam Anthedonem dixit, uel quod omnium fuerit floridissima. Est & alia ciuitas iuxta Gazen ad maritimam partem, prioris ciuis Anthedonius dicitur. Est & Anthedonius portus. Anenicon pancratiastes: & Leonides pictor Euphranoris discipulus Anthedonii fuere. Secundę ciuis Anthedonites. Dem. λαῦνιν πίλαιμα κα λοὺμινοι est Anthedoniis ad mare: Nam Glaucum fuisse piscatorem tradunt: quem cum herbam quandam gustasset, factum marinum deum: hominibusque futura prędicere, cum alii: tum uel maxime nautæ credidere. Thespiæ ciuitas sub Helicone monte condita nomen à Thespia Asopi filia traxisse fertur. Alii uolunt Thespium Erechthei filium Athenis profectum urbi nomen indidisse. Ludoui. γλαῦκον φαγὼν ποντονησὶ ἐν θαλάττῃ in eos iocose dictum uidetur: qui cum iam diu decesserint, uulgo tamen adhuc creduntur uiuere. Glaucus marinus deus ut Theolytus methymnæus in bachicis refert carminibus / Ariadnes, dum in Dia insula esset / amore captus / a Dionysio uitigenio uinctus est uinculo: uinctusque dimissus, dum hęc diceret. Anthedon quędam est ad mare e regione Euboeę iuxta Euripi fluxus. inde ego sum oriundus. pater autem me genuit Copeus. Promethidas Heracleotes in semi iambis ex Polybo Mercurii: & Euboea Larymni Glaucum genitum asserit. At Mnaseas in Europicis ait Glaucum Anthedonis ex Alcynoe filium nauticum fuisse: natandique peritia præditum pontium appellatum: qui cum Symen Ielimis / ac Dotidis filiam rapuisset, in Asiam nauigauit: nec procul a Caria desertam coluit insulam: quam ab uxoris nomine Symen appellauit. Euanthes uero in hymno: quem in Glaucum composuit, Neptuni ex Naide Nympha ipsum filium autumat: remque cum Ariadne tunc habuisse refert, cum a Theseo in Dia insula relicta est: Aristoteles in Deliorum

Politia Glaucum ait in Delo cum Nereidibus habitantem
diis uaticinari. Possis autem magnensis in tertio Amazonidis
Glaucum ait Argo nauim struxisse: tuncq; eam rexisse cũ Ia
son aduersus Tyrrhenos pugnauit: solumq; in eo nauali ꝑlio
minime fuisse uulneratũ. Sed Iouis consilio in maris profun-
do apparuisse: & hoc pacto factum marinum Deum: a soloq;
Iasone spectatum. Nicanor uero Cyrenensis in Metonoma-
siis Melicerten ait mutato nomine Glaucum apellatum. Ae
schrion samius cum Glaucum Hydnes Scylli scionensis na-
tatoris filię amore fuisse captum dixisset, herba qua factus im
mortalis his uerbis meminit. καὶ θεῶν ἄγρωστιν ἵμερον ἣν κρό-
νος κατέσπειρεν. Glaucus Anthedonius ut Atheneus scribit
herba repletus: quæ ἀείζωος appellatur factus est immorta-
lis. Nicander in tertio Europię a Nereo dilectum Glaucũ scri
bit. Idem Nicander Aetolicorum primo Apollinem a Glau-
co diuinationẽ edoctum memorat. ipsum aũt Glaucũ circa
Oriam Aetoliæ montem uersantem degustata herba qua le
porem ex fuga exanimatum reuixisse animaduerterat, diui-
no afflatum spiritu Iouis nutu se ipsum in mare proiecisse. He
dylogus samius siue atheniensis Melicertæ inquit amore ca-
ptum Glaucum se ipsum in mare precipitem dedisse. Hedy-
le uero huius poetę mater in eo libro: qui scylla inscribitur,
Glaucum scribit Scyllę amore captum in ipsius antrum ue-
nisse. q᷑ autem Glaucus inter pisces recenseatur, in Hebes nu
ptiis testis est epicharmus. Tespiam singulari numero in
Catalogo dixit Homerus. condita est autem, ut Stephanus
ait, a Thespiade Theutrantis filio Pandionis nepote, cuius pe
nultima apud Corinnã modo producitur: modo corripitur.
Secunda ciuitas Thessalię. Tertia in Sardinia. Denie. σαύ-
ρου Διὸς simulacrum æneum est Thespiis, cui hac de cau-
sa huiusmodi fuisse inditũ cognomentũ uolunt. Nam cũ Dra
co ciuitatẽ uastaret, mandauit Iupiter ut sorte ductũ ephebũ
singulis annis ferę imolaret. quæ sors cũ Cleostrato obtigis
set, Menestratũ eius amatorẽ aiũt machinatũ thoracẽ ęneũ/

singulisq; Thoracis squamis hamum sursum uersus nuentem addidisse: eoq; indutũ se ipsum sponte ferę obtulisse, ut & ipse periret/& Draconem perderet. quo facto Thespienses Sacrę Iouis simulacrum erexere. Amorem deorũ maxime Thespienses colunt; quem hominum q̃plurimi deorũ nouissimum/ Venerisq; filiũ arbitrantur. Olen Lycius: qui gręcis uetustissimos scripsit hymnos, Ilithyę filiũ fuisse ait. Hesiodus uero: uel q Theogoniã Hesiodo adscripsit, terrã/Tartarũ/& amorem Chai fuisse filios scriptũ reliquit. Sappho lesbia multa de amore inter se discrepantia cecinit. Amorem marmoreũ fecit Praxiteles Thespiensibus. æneum Lysippus. Caiũ principẽ ferunt Cupidinẽ priorem Thespiis Romã deduxisse: Claudium uero Thespiensibus remisisse: quẽ rursus Nero sustulit. Vnde effectũ est, ut Cupidinis ira Nero tam in matrem/q̃ in alias deliquerit nuptas. Ioan. Cupidinẽ Praxiteles fecit inquit Cicero: qui est Thespiis: propter quẽ Thespiæ uisuntur, nam alia uisendi causa nulla est. Deme. Veneris cognomine melænidos templũ est Thespiis. Herculis quoq; templũ Thespiis uisitur: cui initiata uirgo sacra facit dum uiuit. cuius rei causam fuisse memorãt, q Hercules eadẽ nocte cũ Thespii filiabus numero quinquagita prę ter unã, rem habuerit: quam per totam uitã uirginitatem seruare: sibiq; sacram esse uoluit. Ego tamen audiui herculẽ omnes graues reddidisse: easq; mares peperisse: inter quas & minima/& natu maxima geminos edidere. Illud pręterea mihi haud quaq̃ persuadeo Herculem tantum irę in amici filiam concepisse: nec sibi perinde ac Deo fanum/ac sacerdotem dicasse; cum presertim dum uixit Hercules contumeliosos semper/atq; in deos impios ultus sit. At enim templum hoc Hercule Amphitryonis filio mihi uetustius uidebatur: & Herculis; qui de dactylis ideis fuisse dicitur, esse comperiebam: cuius templa tam apud Erythręos: quam apud Tyrios erecta sunt. preterea ne Bœotiis quidem hoc Herculis nomẽ cognitũ fuit. cum Mycalesiæ Cereris ędem idæo Herculi cõmissam ferant. Heliconẽ oium pri-

mi Otus/& Ephialtes musarum montē appellarunt: in eoq; musis sacrificarunt; & ad eius radices Ascren urbem condidere. quod Hegesinus poeta his carminibus testatur ἄσκρῃ δ' αὖ παρέλεκτο ποσειδάων ἐνοσίχθων, ἣ δή οἱ τέκε παῖδα περιπλομένων ἐνιαυτῶν οἴοκλον ὃς πρῶτος μετ' ἀλωέος ἔκτισε παίδων ἄσκρην, ἥ θ' ἑλικῶνος ἔχει πόδα πιδακόεντα. quę uerba significant, Neptunum ex Ascra Oeoclum filium suscepisse: qui una cum Aloei filiis Ascrā ad Heliconis pedes condidit: musas numero tres Aloei filii statuerunt: nominaq; indiderūt μελέτην/μνήμην/& ἀοιδήν. postea dicunt Pierum macedonē: unde Macedones Heliconē montem pieriū nominarunt, Thespias profectū nouem musas cōstituisse: nominaq; indidisse: quibus nunc appellātur: siue id prudentius sit ratus: siue monitus oraculo: siue a Thrace aliquo edoctus. Sunt preterea qui Piero nouē fuisse filias dicāt: quibus musarū nomina indita sint. Mimnermus uetustiores musas cæli filias: Iuniores Iouis asserit. Hic. Hesiodus ait musas Iouis & Memnosynes filias. Diodorus siculus in prio nouem inquit puellas secū habuit Osiris tū canere solitas: tū in aliis eruditas: quas Musas greci uocarūt/ab Apolliē doctas: qua ex re musicus est cognominatus. Idē in quito musas plurimi: & qui maxie probantur scriptores Iouis & Memoriæ filias tradūt. Alcmeon poeta cæli & Terrę filias ait: quidā tres quidā nouē extitisse aiunt: quarū nomina hæc sunt, Clio propter gloriā. Euterpe propter uoluptatē. Thalia q; in longum poetarū laus uirescat. Melpomene propter melodiā. Therpsichore q; audientes oblectet. Erato q; docti ab omnibus amētur. Polyhymnia q; poetarum gloria immortales reddat. Vrania q; eruditos ad cœlum tollat. Calliope q; cantus suauitate cæteras antecedens magni ab auditoribus æstimetur. dictę aūt musę, ut inquit Palęphatus ἀπὸ τοῦ μύσαι secundū q; dictum est, μὴ τὰ μαλακὰ μῦσαι. μὴ τὰ σκληρὰ ἔχειν. Sunt qui musas duas esse uelint a speculando/atq; agendo; quæ maxime conueniant: & quod his duobus eruditio

constituatur.alii tres/a ternarii numeri perfectione:uel q̄ tria sint considerationum genera:per quæ philosophiæ ratio completur.alii quatuor & septem, q̄ uetera musices instrumenta totidem habuerint uoces.Otus autem atq; Ephialtes Aloei ex Iphimedea filii fuere, inquit Pindarus in Pythiis:& in Naxo insula periere.hi.n.ut interpres ait, impie se in Dianã gessere:quę quandoq; in ceruam conuersa inter ipsos in Naxo uenantes apparuit:qui dum ceruam sagittis petere arbitrantur, se inuicem imprudenter interemere. Deme. Aganippe fons est in Helicone.filiam autem fuisse aiunt Aganippem Termessi fluminis:qui circa Heliconem fluit. Euphemes statua in Helicone euntibus recta ad musarum lucum occurrit:quã musarum fuisse nutricem prędicant. post hanc est Linus in paruo lapide ad modum speluncæ structo:cui singulis annis priusq̃ musis sacra faciant, parentãt.Linũ ex Vrania & Amphimaro Neptuni filio natũ dicunt:qui musicã arte maximã est gloriam consecutus:sed ab Apolline cantu æquato fertur occisus.Linũ alterũ fuisse aiunt Thebani Ismenii filiũ dictũ/ musicesq; præceptorẽ ab Hercule adhuc puero occisum:quorum neuter carmina composuit:aut ad posteros non peruenere. Lud. Linus ut Dionysius ueteris hystorię author ait numeros/ac melodiã in gręcia reperit.Linus chalcidensis inquit Suidas, Apollinis fuit & Terpsichores filius.sunt qui uelint Amphimari & Vranię, alii ex Mercurio & Vrania genitum uolunt.is primus literas ex Phœnicia in græciam transtulisse dicitur:Herculiq; literarũ pręceptorem fuisse:& lyricę musę primũ ducem extitisse.fuit & alter Linus Theban9. sed recentior.Linus etiã, ut Idẽ Suidas ait fuit apud Thebanos philosoph9.Est & Linos hymni species Homerus λῖνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.nõ q̄ chordæ ex lino constaret:sed q̄ hoc nomine hymni species appellaret.Linos p̃terea pro reti accipit.Linon uero neutro genere Italię est promontoriũ, ut Lycophrõis iterpres ait:& loc9. ẽ ad Hellespontũ iter Pariũ & Priapũ, ut in tertio decio inq̄t Strabo.Dem.Apollo ęneus

& Mercurius pro lyra pugnantes sunt in Helicone/& Dionysius: hic quidem Lysippi: Dionysii uero simulacrum rectũ Myronis opus sylla dicauit. Orpheum Calliopes musę: non autẽ Pieri filiæ falso græcia existimauit. hunc mulieres Threicię, q̃ suos sibi uiros cantus suauitate pelliceret, occidere uolebant: sed cum tantum facinus uiros formidãtes aggredi minime auderent, ebrietate compulsæ id perpetrarunt. hinc uiris hęc permansit consuetudo, ut uino exhilarati in pugnam descenderent. sunt qui uelint Orpheum eorum causa: quæ in mysteriis docuerat fulmine ictum periisse. alii prodidere cum defuncta Iam uxore Eurydice ad Aornon: quod est in Thesprotide peruenisse. fuisse. n. ibi Necymãtion: ratum autẽ uxoris animam se consequi deceptum cum respexisset, sibi manũ præ dolore consciuisse. Ioan. Herodorus duos fuisse Orpheos ait: quorum alterum cum Argonautis nauigasse contẽdit. Pherecydes Philamonem: & non Orpheum cum Argonautis nauigasse dicit. Esse autẽ Orpheũ secundum quidẽ Asclepiadem Apollinis & Calliopes filiũ. secundum uero non nullos Oeagri/ac polyhymniæ: Quęritur, cur Orpheus imbellis existens cũ heroibus nauigauerit, an inquit Herodorus q̃ Chiron uates fore prędixerit, ut sine Orpheo nunq̃ sirenas p transirent. Orpheus tempestate cũ cæteris nautis agitatus samothracibus diis uota pro salute fecit. extemplo sedata tempestate, cũ duo astra supra Pollucis & castoris capita cecidissent, se deorũ prouidẽtia liberatos crediderũt. quo factũ est ut tempestate agitati samothracibus uota pro salute facerẽt: astraq; apparẽtia ad castorẽ & Pollucẽ referrent. author Diodorus siculus i qnto. Orphei caput post ipsiũ mulierũ opus inquit Philostratus Lesbo appulsum in speluca respõsa dabat, q̃ Cyro maiori huiusmoi respõsum dedit τὰ ἐμὰ ὦ κῦρε σὰ quod significat fore, ut Cyro caput a muliere absciderect, ut sibi quoq; acciderat. Dem. Helicõ fluuius septuaginta lapsus stadia terrã ingreditur: duo aũt supra uiginti stadia intermittens rursus erũpit: & pro Helicone Baphyras nominatus in

mare delabitur. hunc propterea terram subiisse: continuumque intermisisse cursum ferunt, quod mulieres: quae Orpheum occiderant, in eo se abluere uoluerint. Libethra ciuitas in Olympo fuisse dicitur: quę Dionysii oraculo ex Thrace monita fuerat fore, ut ipsa tunc ὑπὸ συὸς uastaretur. Cum Orphei ossa a sole spectarētur, quod licet Libethrenses fieri haud quaquam posse arbitrarentur, accidit tamen. Nam cum pastor quidam circa meridiem Orphei sepulchro inhęrens: somnoque pressus Orphei carmina caneret, pastorum concursu ad canentem certatim insinuantium effectum est, ut Orphei ossa detegerentur. quo facto sequenti nocte tum celestis aqua, tum torrens Sus nomine urbem euertit. Priapum Lampsaceni deorum maxime colunt: eumque Dionysi/ac Veneris filium dicunt. Is & alibi: & ubi sunt caprarum ouiumque pascua: apumque examina in primis colitur. Hiero. Libethra ut libro quarto cap. nono Plinius scribit fons est in Magnesia Thessalię adnexa. Libethron tam aquę ductus quam locus in Macedonia apud Hesychium legitur. Priapum graeci: hircum Aegyptii propter eam corporis partem: a qua fit omnium ortus inter deos retulere: ut Panes & Satyri coluntur. author Diodorus siculus in secundo. Idem in quinto. Priapus ut fabulantur antiqui Dionysii/ac Veneris filius fuit, quod qui uino indulgeant, sint ad uenerem promptiores. hunc deum quidam Ithyphallum: alii Thyphonem nominant: cui deo cum risu & ludo sacra fiunt. Priapus/ac Sileni Bachi propterea comites dicuntur ut Eustathius ait, quod ebrii salaces sint. Priapi simulacrum: quem Aegyptii Horum appellant, humana fingunt effigie, dextra manu sceptrum tenens, perinde quasi ab ipso terra/ac mare in lucem sint edita: sinistra uero suam ipsius erectam mentulam, quod semina humo tecta in apertum emittat. pennae autem motus indicant celeritatem: at disci orbis circumferentiam significant. eundem enim esse: qui & sol opinantur. author Suidas. Priapus ex Ioue & Venere conceptus ut idem ait Suidas. Iuno enim Zelotipia mota fascino quodam Veneris

uterum attigit: effecitq; ut turpis/ac deformis/corpulentusq; ederetur infans. quare mater infantem in montem exposuit. pastor eum educauit. habebat autem inguen supra ad podicem. Lingua uero Itala Priapus appellatus est: & apud pastores colitur, Statuitur autem puer membrum uirile magnum atq; erectũ habens διὰ δὲ τὸ τὴν ἀφροδίτην ἀπαρνῆσαι τὸν παῖδα Ciuitas ibi Aparnis nuncupata est, ut Apollonii interpres ait. Dem. Fontem Caballinum fecit Bellerophontis equus ungula terram tangens: qui ab Heliconis nemore uiginti distat stadiis. Lamus fluuius non ingens est in Heliconis uertice. Lud. Lamus fluuius est etiam Ciliciȩ: & quæ iuxta ipsum est regio Lamusia ut Alexander polyhistor lyciacorum primo ait, gẽtile Lamusius. Est & Lamus ut Hesychius testatur Herois cuiusdam nomen. unde Lestrygonũ regio Lamus appellatur, Lamus lȩstrygonum ciuitas inquit Suidas. Deme. Narcissi fons est in Thespiensium agro: in quem Narcissus inspiciens periit. sunt qui tradant Narcissum sororem habuisse gemellam sibi & coma/& uestitu similem/& in uenationibus comitem: cuius amore usq; adeo captus erat, ut/cum eam amisisset licet in fontem inspiciens suam ipsius imaginem spectare non ignoraret, tamen amoris facilitate perinde ac si sororis imaginem spectasset perierit. Narcissus autem flos longe hoc Narcisso mihi esse uetustior uidetur si Pamphi dictis credendum est: qui Proserpinam non uiolas: sed Narcissos colligentem fuisse raptam scribit. Thisbe ciuitas ad dexteram bœtiæ a Thisbe puella indigena sic denominata. Ioan. Narcissum Lirion quoq; appellari Theophrastus asserit. Eumachus corcyrensis in eo libro qui Rhizotomicos inscribitur, tam Acallida: q̃ Crotalon Narcissum ipsum appellari scribit. Plinius libro uigesimo primo Narcissum a Narce: non a fabuloso puero nomen accepisse memorat: cuius duo genera in usu medici recipiunt. Vnum purpureo flore: alterum herbaceum. fuit autem Narcissus Cephissi fluminis ex Liriope nympha filius: cuius fabulam metamor-

phoſcon libro tertio elegantiſſime Ouidius percurrit. Fuit & Narciſſus Claudii libertus opulentiſſimus: ut trigeſimo tertio Plinius teſtatur. Thiſben autem Homerus a Columbarum copia πολυτρήρωνα appellat. Stephanus a Thiſbe Aſopi filia cognominatam dicit: & in multitudinis quoq; numero inueniri aſſerit. Deme. Tipha ciuitas maritima rei nauticę bœotiorum peritiſſima: unde Tiphis argonautarum nauis moderator oriundus. Haliartus ciuitas Theſpiis ſurſum ad Epirum euntibus occurrit. ubi Lyſandri Lacedemonii eſt monimentum: nec non & Heroum Cecropis Pandionis filii. Hiero. Haliartus maſculini generis inuenitur & fœminini inquit Euſtathius ab Haliarto conditore Therſandri filio/coroni fratre. Harmenidas tamen Hariarton dicit. Deme. Tilphuſius mons, & Tilphuſa fons ab Haliarto quinquaginta diſtat ſtadiis: iuxta quem fontem Tireſiæ extat tumulus. Nã cum argiuiuua cũ Polynicis filiis Thebas cepiſſent/ad Apollinemq;/& aliam prędam/& Tireſiam ducentes ad Tilphuſam fontem perueniſſent, ex itinere ſitibundus Tireſias ex Tilphuſſa aquã bibit, qua pota ſtatim expirauit. Lud. Tilphoſſa, inquit Stephanus fons, & mons eſt Bœotię. Telphuſa ciuitas eſt Arcadiæ a Telphuſa Ladonis filia ut idem Stephanus ait. eſt & in bœotia Telphuſa pro fonte apud Homerum legitur, in Apollinis hymno: unde Telphuſius dictus apollo. ſunt tamen qui Thelpuſam pro ciuitate: Telphiſſam uero pro fonte legant: cuius aquæ frigus Tireſias uates cum ſenex potaſſet/ac ferre non potuiſſet, extinctus eſt inquit Ariſtophanes. Deme. Praxidicas Haliartii uocant deas: quarũ templum eſt ſub dio uerſus Tilphuſium montẽ. Lophis fluuius eſt in Haliartide/a Lophi adoleſcente ſic cognominatus Nam cum Haliartii ſoli ariditate laborarẽt, ex principibus unus Delphos ad Apollinem profectus eſt: cui ſiſcitãti quonam pacto aquam in Haliartide inuenirent, reſpõdit Pythia, ut eum qui ſibi Haliartum reuertenti primus occurriſſet, interficeret. Quare cum ſibi Lophis obuius factus eſſet, eum ſta

tim occidit. Inde itaq; aqua emanauit: ubi eius sanguis effu-
sus: a quo nomen flumini inditum. Alalcomenæ uicus est nõ
magnus ad radices montis haud excelsi positus. nomen autẽ
accepit ab Alalcomeneo uiro terrigena: a quo Pallada educa
tam ferunt. Alii uolunt Alalcomeniam unam ex Ogygi filia
bus fuisse. Sylla Palladis simulacrum: quod erat Alalcome-
nis sustulit. quo factum est, ut cum fœlix haberetur, pedicula
ri morbo interiret. Ioan. Praxidicen dæmona quẽdam ap-
pellant inquit Hesychius, q non modo iis, quæ dicantur: sed
& quę agantur finẽ imponat. Alalcomenion inquit Stepha-
nus Ciuitas bœotiæ ab Alalcomeneo: qui Alalcomeneida
Mineruam erexit. neq; n. παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν hoc est ab au
xiliando dictum est, ut Aristarchus ait. esset. n. Alalceis. sed
ut a Theseo Theseis sic ab Alalcomeneo Alalcomeneis deri-
uatur. ex Alalcomeneo & Athenaide Hippoboti filia Glau-
copus genitus: ex quo Glaucopium/& Glaucopis gentile.
Alalcomenicus & Alalcomenius unde Alalcomenia Miner
ua. ab Alalcomene uero Alalcomenęus. Deme. Triton tor
rens haud ingens iuxta Alalcomenas fluens uersus libyam
in mare delabitur ex tritonide palude: ubi uolunt Pallada edu
catam: & non in libya. Hiero. Pallas modo Tritonia/mo-
do Tritogenea a poetis dicitur, ut Lycophrõis interpres ait:
uel q a Tritone libyæ flumine genita sit, ut Aeschilus fabu-
lose innuit: uel q a Ioue genita apud Tritonem fuerit educa-
ta: uel q, ut Sthenę placuit, tertio die mensis genita fuerit. un
de apud Athenienses tertius mensis dies Palladi est consecra
tus: uel q a Iouis capite edita sit. Bœotiorum. n. lingua Tri-
to caput dicitur: uel q eadẽ sit, quæ & Luna: quę tertio a coi-
tu die apparet: uel q nihil ab aere differat: qui tertium est ele
mentum. hinc est q Diodorus Siculus in primo dicit. Aerem
Pallada nominarunt/ac Iouis filiam dixerunt/uirginẽq; fuis
se. quoniam non corrumpatur: & sublimiorem locũ teneat.
qua propter ex uertice Iouis dicitur nata: & Trigeminam ap
pellant: propter tria anni tempora/Ver/æstatem/hyemem.

& Glaucopis, q aer glauci fit aspectus: non q habeat oculos glaucos. Democritus ait Palladem Tritoniam propterea cognominatam, q tria hęc mortalibus elargiatur βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, πράττειν δικαίως. Deme. Itoniæ Palladis templum est inter Alalcomenas: & Coroniam. Itonia autem ab Itonio Amphictyonis filio appellatur. Lud. Iton inquit Stephanus Thessaliæ ciuitas: quam nonnulli Sitona, q frumenti feracissima esset, appellarunt. Dicitur & hęc Itonos ab Itono Heroe: a quo & Itonia Minerua: quę & Itonei & Itonęa. Est & ciuitas Itone in Epiro, & Italia, & Bœotia, & Lydia: cuius ciuis Itonius & Itonia Minerua, & Itonias & Itonis. Est & regio Itone sub Aemũ, ut in Europa Hecatęus ait. Deme. Sirenas Acheloi filias ut cum Musis cantu certarent, impulit Iuno: quas cum Musę facile superassent, earum pennas euellisse: coronasq; sibi ex iis fecisse traduntur. Ioan. Homerus ἔπεα πτερόεντα appellauit, ĩquit Eustathius, uel propter celeritatem: uel propter eam quę in ipsis est Harmoniam, ac concentum: uel q alarum instar cædant aera: uel q cum musæ Sirenas in certamine superassent: & sibi ex earum pennis coronas composuissent, placuit: ut uerba quoq; pennata ad maiorem Sirenum infamiam dicerentur. Sirenes secundum Homerum, ut idem ait Eustathius, duæ sunt: & sine nomine. secundum alios poetas tres his nominibus Parthenope, Ligea, Leucosia: quæ post Vlyssis transitum se in mare precipites dedere: aliaq; alibi emersere. Sunt qui uelint Parthenopem uirginem pulcherrimam fuisse: multorumq; insidiis frustra petitam: quæ cum a Metiocho phryge amaretur, sibi comam: ut deformis fieret, abscidit: ad Campanosq; profecta habitauit. Aptera ciuitas Cretę ĩquit Stephanus, a Musarum, ac Sirenum contentione: quæ in museo iuxta ciuitatẽ ac mare loco sic appellato facta est: In quo post musarum in cantu uictoriam, Sirenes id ægre ferentes humerorum pennas deposuere: & candidę factę, se ipsas in mare proiecerunt. quo factum est, ut ciuitas Aptera: uicinę insulę, Leucę dicerẽ

tur. Sirenum sedes in promontorio Mineruæ ad Surrentum nauigationę a Circęis duo de.lxxx.M.p.ut Plinius in tertio ait. Sirenas suauissimę uocis mulieres fuisse gręcanica extitit fabula inquit Suidas: quæ in insula desidẽtes usq; adeo pręter nauigantes cautus suauitate oblectabant, ut usq; ad mortem eos ibi detinerent. habebant autem a pectore ad superiora στρουθῶν speciẽ: inferiora uero mulierũ. Qui fabulose loquuntur Sirenas aiunt esse fœminea facie auiculas: quibusdam cantibus preternauigantium aures demulcentes: earumq; musicæ uoluptatis finem unicam esse mortem. Verus autem sermo hoc exigit. Loca esse quædam marina montibus quibusdam in angustum redacta: in quibus fluctus compressus argutam reddit uocem: quam qui pręternauigant, suam ipsorũ uitam fluctui cõmittunt. & una cum nauibus pererũt. Dem.

Libethrius mons triginta a Coronia distat stadiis: i quo sunt musarum/ac Nympharum simulacra Libethrium cognomine/& duo preterea fontes: quorum alterum Libethriada nuncupant: Alter lapis est fœmineis mammis assimilatus: aquã lac referentem effundens. Laphystius collis: & Laphystii Iouis lucus a Coronia uiginti distat stadiis: ubi cum Athamas Phryxum & Hellen esset immolaturus, aurei uelleris arietẽ a Ioue missum ferunt: cui insidentes inde aufugerũt. Hier.

Quid de Athamante rege, deq; eius liberis Phryxo & Helle & de ariete ab aliis dictum sit, nos in presentia omittemus. Quæ uero a Palæphato literarũ monimentis mandata sunt, ea, q. fabulose scripta non sint, non prætermittere statuimus. Athamas iquit Stoli ex Hellene geniti filius phrygiæ imperauit. erat autem ipsi pecuniarũ dispensator uir nomine κριὸς: quem sibi fidissimum existimabat: Qui cum sensisset Athamantem uelle Phryxum interficere, ei rem indicauit. Phryxus autem nauem struxit: maximamq; in ea pecuniarum uim posuit: in qua & Pelopis mater nomine ἰὸς ex suis ipsius pecuniis auream conflatam statuam imposuit. Aries igitur cum Phryxum/atq; Hellen una cum pecuniis in nauem imposuis,

ſet, inde ſtatī ſoluit: ſed Helle in nauigatione ægritudine ꝑſſa
interiit: a qua Helleſpontus nomē accepit. Ipſi in pharū pro
fecti ibi habitant. & Phryxus Aeetæ colchorum regis filiam
uxorem duxit, auream ei ἴσον Pelopis matris ſtatuam in do
tem: & non arietis pellē elargitus. Dem.. Vlterius eſt Her
cules cognomento Charops. huc Herculem ab inferis Cer-
barum deducentem aſcendiſſe Bœotii memorant. Phalarus
fluuius ex Laphyſtio monte ad Ironiæ Palladis templū eunti
bus occurrit. In Cephiſida paludem ingrediēs Orchomenus
maxime inſignis ciuitas ultra Laphyſtium montem ſita eſt.
Gratiis Eteoclem Andrei & Enippes ex Leucone genitæ fili
um Cephiſi tamen fluminis creditum hominum primum ſa
crificaſſe tradunt. Bœotii: treſq; conſtituiſſe. Lacedemonii du
as eſſe gratias uolunt: quas Lacedęmon Taygetes filius crea-
xit: nominaq; impoſuit κλυτᾶν καὶ φαενᾶν. colunt & Athē
nienſes gratias ἀύξω καὶ ἡγεμόνην. Heſiodus ait gratias Io-
uis & Euryhomes filias: earumq; nomina Euphroſynē / Agla
iam / & Thaliam. Antimachus Aegles & ſolis filias eſſe gra-
tias ait. Hermeſianax elegiacus poeta Pitho unā eſſe de gra-
tiis memorat. Lud. pleriq; omnes, inquit Phurnutus, grati
as Iouis eſſe filias tradidere. Alii quidem ex Eurydomene ge
nitas, ꝙ domus maxime inclytæ / atq; inſignes munera ſoleāt
ac beneficia in alios conferre. Alii ex Eurynome, ꝙ qui am-
plas conſequuntur ſortes, benefici & ipſi ac liberales eſſe con
ſueuerint. nonnulli ex Iunone genitas uolūt, utpote deorum
nobiliſſimas. nudæ propterea inducuntur, ut indicio ſint, eos
quoq; qui nihil poſſideant, beneficos eſſe debere. Sunt qui ue
lint iccirco nudas fingi, ꝙ expedite prompteq; ad largiendū
unumquemq; ſe habere oporteat. unde adagium deductū eſt
αἱ χάριτες γυμναί in eos qui ſimpliciter aperteq; largiuntur
ac gratificantur. Homerus ait de gratiis unam uulcani fuiſſe
uxorē. Ideo fortaſſe ꝙ artificioſa eius opa gratiis eēnt referta.
Nam mulierem illam gratiis ſacra facere: cum gratiis habe-
re comertiū dicimus: quæ formoſiſſima ſit / ac uenuſtiſſima..

Deme. Andreis ciuitas est orchomeniorum sic dicta q̃ Phlegyas ἀνδρῶν præstantissimos in eam coegerit. dicebatur & prius tota regio Andreis ab Andreo Penei filio: quam postea Phlegyas pro Andreide Phlegyantida denominauit. Thesaurum hominum primus ad pecunias suscipiendas struxit Minyas chrysę filius: a quo Minyæ denominati. Ioan. ex Isione Danai filia & Ioue natus est Orchomenus: unde & ciuitas Orchomenos cognominata; ut Apollonii interpres ait. ex Orchomeno siue Neptuno / & Hermippe Bœoti filia natus Minyas: qui Orchomeni habitauit: ex quo Minyę populus appellatus. Demetrius tamen scepsius eos ait Minyas nuncupatos: qui circa Iolcum habitarunt. Apollonius ait, argonautas propterea Minyas cognominatos / q̃ eorum plurimi atq; optimi ex Minyę filiabus essent geniti: cuius uerba hęc sunt τοὺς μὲν ἀριστῆας μινύας περιναιετάοντες κίκλησκον μάλα πάντας ἐπεὶ μινύαο θυγατρῶν οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ᾽ αἵματος εὐχετόωντο ἔμμεναι. Deme. Lebadia ciuitas a Lebado Athenis profecto cũ prius Medea ab Aspledonis matre diceretur: in qua Lucus est: & in luco fossa Agamedis appellata: & ad fossam colũna: ubi terra discedẽs Trophoniũ excepit. Ascalaphus & Ialmenus Astyoches & Martis filii Orchomeniorum imperium tenuerunt: quibus ducibus Minyę ad bellum profecti sunt Troianũ. fuit aũt Astyoche Actoris filia: Actor Axei: Axeus Climeni. Herculis templum / ac statua non magna septem distant ab Orchomeno stadiis: ubi Melanis sunt fluminis fontes: qui & ipse Cephisida lacum ingreditur. Aspledon ciuitas ob aquarum inopiam, relicta ab Aspledone Medeę nymphę / & Neptuni filio denominata. Hercyna fluuius a puella quadam sic appellatus: iuxta quod Cereris cognomento Europes sacellum extitit: & Iupiter ὕετιος sub dio. ascendentibus autem ad Trophonii oraculum proserpinę θήρας appellatę / & Iouis regis ędes occurrit. Chęronea ciuitas prius Arne dicta ab Arne Aeoli filia: a qua & Alia i Thessalia ciuitas cognominata, Chęronea

autem a Chærone Apollinis:& Therus filio nuncupata est. Charonenses deorum maxime sceptrum colunt:quod Homerus ait a Vulcano fabrefactum/ & a Ioue Mercurio datũ/a Mercurio Pelopi/a Pelope Atreo/ab Atreo Thyeste/a Thyeste Agamemnoni:quod dory appellant. Iouis sceptrũ habuisse Minoem tradit Hesiodus:quo ciuitates regebat/Iouis sceptrũ nihil aliud appellans q̃ Iouis doctrinam:qua Cretam uniuersam moderabatur, ut in Minoe author est Plato. Deme. Supra ciuitatem præcipitium est/Petrachos nominatum.hic.n.Saturnum a Rhea deceptum lapidem pro Ioue accepisse uolunt.Homerus Aegyptum fluuium dixit nõ Nilum. Hiero. Dabis tu quidem Ludouice mi charissime ueniam, si pro te quod nuper cum apud Pindarum : tum apud Diodorum Siculum de Nilo legerim, subiecero.Aegyptus inquit Diodorus appellatus est Nilus a rege quodam, cũ Nilus quoq; a Nileo rege dictus sit.Nũcupatus est etiam Aquila:ut idem author est, tam ob cursus uelocitatem:q̃ ob aquarum profunditatem :qui a meridie ad septentrionem fertur/ ortus ex fontibus in extremis Aethiopiæ finibus. Hũc Pindarus croniden hoc est saturnium:Parmeno Iouem propterea fortassis appellat, q̃ Homerus diipetea quasi a Ioue fluentem dixerit : uel q̃ apud Aegyptios uice numinis cultus sit. Deme. hęc sunt:quę de nono Pausanię libro sumpta memoratu digna censuimus:quę ubiq; a nobis haud secus prolata sunt, q̃ si ab ipso:& non a me latine edita eẽnt.ipse.n.per me romano loquitur sermone.Cras decimum hoc est postremũ eius, si placet, librum aggrediar:ubi de Phocide loquitur.per endie ad primum reuertar:ut singulis diebus, singulos percurramus libros.Ioan.Est utiq;, ut dicis, faciendum . quare cras sumpto prandio ad te reuertemur.Deme . Domo nusq̃ discedam. Hier. Venimus hodie aliquanto q̃ heri tempestiuius, ut & tibi narrandi:& nobis audiendi supersit potius , q̃ desit tempus.quare ne ad primam facem hodierna quoq; prorogetur oratio, tuum erit, cum libuerit, decimum Pausanię librum

Apollinis fuisse promantin: primamq; Heroicum carmen cecinisse, at Boco indigena mulier, quę hymnum Delphis composuit, eos ait Apollini oraculum constituisse, qui ex Hyperboreis uenerant, & imprimis Olenem: quem primum ait fuisse uaticinatum carmen q; Heroicum cecinisse: cum autem primum Apollinis templum lauro ex Thessalia delatis truncis in modum tugurii structum fuerit: secundum ab apibus ipsarum cera: at pennis exędificatum: & ab Apolline ad hyperboreos missum Delphi dicant: siue ut alii uolunt a Ptera uiro Delpho structum sit. Tertium uero ęneum fuerit. Trophonius, & Agamedes quartum Apollinis templum exaedificarunt lapideum. Ludoui. Apollo Homericus cum ad Crissam sub parnasso ciuitatem ad Zephyrum conuersam peruenisset, templi fecit amplissima, atq; altissima fondamenta: quibus Trophonius: & Agamedes Ergini filii pauimentum limen ue addidere: Templumq; struxere. Deme. Parnassus mons nomen accepit a Parnasso Cleodorę nymphę ac Neptuni: siue Cleopompi filio. Parnassus quoq; ciuitas ab eodem parnasso denominata est. Ioan. Parnassus Delphorum mons inquit Stephanus. unde fit Parnassius: foemininum Parnassia/& Parnassias. a Parnassus, ut Heliconias. dicitur & Parnassis a parnassus: & parnasseus. possessiuum parnassicus. uocabatur autem prius Larnassus; q; Deucalionis λάρναξ idest arca eo delata sit. nonnulli aiunt parnassum a parnasso nomen accepisse: qui primus pythium sciscitatus est oraculum; ut Alexander in Delphicorum Oraculorum primo memorat. Demetrius. Corycium specus est in Parnasso monte a Corycia nympha nominatum. Est autem nymphis coryciis: & Pani consecratum. Lycorea ciuitas ab iis cōdita: qui Deucalionis diluuio λύκων ὠρυᾷ ἦν hoc est luporum ululatibus seruati sunt: eos eni secuti ad Parnassi uerticē peruenere. Alii uolunt Lycoream a Lycoro Apollinis: &

coryciæ nymphæ filio denominatam. Ioan. Lycorea uicus est Delphis, ut Callimachus in tertio ait, nomen autem accepit, ut Stephanus ait, a Lycoreo rege. Ciuis modo Lycoreus, modo Lycorus, modo Lycoretes dicitur. Est & Lycoræus Iupiter. Deme. Thya Castalii filia Baccho prima fecisse sacra dicitur, unde Thyades Bacchi sacerdotes appellatæ. Hierony. Thyades, ut Lycophronis interpres ait, Bacchæ dicuntur παρὰ τὸ θύω τὸ ὁρμῶ. quod per montes discurrant. Erant enim inquit Bacchæ mulieres Dionysii sacræ ministræ: quę una cum eo circa montes uersantes propriis manibus Leones: aliasque feras interficiebant: & easdem crudas edebant. Cum autem sitiebant, ferulis terram/ac saxa percutiendo lac/melque/& uinum scaturire faciebant. Dracones preterea comis appensos habebant. Deme. Delphus Thyę & Apollinis filius fuit; unde Delphi. Ludoui. Delphi inquit Stephanus, ciuitas in Parnasso ad phocidem, ubi adytum quinque est structum lapidibus Agamedis & Trophonii opus. est & Telphusa eiusdem loci fons. gentile Delphi/fœmininum Delphis/possessiuum Delphicus. Vocati autem sunt Delphi, quod Delphino assimilatus Apollo eo nauigauerit: uel, ut Suidas ait, quod Delphynes Draco ibi inuentus sit: qui ab Apolline interfectus est. Deme. Pythis Delphi: filius a quo Delphi pytho denominati. nonnulli Delphos pytho ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι cognominatos uolunt, quod ibi draco ab Apolline interfectus putrefactus sit. Ioan. uel ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι τῶν μαντείων ut Apollonii interpres ait ait. Deme. Amphictyon Deucalionis filius: a quo Amphictyones grecorum conuentus. Androtion in attica inquit Historia Amphictyonas appellatos, quod qui cogerentur circa Delphos habitarent. Hieronymus. Amphictyones, ut Suidas quoque ait, consessus est grecorũ in Thermopylis coa ctus; ab Amphictyone Deucalionis filio cognominati. Ipse .n. cũ rex esset, gentes contraxit: quę numero duodecim erãt. Iones/Dorienses/Perębi/Bœoti/Magnetes/Achiui/Phthio

tę/Molienses/Dolopes/Aeneanes/Delphi/Phocenses. Amphictyones inquit Plinius, publicum est gręciæ concilium. Deme. Plistus fluuius iuxta Cirrham delphorum nauale in mare delabitur. Masalienses phocensium coloni qui ex Ionia Harpagum, Medum e Phocea fugerunt. Hier. Ego tamen Phocaensium colonos esse Massilienses apud Stephanum legi non Phocensium authore Hecatęo, cum de Massilia ligustica ciuitate loquitur: quã Timæus παρὰ τὸ ἁλιέως: & μάσαι nomen sumpsisse ait, ꝙ gubernator adnauigans cum Piscatorem uidisset, rudentem iusserit alligare. Dem. Castalius fons potu dulcis a muliere indigena nomen accepit: uel ut alii uolunt, a Castalio quodam. Pannyasis Polyarchi filius Castaliam dixit Acheloi filiam fuisse. ait enim de Hercule scribens παρνησσὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶν περήσας ἵκετο κασταλίης ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ. quæ uerba significant Herculem Parnassum transeuntẽ ad immortalem castaliæ acheloidis aquam peruenisse. Alcæus uoluit Castalii fontis aquam Cephissi esse fluminis donum. Ludoui. Castalius fons inquit Suidas erat ἐν τῇ καλουμένῃ δάφνῃ: in qua Apollo dicebatur assidere: ac responsa dare aura ac spiritu ex aqua edito. unde qui circa fontem erant, ea referebant quæ a Dęmonibus dicebantur. Deme. Baton Amphiarai auriga cui erat affinitate coniunctus Cnidi conditor Triopas. Taras nomen est tam ciuitatis quam fluminis in Italia a Tarante Neptuni filio sic denominata. est autem Tarentum Lacędemoniorum colonia: cuius conditor Phalanthus: qui cum esset Lacedemone discessurus Delphicum hoc accepit oraculum, tum ipsum & regionem adepturum/& ciuitatem conditurum, cum sub Aethra pluuiam sentiret. quare cum in Italiam uenisset: & prælio superatis barbaris nullam adhuc cepisset ciuitatem: nec regionem occupasset, cepit oraculum animo uolutare: ratusq; deum impossibilia prædixisse, Neq; enim fieri posse putabat ut sereno plueret cœlo, in maxima Versabatur animi solicitudine.

Tunc uxor & aliis mœstum/atq; afflictum maritum benigne excipiebat:& eius caput suis imponens genibus pedúcu los eligebat.cum interim uiri miseratione cõmota tantas effu dit lachrymas, ut uiri caput madefecerit.quod cum Phalanthus animaduertisset (erat enim uxori nomen Aethra) oraculum interpretatus sequenti nocte maritimarum Ciuitatum opulentissimam Tarentum cepit. Ioan. Taras inquit Stephanus ciuitas/& cognominis fluuius in Italia iuxta mare.masculini autem est generis secũdum anologiam. nullum enim in ras nomen fœmininum inuenitur. hoc autem & fœminino prolatum genere inuenitur. Ciuis Tarentinus.Multi fuere Tarentini Illustres uiri: & imprimis Pythagorai/& Aristoxenus Musicus Aristoteli cognitus/Et Rhinthon tarentinus/phlyax: qui tragica ad ridiculum transtulit.huius autem drãmata octo & triginta feruntur. Et Iccus medicus Tarentinus qui septuagesima septima fuit olympiade.ταραντινίζειν est equitationem armatam & ad pugnas utilem facere. Est & Tarantus masculino genere. Bithyniȩ ciuitas ubi Tarantȩus Iupiter colitur, ut Demosthenes in Bithyniacorum secundo tradit.Inuenitur & Darandus cum.d. Deme. Liparȩi Cnidiorum coloni deducente coloniam Pentathlo Cnidio. Hiero. Lipara insula est, inquit Stephanus, inter septem Aeoli maxima: quȩ Meligunis uocabatur, iuxta Siciliam sita a Liparo Ausonis filio denominata.dicitur & pluratiue. gentile Liparȩus. Deme. Herophyle sibylla ea iunior: quȩ prima sibylla a Libycis cognominata Ionis & Lamiȩ Neptuni gnatȩ filia fuisse dicitur, prȩdixit Helenen in Europæ/Asieq; perniciem spartæ educari: Iliumq; eius causa a grȩcis captum iri. Interpretata est etiam Hecubȩ insomnium.habitauit autem plurimum in Samo.profecta est & Clarum/& in Delum/& Delphos.decessit demum in Troade: sepultaq; est in Sminthei Apollinis luco. Ludoui. Posteaq̃ in Sminthei Apollinis incidimus mentionem, unde hoc cognomentũ inditum sit, silentio

minime præterire statuimus. Crinis Apollinis sacerdos cum
eius sacra neglexisset, a terrestribus muribus agrorũ priuatus
fructibus est: cuius damno ac detrimento commotus Apol-
lo bubulco cuidam Hordæ appellato præcepit, sacerdotem
admoneret, ut consueta perageret sacrificia: cui admonitioni
cum sacerdos paruisset, Apollo mures sagittis confecit. quo
factum est, ut Apollo sit Smintheus appellatus: Cretenses
enim Sminthas mures nominant. Deme. Marpessus quidẽ
ciuitas fuit in Ida Troiana: Aidoneus uero fluuius. Io. Mar
pessa uero mons in Paro, ut Stephan9 ait, unde marmora eru
untur, Incola Marpessius dicitur. Deme. Demo mulier fuit
quæ futura prędicebat / Cumis oriunda: quæ ciuitas est in opi
cis. Sabba quoq; mulier fuit fatidica apud hebræos: nec nõ &
Phænnis apud Chaonas. fatidici quoq; uiri fuere Euclous cy
prius / Musęus Antiphemi filius Atheniensis / Lycus pandio-
nis / Baccis bœotius a nymphis afflatus. Herculi Amphitryo
nis filio Delphos ad oraculum profecto / Xenocleam promã
tin propter Iphiti cędem noluisse uaticinari dicunt. quare cõ
motus Hercules sublatum tripodem extra templũ tulit. tunc
Xenoclea inqt ἄλλος ἂν ἡρακλέης τιρύνθιος οὐχὶ κανωβεύς
nã prius Aegyptius Hercules Delphos uenerat. quare Her
cules tripodem reddidit: edoctusq; est quę uolebat a Xeno-
clea. hinc est q poetæ inter Herculem & Apollinem tripo-
dis causa certatum fuisse cecinere. Phalantus lacedęmon prius
q̃ in Italiam perueniret, in Crisæo mari naufragium fecit. De
latus autem a delphine ad littus dicitur. Cycnus Neptuni fi
lius colonis regnabat. erant autem colonæ in Troade e regio
ne insulę: quę leucophrys dicebatur. huic filia erat Hemithea
& Tennes filius ex Proclea / clytii filia: qua defuncta superin-
duxit Philonomen: quę priuigni amore capta cum quod cu-
piebat assequi non ualuisset, affectati incestus eum apud uirũ
accusauit: qui haud mentitã uxorem ratus una cũ sorore in ar
ca inclusit: atq; in mare proiecit: q in Leucophryn sospes appul
sus Tenedum pro Leucophry insulam a se appellauit. At

Cycnus (neq; enim diutius uxoris dolos ignoraturus erat) ad filium nauigauit: sed cum ad insulã peruenisset: rudenteq; lapidi siue arbori alligasset, Tennes ira percitus securi rudentem abscidit. quo factum est ut in eos qui firmiter aliquid obstinateq; negant, dicatur. hic Tenedia securi tale quid abscinderet. Erant autem Delphis secures Periclyti Tenedii uiri dicatio. Ipse uero Tennes. Cyrenenses Battum in curru dedicarunt Delphis: a quo in libyam ex Thera insula nauibus delati fuerant: ipsius autem currus auriga est Cyrene: super quo est & Libya Battum coronans. Postea uero q̃ Battus Cyrenas condidit, uocem hoc pacto recuperasse dicitur. Nam cũ Cyrenenses regionis deserta perlustrarent, incidit in Leonem quo conspecto tanto est affectus terrore, ut uocem statim ediderit. Hiero. Cyrenæ, inquit Stephanus, ciuitas Libyę a Cyrene Typsei filia denominata: uel a Cyrene fonte indigena. Est & Iberię/& Massalię alia. gentile Cyrenęus. hinc erat Eratosthenes Agaclis filius historicus: & Cyrenais ut Thebais: & Cyrenites dicta est/& pentapolis: ut Eustathius scribit. Ducunt autem originem Cyrenenses ab Amyclæis hoc est Lacedæmoniis. Deme. Glaucus chius ferri ferruminationem adinuenit. lapidem: quem umbilicum appellant marmore candido confectum. In medio orbis terrarum esse prędicãt Delphi: quibus in quadam ode adstipulatur Pindarus. Elyros ciuitas in montibus creticis: quæ ęneam capram phylacidẽ/ac phylandrum lactantem delphos misit: quos Apollinis/& Acacalidis nymphæ filios fuisse memorant: quam in Tarrha ciuitate: & domi carmanoris Apollo compressit. Lud. Pindarus in Pythiis in ea ode: quam in Arcesilai cyrenensis laudem composuit, harum meminit aquilarum: cuius interpres ait cum Iupiter orbis medium inuenire exoptaret, duas aquilas pari celeritate præditas: unam ab oriente ab occidente alteram eodem tempore dimisit: quę circa Pythona occurrerunt. ex quo concursu factum est, ut Vniuersi orbis umbilicus ibi esse credatur. In cuius rei argumentum aureæ

Iouis aquilę Delphis dicatę sunt. Elyros ciuitas in creta : ut Xenio quoq; in Creta inquit : Cuius ciuis Elyrius . Tarrha īquit Stephanus ciuitas lydię:ex qua Leucius grammaticus. Altera est in Creta:in qua Tarrhæus Apollo colitur . Est & alia ciuitas Tarrha iuxta Caucasum cretensiū colonia. Dem. Sardo insulam mercatores græci Ichnusam a uestigii humani forma cognominarunt.apellata est autem Sardo a Sardo libyci exercitus in insulam duce. Aristæus Apollinis/& Cyrenes filius Actæonis casum miseratus in Sardo insulam migrauit. Thorsus fluuius in Sardinia insula. Cyrnus a græcis: a libycis corsica nominata insula est haud procul a Sardinia. Corsi eorum pars appellantur:qui Sardiniam insulam incolunt:q; e Corsica illuc traiecerint.herba est in Insula sardinia perniciosa apio similis:quam si quis degustauerit, uitam cum morte dicunt commutare.hinc Homerus & posteri risum in sanum sardonium nominant.nascitur autem herba hęc maxime circa fontes:nec tamen in aquam transmittit uirus. Ioan. Sardon inquit Eustathius/a sardone Herculis filio appellata est: Cyrnus uero Corsis dicitur , ut Idem ait Eustathius a corse puella, uel ut Dionysius ait διὰ τὸ ἐν ἀυτῇ κόρσας Deme. Cephalena Dionysium oraculo moniti Methymnæi colunt.nam cum piscatores retis tractu oleaginum caput cepissent:Apollinemq; consuluissent cuias nā uel deorum, uel Heroum esset imago. Dioysium Cephalena colere sunt a Pythia iussi. Scyllis Sicyonæus ad ima maris descendisse : Cyanamq; filiam docuisse dicitur. Panicus terror Gallos inuasit: qui Brenno duce Delphos sunt profecti. Terrores.n.de nulla causa existentes ab hoc deo oriri traduntur. Hiero. Plutarchus in Isidis atq; osiridis tractatu, post Osiridē inquit a Typhone/& a reliquis coniuratis interfectum, Panes/ac Satyri: qui locum circa Chenim habitabant, id senserunt:deq; re gesta inter se loqui cęperunt:quo factū est ut repentini terrores panici dicerētur. Dem. in uestibulo Apollinis dephici scripta sunt hæc:quæ humanæ uitę maxime conferunt γνῶθι σεαυτὸν

hoc est cognosce te ipsum, & μηδὲν ἄγαν. i. nihil nimis. Septẽ sapientes/Thales milesius/Bias prienensis/Pittacus mitylenęus/Cleobolus Lindius/Solon atheniẽsis/Chilo spartãus. pro Periandro Cypseli filio Plato Aristonis filius Acatilochetum chenęum septimum posuit. Chenæ. n. ciuitas est in Oeta monte. Ludo. Chena inquit Stephanus ciuitas ẽ Laconię: ciuis Chenięus/siue cheneus dicitur: ex qua Myson de septem sapientibus unus. Deme. Oraculum Homero datũ, ὄλβιε, καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι, πατρίδα δίζηαι· μητρὸς δέ τοι, οὐ πατρὸς ἐστὶν ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι. Ostenditur autem in ipsa insula Homeri sepulcrum: nec non & Clymenes: quam Homeri fuisse matrem ferunt. Cyprii Homerum sibi uendicant: cuius Themisto indigenam mulierem matrem dicunt. Ioan. Cicero in oratione pro Archia poeta Homerum inquit Colophonii ciuem esse dicunt suum: Chii suum uendicant: Salaminii repetunt: Smyrnii uero suum esse confirmant: itaq; etiam delubrũ eius in oppido dedicauerunt. permulti alii præterea pugnant inter se: atq; contendunt. Herodotus Critheide matre: patre uero incerto genitum esse Homerum tradit. Aristoteles in tractatu de poetice Dęmonem Homeri genitorem fuisse prodidit. Sunt qui Mæonis/& Ornithus fuisse filium uelint. alii tam de parentibus q̃ de patria inter se penitus diuersa senserunt. Omnes enim literarum principem tanq̃ in medio positum sibi certatim asserere conabantur. Itaq; Antipater diuini/ac Cœlestis ingenii admiratione ductus, Cœlum quidem Homeri esse patriam: Calliopen uero matrem hoc scribit Epigramate.

οἱ μὲν σεῦ κολοφῶνα τιθηνήτειραν ὅμηρε,
οἱ δὲ καλάν σμύρναν, οἱ δ' ἐνέπουσι χίον·
οἱ δ' ἴον, οἱ δ' ἐρίδαν εὐκλάρον σαλαμῖνα
οἱ δὲ νυ τὰν λαπιθᾶν ματέρα θεσσαλίην,
ἄλλοι δ' ἄλλην γαῖαν ἀνίαχον, εἰ δέ με φοῖβος.

χρὴ λέξαι πινυτὰν ἄντικα μαντοσύναν
πάτρα σοι πλείει μέγας οὐρανὸς ἐν δὲ τεκούσης
οὐ θνατᾶς, μητρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας.

Ortus est autem ut fama tenet iuxta Meletem Smyrniorũ fluuium: unde Melesigenes nominatus: postea Homerus ab oculorum cecitate nuncupatus est. Cymaei.n.luminibus captos, ut Plutarchus refert, Homeros appellant. Tanta autẽ discendi cupiditate flagrauit, ut uniuersam gręciam peragrauerit: ibiq; & Heroum nomina: & eorum gesta perceperit, traieceritq; & in Aegyptum, ut siculus scribit Diodorus. in Ithacam autẽ profectus ab Vlyssis manibus gręcorum/ac troianorum res gestas ea lege, ut Philostratus ait, audiuit, ut Vlyssem quidem quoad eius fieri posset, celebraret: Palamedis uero nullam omnino faceret mentionem: qua item tempestate floruerit, inter scriptores mira dissensio est. nam sunt ut idem testatur Philostratus, qui Homerum quarto & uigesimo post Troianum bellum anno fuisse uelint. alii centesimo/ac uicesimo septimo. nonnulli centesimo & sexagesimo: quo tempore & Hesiodus fuisse traditur. non desunt qui statim capta Troia opus aggressum fuisse censeant. Scripsit, ut eius lusus de industria omittamus, poemata duo Iliada.s.& odysseam: quorũ altero bellum Troianum: Altero Vlyssis uarios errores/reditumq; eiusdem in patriam complexus est. Homeri Iliada rei militaris uiaticum magnus Alexander appellans/una cũ pugione semper sub puluino, ut Onesicrates tradidit, tenere solitus erat. hęc autem cum uariis in locis cecinisset: ac dispersa reliquisset, a Pisistrato demum in unum quasi corpus digesta sunt. Lycurgus lacedaemonius, ut Plutarchus refert, in Asiam profectus Homeri poemata apud Creophili filios reperit: eaq; conscripsit, ut in patriam portaturus. erat.n.carminum pertenuis fama apud gręcos. Obiit autem postremum diem in Io insula nimio animi angore/ac solicitudine, q; piscatorũ ęnigmaticum quoddam respõsum/griphumq; dissoluere/atq; interpretari non ualuisset. Nam cum eos interrogasset, ecquid

cepissent: quæcunque cepimus, non habemus: quæ uero non cepimus ea habemus, responderunt: peduniculos quibus ue stes purgauerant: non pisces innuētes. quare in ipso littore hu iusce Epigramatis inscriptione sepultus est, ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον ὅμηρον. Plutarchus quoq; in Sertorii uita de ortu atq; obitu Homeri hoc refert. Chios/& Smyrna opulentissimarū ciuitatū nomina habent: quarū in altera natus est Homerus in altera decessit. Deme. Est in Apollinis templo ἑστία: in quo Apollinis sacerdos Neoptolemum interfecit. sunt & duarum parcarum simulacra. pro ipsarum tertia Iupiter adstat cognomento μοιραγέτας/eodemq; cognomine Apollo. Cassotis fons est iuxta Apollinis templum/a nympha parnassia sic denominatus: quem per subterraneos meatus dei adytum ingredi/mulieresq; uates reddere autumant. Electra & Panthalis Helenes ministræ, ut est in pictura Delphica: in qua spectabantur & captiuæ Troianę. Clymene/Creusa/Aristomache/& Xenodice. Fuit autem Aristomache priami filia: ut Ennus scriptū reliquit: uxor uero Critolai Hicetaonis filii. Creusam a Deorum matre/ac uenere gręcorum seruitio liberatam dicunt. Cypria carmina ferunt Achillis filium a Lycomede Pyrrhum/a Phœnice Neoptolemum nuncupatum, q. Achilles ę rate iuuenis bellum gerere cepisset. Corœbus Mygdonis filius: qui ad Cassandræ nuptias Ilium uenerat, ut pluribus quidem placet a Neoptolemo: ut uero Lescheos scripsit a Diomede interfectus est. Priamus quoq; ut Idem refert Lescheos non ad Hercei Iouis aram occisus est: sed ab ea abstractus iuxta atrii fores a Pyrrho est obiter/ac præter intentum interfectus. Stesichorus Hecubam ab Apolline in lyciam delatam literis prosecutus est. Axionem Priami filium scripsit Lescheos: interfectumq; ab Eurypylo Enęmonis filio. Eurynomen unum esse de Dęmonibus inferis delphorum interpretes aiūt eumq; defunctorum corpora relictis ossibus ambesse memorant. In Polygnoti pictura est & sedens quidam. Titulus esse

Ocnum indicat:qui funiculum contexit astante Asella : quæ quod contextum fuerit, assidue deuoret. Hunc Ocnum hominem esse aiunt industrium/ac laboriosum:sed uxorem habere sumptuosam:ac prodigam, utpote quę quicquid is suo labore coegisset, absumeret. per hęc igitur Ocni uxorem innuisse polygnotum ferunt. Nouimus autem ab Ionibus quoq; dici solere, si quem conspexisset in re quapiam elaborantē:quę nihil adferret emolumenti, hic homo funiculum Ocni contorquet. Ocnum etiam qui circa auspicia uersantur uates, auem quandam appellant:quæ ardeolarum & pulcherrima est/& maxima. Dionysius primus est ad Indos cum exercitu profectus. primus Euphratem iunxit ponte, ubi Zeugma est ciuitas condita. Hiero. Trieterica sacra propterea in Bacchi honorem celebrabantur, ꝙ trium annorum interuallo Indos superauerat:quę & Trieterides appellabant, ut siculus scribit Diodorus. Dionysios tres fuisse nonnulli uolunt:primum Indum ex Ammone & Amalthea genitū:qui barbatus, ꝙ barbam indorum more nutriret, dictus est:& Lenęus ꝙ uinū ex racemis torcularibus educere monstrauerit. Secundum ex Ioue & Proserpina:uel ex Cerere natum ferunt:quem tradunt boues primum ad aratrum iunxisse: Tertium ex Ioue/ac Semele Cadmi filia. Thebis bœotiis natum dicunt, author Diodorus . Dictus est autem & Dithyrambus, ꝙ in bisori antro apud Nysam educatus sit:uel ꝙ ex semele primum:deinde ex Iouis fœmore editus sit. Zeugma ciuitas syriæ inquit Stephanus ad Euphratem:quem Alexander cum Cathenis iunxisset, exercitum traiecit. gentile indigenę quidem Zeugmateus, oportet uero Zeugmatices, ut proteas grāmaticus Zeugmatites. Deme. Clymene Minyę filia Cephali uxor:unde genitus Iphiclus:cui prius Procris nupserat. Camiro & Clytia Pandarei filię:qui promethei furti particeps extitit. est tamen ubi legitur Tantali pro Promethei. Palamedes cubos inuenit . Vlyssis inimici fuere Palamedes / Aiax Telamonius/ Aiax oileus/Tersithes. hortatus est eni græcos Vlysses , ut

Aiacem oileum lapidibus obruerent, q Cassandrā ausus eēt uiolare: Palamedem uero ad capiendos pisces profectum necarent. Meleager ab Apolline curetibus contra Aetolos fauente interfectus est. Phyrnicus primus scripsit Torrem Altææ matri a parcis datum: quo Meleagri uita continebatur: casq; prædixisse fore, ut ipsa prę ira Ticionem combureret. Tithoræa ciuitas est, lxxx. stadiis a Delphis distans si qs per uiam Parnassi profectus fuerit, sic a Tithoræa nympha denominata. Lud. Tithoræa inquit & Stephanus ciuitas in Bœotia a Tithorea nympha, citatq; Pausaniam in nono. Hic inquit Zethus & Amphion sepulti. Est autem in Parnassi promontorio. Deme. Herodotus ait Tithoræam appellatum esse parnassi uerticem: ciuitatem uero hanc Neona. Cachales fluuius est iuxta Tithorę am currens. Archagetæ Aesculapii templum. lxx. a Tithorea distat stadiis. Audiui phœnicem quendam dicentem Aegyptios tunc Isidi sacra facere, cum ipsam Osiridem deflere dicunt: eodemq; tempore Nilum crescere: multisq; esse persuasum Isidis lachrymas in causa eē, ut Nilus augeatur/agrosq; irriget. Ledon ciuitas fuit non procul a Tithorea. Lilęa ciuitas. clxxx. distat a Delphis stadiis/a Lilęa nympha Cephissi fluminis filia denominata. hic. n. sunt fluminis fontes. Charadra ciuitas uiginti stadiis ulterius sita est in excelso pręcipitio aquarum indiga: quę profecto a Charadro fluuio tribus stadiis inde procul fluente mihi uidetur nominata. Herodotus inter Phocensium ciuitates quas Xerxes combussit, Parapotamios recenset: cuius nulla extant uestigia. Amphicalea preterea ab eodem dicta est ophitea: quæ lx. a Lilęa distat stadiis. Sunt & Tithronium/& Drymęa in Phocide ciuitates: nec non & Elatea maxima est Phocensiū ciuitas preter Delphos. Ioan. Drymia non Drymæa apud Stephanum legitur: ubi Thesmophori Iouis uetustissimum est templum. Deme. Otides aues circa Cephissum fluuium pascuntur. Hiero. Otides auiculę sunt perdicibus similes: quæ breui uolatu utentes cito defatigātur ut in primo de ascē

su Cyri docet Xenophon. Deme. Cranςæ Palladis templũ uiginti ab Elatea distat stadiis. Abę phocensium ciuitas ab Abante Lyncei & Hypermestræ Danaidis filio condita. erat autem Apollini dicata. nam uetustissimum ibi erat Apollinis oraculum: quod Xerxis exercitus combussit. Lud. Abæ, ut Stephanus quoq; ait, ciuitas phocensis a nominatiuo singulari Abe. uocata autem est ab Heroe Aba. Herodianus ait q Abas quando gentem significat plurisyllabice declinatur: cum uero proprium est, & ęquisyllabice, & plurisyllabice flectitur. Est & Italię ciuitas. ut ergo ab Amycla Amyclę: sic ab Aba Abę. Deme. Hyampolis phocensium ciuitas ab Hyantibus: qui Cadmum & eius comites timentes Thebis aufugerant condita. Stiris phocensium ciuitas a stirensibus populo Atheniensi exædificata: qui Peteon atheniis fugientẽ, cum ab Aegeo expelleretur, secuti sunt: in quã ciuitate stiriti dos Cereris templum uisitur. Ambrossus ciuitas sub Parnasso ab Heroe Ambrosso cognominata: ubi Diana cognomento Dictynea maxime colitur. Anticyra phocensium ciuitas Cyparissos prius dicta. in saxosis autem montibus: qui sunt supra Anticyram, Elleborus tam niger q̃ candidus nascitur. Niger uentrem purgat. Candidus uomitu iuuat. Ioan. Anticyre duę ciuitates: quarum altera phocidis est, ut Demetrius Callatianus ait. altera in Maliensibus ut Apollodorus inqt. hic aiunt inquit Stephanus elleborum urbanum nasci. Ciuis Anticyreus. Erat & uir quidam Anticyreus: quem aiunt post furorem Herculem elleboro curasse: & Anticyarços ut Marcellus medicus ostendit. Deme. Bulis ciuitas est phocensibus finitima a Bulone conditore sic denominata: a qua non procul torreus in mare delabitur: quem indigenę Heracleum appellant. Est autem Bulidiis fons nomine saunium. Cyrrhã phocensium ciuitatem Crissam tam in Iliade quam in Apollinis hymno Homerus appellat. Locri ozolæ finitimi sunt phocensibus. Ozolę autẽ appellati sunt ἀπὸ τοῦ ὄζου q Canis Orestheo Deucalionis filio ibi regnanti pro catulo li-

gnum pepererit: quod defossum edidit uitem: uel ἀπὸ τοῦ ὄζειν qd est olere, q Nessus Centaurus ab Hercule uulneratus dum in Eueno fluuio Homines traiicit, ibi insepultus iacuerit: uel a cuiusdam fluminis malo uaporis odore: uel ab Asphodelo. i. hastula regia ibi florente: uel a Scorteis uestibus: quibus priusq̃ pelles conficerentur, utẽtes male olebant. Amphissa maxima Locrorũ ciuitas ab Amphissa Macaris Aeolidæ filia denominata: quam Apollo adamasse dicitur. Hier. Amphissa, ut Stephanus quoq; ait, ciuitas Ozolarum locrorum sic appellata, q adiacentes eam montes amplectantur. Est & regio minoris Armeniç Amphissene nominata: ut in duodecimo inquit Strabo. Deme. Myonia / & œantea Locrorum sunt ciuitates. œantheç maritimç existenti finitima est Naupactus: cui a muliere siue nympha nomen inditum re or. Ludo. Myonia inquit Stephanus phocidis ciuitas: citatq; Pausaniam in Decimo. ciues Myones dicuntur. Thucydides Myoneas ipsos dicit. Oeanthe Locrorum ciuitas inquit Hecatæus in Asia. at Hellanicus Oeantheam ipsam appellat. Deme. Hęc ex decimo Pausaniç delecta libro scitu haud quaq̃ indigna mihi uisa sunt. Cras Atticam ingeniorum fontem adibimus: quam primo Pausanias libro complectitur. Ioan. In crastinum igitur ualebis. Hier. Tantum atticarum rerum nos tenet desiderium, ut matutino potius q̃ pomeridiano tempore ad te hodie redire uoluerimus. quare cum sis, ut nobis uideris, ad dicendum paratissimus, primum aggredere Pausaniæ librum: & ut queq; memoratu digna in mentem uenerint, ea primũ enarrato. nos quiqd a te pro Pausania dictũ fuerit ĩ memoriç Thesauro collocabim9. Deme. Nihil mihi a uobis gratius fieri potuit, q̃ ut hac ad me hora reuerteremini: qua & animus ad differendum promptior / & memoria ad reminiscendum expeditior extitit. Multa. n. hoc primo Pausaniæ libro continentur: quorum cognitio non minorem audientibus oblectationem q̃ utilitatem afferre poterit. sed quoniam Atheniensiũ res maxime celebrat:

& Athenienses deorum maxime Pallada uenerantur, a Palladio numine exordium sumemus: ut eius nutu cętera facilius exequamur. Sed iam audite Pausaniam per me latino loquentem sermone. Est in Acropoli: quam prius urbem appellabant, Mineruę simulacrum: quod de cęlo decidisse fama tenet. Lychnum autem aureum Callimachus deę fecit: quo semel olei repleto, eundem insequentis anni diem expectant. nam Oleum illud interea Lychno die noctuq; pariter ardenti suggerit alimenta. Inest autem ei elychnium ex carpasio lino: quod ex omni lini genere igni absumi non potest. Supra Lychnum palma est ęnea: quę ad tectum usq; protensa uaporem adtrahit. Est & in sunio atticæ ad cycladas uergētis promontorio suniados Palladis tēplum. Lauriū uero locus: in quo Atheniensiū erant argenti metalla. Lud. Suidas quoq; ait Λαύρειον locus atticus faciens metalla. Deme. Insula Patrocli iuxta atticam/sic propterea cognominata, quod Patroclus in ea murum/uallumq; duxerit, cum ut Atheniensibus suppetias ferret contra Antigonum Demetrii filium regionem populātem, a Lago Aegypti rege nauium pręfectus est missus. Piręeus priscis temporibus non nauale: sed populus erat, priusq̃ Themistocles remp. administraret. Nam phalero, qua parte mare ab urbe q̃ minimum distat, pro nauali utebantur. hinc Mnestheum fama est in Troianos soluisse: multoq; antea Theseum ob Androgei Minois filii necē pœnas daturum. Cæterum Themistocles cum animaduertisset piræeum nauigantibus fore commodiorem, tres in eo portus pro uno phalero construxit: in quorum maximo ipsius Themistoclis extat tumulus. Nam Athenienses eorum penitentia ducti: quę in Themistoclem cōmiserant, eius ossa ex Magnesia translata tumulo condiderunt. Palladis præterea & Iouis Lucus in piręeo conspicitur. utriusq; numinus statua ex ęre. hic sceptrū/ac uictoriam: pallas hastam pręfert. Ioan. Pireus inquit Stephanus portus atticæ uocabatur: cuius gentile piræus quoq; dicitur: postea uero piręeus appellatus est popu

lus Hippothoontidis tribus. Popularis Pirçeus. Est & Corinthię portus. Pirçeus, ut Eustathius ait. nomē accepit ab eo q͂ est περαιοῦσθαι, factus est.n.ex insula continens. pirçeus ut in prouerbiis legimus insula prius erat: unde & nomen accepit ἀπὸ τοῦ διαπεράν q͂ in eam transiretur: cuius extrema Munychus detinens Munichiæ Dianæ sacellum erexit: in quo genitam ursam cum Athenienses interfecissent, fames eos inuasit: qua tunc demum eos liberatum iri prędixit Deus cum filiam quispiam deo sacrificasset: quod Embarus ea lege pollicitus si per totam uiam sacerdotium in familia sua permansisset, filiam exornatam immolauit. unde ἔμβαρός εἰμι in prouerbium cessit: quo in dementes atq; insanos uti consueuimus. Phalerum inquit Stephanus populus, & nauale atticę. dicitur & in plurali Phalera a Phalero Φαληρεῖς athenienses nominarunt. dicitur autem & populus & popularis phalereus & phaleræus. Est & ciuitas in opicis: in quam Parthenope ex sirenibus una eiecta est: quæ Neapolis appellatur. Est & alia Thessalię: quam Rhianus cum a scribit Phalaron dicens, & Phaleron. Deme. Porticus deinceps protenditur: in qua Arcesilaus Leosthenem cum liberis pinxit. nam cum esset grę corum dux, Lacedęmonas in bœotia, rursusq; extra Thermopylas superauit. Cnidii deorum maxime Venerem colunt: multaq; apud eos deę templa sunt: quorum uetustissimum ueneris est cognominie Doritidos. secundum Acreę recentissimum, Cnidię q͂plurimi autumāt. Sed Cnidii ipsi Euplœam nominant. Ad Munychiam alius est Atheniensium portus: & Munychiæ Dianę templum. Hiero. Munychia inquit Stephanus portus est Atticę a Munycho denominata: & Munychiæ Dianę fanum. Deme. Iuxta phaleri portum templum est cereris: & sciradós Palladis delubrum: pauloq; posterius Iouis. Arę deinde deorum: qui ἄγνωτοι appellantur: & Heroum, & filiorum Thesei, & Phaleri: quē Athenienses aiunt cum Iasone in Colchos nauigasse. Est & Androgei Minois filii ara Herois appellata. Colias promontorium

uiginti stadiis ab urbe distat: quo Medorum dissipatam classem maris quondã ęstus detulit. in eo est Veneris Coliados delubrum: & Genetyllides nominatę deæ: a quibus nihil mihi differre uidētur deę illę: quę a Phocaensibus in Ionia Gennaides appellantur. Hiero. Aristophanis interpres ait deã hoc cognomentum sortitam ab Attico quodam adolescente: qui a predonibus captus uenereo auxilio eorum manus euasit. nam piratarum principis uxor: siue, ut aliis placet, filia: eius amore capta uinculis solutum liberauit: quare a Colis hoc est membris uinculo solutis Coliada Venerem cognominauit: templumq; ei consecrauit. Alii uolunt Coliada locum fuisse, q; humanorum membrorum effigiem pręseferret: sic appellatum: ubi Venus colebatur. Nonnulli tradunt Ione sacrificante coruũ eam hostię partẽ: quæ cole dicitur, ab reptam in eo loco deposuisse: indeque nomen inditum. Genetyllis uero ut idem Aristophanis interpres testatur: nominata est Venus: quod genitură pręsit. Demetrius. Antiopes monimentum est Athenis: quę fuit Amazon Thesei amica: quam Molpadia sagitta interfecit. unde Molpadia a Theseo Occisa est: cuius etiam sepulchrum Athenis apparet. Conon Veneris fanum struxit post Lacedæmoniorum classem, apud Cnidon superatam. Duxit pręterea muros a Piræeo ad urbem: quos Medi demoliti sunt: nam quos postea Themistocles struxit. Triginta Lacedęmoniorum tyranni diruere. Menandri Diopithis filii tumulus est in uia: quę a piræo in urbem ducit: nec non & Euripidis cenotaphium. ipse enim in Macedonia sepultus est, cum ad Archelaum regem profectus esset. Versabantur enim cum regibus poetę. Nam Polycrates Sami Tyrannus habuit Anacreontem. Hiero Siracusarũ Aeschylũ: & Simonidem Dionysius Sicilię: Philoxenũ Antigonus Macedoniæ Antagorã rhodiũ: & Aratũ solensem Alcino⁹ corcyrę: Demodocũ Agamemnon apud uxorẽ reliqt poetã quẽdã. Homerus & Hesiodus cũ regibus propterea nõ sunt uersati: q; alter amaret ociũ

Homerus uero nominis sui apud multos existimationem q̄
regum pecunias pluris faceret. Ludo. Postq̄ in tot/ac tanto
rum poetarum mentionem incidimus, eos silentio preterire
nephas duximus. Itaq; pauca quædam de singulis, quo Pau-
sanias posuit ordine dicemus. Euripides patriam habuit Athe
nas: patrem Mnesarchum: siue Mnesarchidem. Matrem ue-
ro κλειτῶ non agrestia olera uenditantem: ut alii q̄plurimi
obiecerunt: & Theopompus affirmat: sed ut Philochorus cui
dentissime ostēdit, nobilissimo genere ortam. Natus est autē
quo die græci Persas: qui cum Xerse in Europam traiecerant,
in fugam uerterunt. Picturę primum operam nauauit: deinde
Prodico rhetori discipulus fuit: mox a Socrate moralem per
cepit philosophiam: postremo Anaxagorę Physico Clazo-
menio assiduam operam dedit: quem cum ob dogmata ab ip
so inducta periclitantem uidisset: iā duo de uiginti annos na
tus ad scribendum animum appulit. Philochorus refert: in in
sula Salamine speluncam esse tetram/& horridam: in qua Eu
ripides tragœdias scriptitauit. Erat autē fronte tetrica/ac tri-
sti: utpote qui nunquam rideret. Mulieres mirum in modum
exosus fuisse dicitur. est tamen φιλογύνησ ut Athenæus scri-
bit: appellatus. cum Sophocles φιλομείραξ diceretur. nā du
as uxores duxit: quarum cum priore Chærile nomine Mnesi
lochi filia, post Mnesilochum: & Mnesarchiden/atq; Euripi-
dem ex ea susceptos filios, diuortium fecit: alteram quoq; mi-
nime frugi expertus relictis Athenis in Macedoniam se ad
Archelaum regem contulit: ubi cum a rege summopere cole-
retur, Ariboei Macedōis: & Cratebatę Thessali poetarū ęmu
lantium insidiis interceptus est. nam cum rex familiarissime
Euripide uteretur, inuidia moti Lysimachum regios alentem
canes decem minis corruptum impulerunt, ut in Euripidem
a cœna regia noctu redeuntem canes immitteret: a quibus cru
deliter dilaniatus miserabilem obiit mortē. sunt qui literarum
monimētis mādarunt: nō a canibus: sed a mulieribus fuisse di
scerptum: cum intempestiue ad Craterum regium catami-

tum proficiſceretur:uel ut aliis placet, cum Nicodici Arethu
ſii uxorem appeteret:cuius mortem Archelaus ipſe tantope-
re doluit:ut non contentus q̄ cum honorificentiſſime ſepeli
uiſſet:crinem quoq; tonſus ſit:& moerorem : quē animo con
ceperat, uultu publicauerit. Quinq; ſupra ſeptuaginta uixiſſe
annos fertur.obiit nonageſima tertia olympiade.eius oſſa iuſ
ſu regis Pellam tranſlata ſunt:nec Athenienſibus ea per lega
tos petentibus tradita.dicere conſueuerat Euripides:ut Athe
nęus memorat, φαῦλον διαίτῃ προσβαλὼν ἔσθιε στόμα ὥσ-
τε ἀπὸ τῶν προσφορῶν τέρψιν περὶ τὸ στόμα μάλ-
λον γινομένην. preterea μέγα γὰρ ἀνθρώποις κακὸν ἡ γασ-
τήρ. Anacreonti Teio:ut Suidas ait, pàtrem adſcribunt Scy-
thinum alii Eumelum.nonnulli parthenium.quidam Ariſto
critum.Fuit autem poeta Lyricus.ſcripſit & Elegias:& Iam
bos Ionica dialecto.uixit quinquageſima ſecunda olympia-
de:quo tempore Polycrates ſamiis imperabat.Sunt qui uige
ſima quinta olympiade fuiſſe uelint:qua Cyrus : & Camby-
ſes:eiuſq; uita plurimum circa amores tam mulierum:q̄ pue-
rorum uerſata eſt.Bathillum adoleſcentem Samium ardēter
amauit:unde Horatius. Non aliter ſamio dicunt arſiſſe Ba-
thillo Anacreonta Teium.Scripſit & odas:& παροίνια μέ-
λη.& quę Anacreontea dicuntur. Anacreonti uitio datur in-
quit Athenaeus:q̄ temulentus fuerit, cum eius poemata uino
referta ſint.Ignorantibus multis:q̄ cum eēt in ſcribendo bo
nus/ac ſobrius:ebrietatem ſimulauerit:nulla neceſſitate cogē
te:quod ſenſit Ouidius cum dixit. Quid niſi cum multo uene
rem contemnere uino pręcepit Lyrici Teia muſa ſenis.a Teo
autem inſula ob Hiſtięi inſolentiam cum excidiſſet, Abdera
in Thracia ciuitatem habitauit.mortem obiit acinouuę paſſę
ſtrangulatus, ut in ſeptio naturalis hiſtoriæ Plinius teſtatur.
Aeſchylus genere Athenienſis Euphorionis filius, poeta Tra
gicus cū Cynęgero:atq; Amenia fratrib9 ſtrenue ſe in uariis
prœliis geſſit.quadrageſſima uixit olympiade:ut eius ait ſter
pres:qua & Pindar9 filios habuit Euphorionē & Bionē tragi

cos:scripsit elegias/ac tragœdias.octies/ac uigeties uictor ex titit.Personas ac calciamenta:quibus uterentur Tragœdi ad inuenit.Horatius.Persone/pallæq; repertor honestę.Aeschylus in Siciliam profectus casu testudinis occisus est octauum & quinquagesimum agens annum.Simonides Leoprepis filius ex Iulide Coa ciuitate oriundus Lyricus poeta Stesichoro posterior/a cantus dulcedine Melicertes appellatus est.is memoriæ artem/producta elementa/ac duplicia:nec non & lyræ tertium phthogon adinuenit.fuit autem sexta & quinquagesima olympiade.nonnulli sexagesimæ secundę cum adscripsere.nonum autem supra octuagesimum uixit annū.Scripsit q̄ plurima lingua Dorica.a Castore/& polluce tātopere dilectus est,ut eorum accitu tecti casu fuerit liberatus.Interrogatus Simonides,utrum potius eligendum diuitiæ ne,an sapientia.Ignoro inquit.Video.n.sapientes diuitum fores frequentare.Fuit & alter Cous Simonides superioris ex filia nepos:qui tribus libris genealogias conscripsit.Fuit & Simonides Magnes:ut Suidas ait Carminum scriptor:qui magni Antiochi res gestas scripsit:& alius Carystius:aut Eretriensis:qui gręcorum in Aulidem conuentum carmine complexus est.& quintus Amorginus Simonides ex amorgo insula de Cycladibus una oriundus Iambographus:cuius meminit Stephanus.hic primus ut nonnulli uolunt Iambos composuit.Philoxenus Cythereus a Lacedęmoniis captis Cytheris ab Agesilo quodam:& emptus:& educatus est:& Myrmex uocabatur.Eruditus est autem post agesyli mortem, cum eū Melanippides Lyricus cōparasset.scripsit dithyrambos quatuor ac uiginti.hunc ut Aristophanis interpres ait:cum in Sicilia apud Dores uersaretur:cū Galatea quadā Dionysii meretricula rem habuisse ferūt:qua re cognita eum in Latomias exterminauit.unde fugiens ad Cytherorum partes uenit:ubi opus Galateam composuit:in quo Cyclopem Galateæ amore Captum induxit. φιλοξένου γράμματιον inquit Suidas prouerbium est in eos:qui iis:quę rogantur minime ob-

temperant. Philoxenus .n. cum lapidicinas fugisset: in quas, ꝙ Dionysii tragoedias non probat: inciderat, ἐν πέτραις τῆς σικελίας uersabatur. Dionysio autem eum accersente: & ut ad se rediret per literas rogante, Philoxenus rescribere quidē non statuit: librum capiens in eo unicum .a. elementum sępius scripsit: hoc significans se exhortationem renuere: alii hoc pacto adagium scribunt Φιλοξένου λόγου τί τυχῶ. Aiūtq; Philoxenum solam, ου. negationē Dionysio rescripsisse. ἄπαγέ με εἰς τὰς λατομίας. adagium est ab eodem Philoxeno deriuatum in eos qui indigna pati non possunt. Ephesi autem uitam finiuit. Fuit & Philoxenus Alexandreus grammaticus: qui Romae professus est: & Philoxenus Leucadii nomē parasiti. De Antagora rhodio nihil adhuc memoratu dignū legimus. Aratus patrem habuit Athenodorum: matrem Lenodoram ex Solis Cilicię ciuitate oriūdus. quę ciuitas a Solone Linditi filio nomen accepit. Postea Pompei ciuitas dicta; Fuit autem Ptolemęi philadelphi temporibus. Dionysio Heracleotę operam dedit: cum Antigono Macedoniae rege familiarissime uersatus est. fratres habuit Myrim/Calondam: & Athenodorum: qui primus in Zoilum Homeromastiga scripsisse dicitur. floruit autem cum Alexandro Etolo: Callimacho/Menandro/& Phileta. scripsit opus Phenomena nominatum: quod & extat: & ubiq; legitur. Demodocus in Alcinoi pheacum regis conuiuio ab Homero inducitur: qui Veneris martisq; dolos & dulcia furta cecinit. De Homero satis diximus. Hesiodus cymęus cum adhuc esset adolescens a Dio patre: & Pycimede matre Ascrā boeotię ciuitatē deductus est. Eius poemata sunt Theogonia/opera & dies/clypeus/mulierum heroidum recensio. scripsit & Epicedium in Batrachum quendam a se dilectum: & de Dactylis idęis: multaq; preterea alia. ab Antipho & Crimeno hospicio susceptus ab iisdem imprudenter occisus est, Cum sororis adulterum se interficere arbitrarentur. Deme. Est non procul a portis tumulus militem equo adsistentem impositum habens Pra

xitelis opus.haud procul inde Cereris est fanũ:In quo statuæ
ipsa & filia:& facem preferẽs Bacchus Praxitelis opera. Ab
hoc templo non multum distat Neptunus eques hastam in
Polybotem gigantem emittens:in quem promontorii testu-
dinis fabulam Coi referunt.a portis ad Ceramicum porticus
ducuntur:ante quas uirorum fœminarũq; Illustrium ęneæ
sunt imagines.in porticuum altera cum deorum sunt sacella:
tum Mercurii gymnasium:& preterea Polytionis domus:in
qua preter ea.quę Eleusine fiunt, Atheniensium nobilissimos
sacra fecisse memorant. mea autem ętate Dionysio erat con
secrata.hunc autem Dionysium Melpomenon appellant:ea
dem ratione:qua Apollinem Musegeten.Ibidem & Palladis
Pœoniæ simulacrum:& Iouis/& memorię /& musarum:nec
non & Apollinis statua Eubulidæ opus/& Bacchantium Dę
mon nomine Acratos.huius os tantum est parieti insertum.
post Dionysii delubrum domicilium cum fictilibus statuis oc
currit:inter quas est Atheniensium rex Amphictyon, cum
alios deos:tũ uel maxime Bacchum conuiuio accipiens. Et
pegasus Eleutherensis:qui Atheniensibus deũ intulit. Actæ
us primus in Attica regnauit:quo uita defuncto Cecrops ge
ner imperium suscepit:cui tres fuere filię Ersę / Aglauros/&
Pandrosos: Mas uero unus Erysichton:qui patre adhuc uiuo
decessit.Cranaus igitur imperium suscepit:qui cum alias:tum
Atthida filiam habuit: a qua Attica regio nomen accepit.
Actæa prius cognominata. Cranao Amphictyon licet ge-
ner imperium abstulit:qui postea ab Erichthonio & coniura
tis interfectus est: quem Vulcani/ac terrę filium fuisse me-
morant.Locus autem qui Ceramicus dicitur, à Ceramo Dio
nysii & Ariadnes filio nomen sortitus est. Ioan. κερα-
μεικὸς. Locus est Athenis:ubi:qui in bello desiderati fuis-
sent, sepeliebantur: ut Menecles/ac Callistratus tradidere.
sunt autem:inquit Suidas, hinc & inde iis:qui publice sepulti
sunt, columnæ cũ inscriptiõe quo quis prelio occidisset, indicã
te.Est autẽ & populus Ceramicus. Ceramicus:ut Idem Sui

das ait:locus est in Attica editus:ubi Atheniẽses singulis annis Lampadis chori certamen celebrabant.duo autem erant Ceramici:unus intra:alter extra urbem:quorũ in altero meretrices uersabantur. Deme. Ad Ceramici dextram porticus extat cognomento regia.ubi rex sedet:qui annuum gerit magistratum,regnum appellatũ.In hac porticu statuæ sunt fictiles.Theseus Scironem in mare abiiciens: & Aurora Cephalum ferens,quem pulcherrimum ab Aurora & dilectum & raptum tradunt:natumq; ex utroq; phaetontem:quẽ ædituum constituerit.Hæc cum alii:tum Hesiodus carminibus in mulieres editis plane testatur.iuxta porticum stant Conõ/ & eius filius Timotheus/& cypriorum rex Euagoras:qui ut phœniciæ triremes Cononi ab Artaxerxe rege traderentur, effecit,quod sane ut Atheniensem:ex Salamineq; oriundũ de cuit:egit.Genus.n.suum in Teucrũ & Cinyræ filiam referebat.hic erectus ẽ & Iupiter Eleutherios nominatus: & imperator Adrianus:& a tergo porticus deorũ habens picturas:q duodecim appellantur.Theseus æquabilem Atheniensibus ciuitatis administrationem constituit/permansitq;:ut ferũt.popularis ab eo constitutus status,donec Pisistratus tyrannidẽ occupauit.Gryllus Xenophontis filius inter equites Atheniẽses contra Bœotios strenue se admodum gessit,ut Epaminũdas inter Thebanos. Hiero. Xenophonti sacrificanti nuncius quidã ex uaticinio filium eius Gryllum dixit decessisse. qua re audita,Xenophon coronã quidem deposuit:Sacrificiũ uero facere perseuerabat. Postea uero ꝙ uictorem occubuisse addidit nuncius,coronam iterum capiti imposuit. Deme.Euphranor Lacedæmoniorum atq; Atheniensium contra Bœotios pinxit bellum:& in templo Apollinem:quem patriũ uocant,cum eorum qui pro templo stant,alterum Leochares, Calamis alterum Alexicacon Cognominatum effinxerit. Ludoui. Aristophanis interpres ait.Athenienses patriũ Iouem/patriumq; Apollinem propterea cognominasse,ꝙ omnium primi eos in regionem exceperint: illisq; per singulas

tam curias q̃ populos/ac cognationes sacra fecerint. Alii uolunt Iouem quidem ab Atheniensibus tunc hoc cognomine insignitum, cum post eius in Arcadia: siue Creta educationē Athenis adstitisset: eorumq; parentibus apparuisset. Apollinem uero ut patrem honoratum/ac cultum, q Creusam Erechthei filiam uxorem duxisset, ex qua natus Ion. Deme. Alexicacos cognominatus est Apollo, q pestilentiam una cum Lacedæmoniorum bello Athenienses urgentem oraculo expulerit. Conditum est & matris deorum templum, quā Phidias effinxit, & haud procul quingentorum curia, qui annui Atheniensibus sunt consultores. Iouis ibidem βουλαίου situm est simulacrum, & Apollo Pisiæ artificium, & populus Lyconis opus. legum latores Protogenes Caunius pinxit. Ephialtes Trachinius Medis ostendit tramitem ad Thermopylas, quo inuitis græcis: qui Thermopylarum angustias occupauerant, in græciam transgressi sunt. Eodem & Galli tum κελτοὶ, tum γαλάται nuncupati transierunt, cum superatis iā Illyricis: Macedoniaq;: ac Thessalia ad Thermopylas peruenissent. Ibi Athenienses duce Callippo se strenue gesserunt, cum a Gallis circumuenti utrinq; pugnarent. Galli autem urbibus: quæ intra Thermopylas erant, neglectis, Delphos: Apollinisq; Thesauros diripere conabantur, quibus Delphi & qui circa Parnassum oppida incolunt, Phocenses: Aetolorumq; manus se se opposuere. ibi fulmina in Gallos/& Parnassi auulsæ rupes ferebantur. Viri preterea armati horrorem barbaris incussere, inter quos Hyperochum/& Amadocum ex hyperboreis uenisse: Tertium pyrrhum fuisse Achillis filium autumant, cuius subsidii causa Delphi deinceps parentare Pyrrho instituerunt, Cum antea eius tumulū perinde atq; hostilis uiri nullo afficerent honore . Ancyram urbem Midas Gordię filius condidit. Anchora uero: quam Midas reperit, ætate quoq; mea in Iouis erat fano, & qui Midæ fons cognominatur. hunc uino miscuisse Midam ferunt, cum silenū capere conaretur. Ioan. Ancyra inquit Stephanus. Galatiæ

ciuitas.alii Phrygię ipsam attribuunt.uidetur autē esse phrygię, eo φ utriusq; sit. Galatarum enim existens magnæ est phrygię finitima.ex Celtica enim Galatę, ut in duodecimo inquit Strabo, in his locis errantes:& in tres distincti partes in totidem partes regionem partiti sunt. Apollonius uero in Caricorum decimo septimo scribit Mithridatem:& Arobarzanem καὶ λυδὰς Galatis auxiliatos usq; ad mare ęgyptios a Ptolemęo missos expulisse:& cum nauium ipsorum Anchoras cepissent, & in uictoriæ mercedem regionem ad habitandum, eam condidisse:sicq; appellasse. Tres autem condiderunt ciuitates Ancyrã, ab iis quas in bello adepti sunt anchoris:alteram a Pessinunte duce appellatam. Tertiam Tauiam ab altero duce. Ancyrion uero Italię ciuitas/ac Ancyron Aegypti, ut in tertio decimo ægyptiacorum Alexãder ait, φ ex proximis lapidicinis lapides ad anchoras exciderent. Dem. Pergameni aiunt se ab Arcadibus oriundos. transisse autem in Asiam una cum Telepho. ἐπώνυμοι Heroum statuæ appellantur, qui Atheniensium tribubus nomina indiderunt. Erant autem in Tholo iuxta quingentorum curiam:quorum nomina Hippothoon Neptuni/& Alopes gnatę Cercyonis filius. Antiochus Hercule genitus ex Meda Phylantis filia. Aiax Telamonius:Leo Atheniensis:qui filias ob publicam salutem ex oraculo dedisse dicitur/Erechtheus qui Eleusiniis prælio superatis Immaradum eorum ducem Eumolpi filium interfecit/Ageus/Oeneus Pandionis ex adulterio filius/Acamas Thesei/Cecrops/Pandiõ:Postea Attalus quoq; Mysus & Ptolemęus ęgyptius / & ætate mea imperator Adrianus Atheniensium tribubus nomina imposuerunt. Pandion potentię gratia cum Thrace affinitatem coniunxerat:sed Tereus Procnes coniũx preter græcorum leges philomelæ uicium intulit:& puellæ corp9 usq; adeo excruciauit, ut mulieres ad sui supplicium compulerit. Ptolemęum Macedones philippi Amyntę:uerbo autem Lagi filium fuisse opinantur. Nã matrem uterum ferentem a Philippo lago uxorem datã tradunt

reuocatumq; post cladem ad Lamiam acceptam rursus expulerunt. quare epoto ueneno in Calauria diem suum obiit. Ludoui. Lamia inquit Stephanus mons est Arcadiæ cuius gentile lameates dicitur. Deme. Post Demosthenis imaginem Martis extat sacellũ: in quo duo sũt Veneris simulacra: unũ itẽ Martis. qđ exculpsit. Alcamenes, alterum Palladis a uiro Pario nomine locro factum. Est ibidem & Enyus statua filiorum Praxitelis opus. Ioan. Enyo bellatrix dea inquit Suidas. sunt qui uelint martis esse uxorẽ. Lycophronis interpres ait Enyo Iunonis esse epitheton: & alibi Pephrido & Enyo Gorgonum esse sorores dicit: ponitur & pro furore siue clamore belli. Martialis. Nec te decipiat ratibus naualis enyo. Deme. Circa Martis templum Herculis uisitur: Theseusq; & uitta comam uinctus Apollo/& Cęades: qui Atheniensibus leges scripsisse memoratur: & Pindarus: qui in Atheniensium Laudem hymno composito statuam emeruit. haud inde procul stant Harmodius atq; Aristogiton. qui Hipparchum interfecerunt, Critiæ opus. Nam antiquiores Antenor quos a Xerxe post captas Athenas oblatos Antiochus remisit. Hiero. Hipparchus: ut Plato ait, Pisistrati filiorũ natu maior ac Sapientior cum alia q̃ plurima & pręclara sapientiæ opera edidit: tũ Homeri libros primus Athenas inuexit: coegitq; poetas carminum cantores apud Athenienses per ordinem referre. Anacreonta Teium missa naui quinquaginta remorum in urbem accersiuit. Simonidem praeterea chiũ apud se semper habuit: amplisq; cum muneribus exornauit. Is cum ciues abunde instituisset/atq; eius omnes sapientiam admirarentur: ad agricolas/ac peregrinos erudiendos animum conuertit: atq; ideo columnas: siue quadratos lapides in singulis urbis triuiis erexit: quibus inscribebantur praecepta. sed in uia stiriaca inscriptum id erat monimentum: ne amicum decipias. Hipparchi autem mortis causam fuisse tradunt non eam quæ uulgo fertur sororis scilicet Canephorę contemptũ: sed Harmodium amatum: eruditumq; ab Aristogitone fuisse tra

dunt.contigisse.n.ut Harmodius nobilem quẽdam:cuius no
men non satis. teneo, amaret : qui primum Harmodium &
Aristogitonem ueluti sapientes admirabatur.Deinde uero fa
miliaris factus Hipparcho contemnere illos cępit.quo illi in
dignati Hipparcum intēremerunt. Deme. Ante ingressum
Theatri:quod ᾠδεῖον appellant Aegyptiorum regum sunt
statuę:qui oẽs Ptolemęi nuncupantur.sed aliũ preterea philo
matora per antiphrasim, ꝙ matri fuerit odio appellant.alium
philadelphum.filiũ lagi Rhodii sotera cognominarunt.Cleo
patra Ptolemæi mater.quem philomatora ridiculi causa ob
matris odium appellarunt, Alexandrum natu minorẽ ut ma
gis obsequentem ad regiam euexit diguitatem:qui mox cum
matrem occidisset:ab Aegyptiis est expulsus: Ptolemęo ue-
ro regnum est traditum. Lysimachus uir Macedo Alexan-
dri magni doryphorus post Leonem:cum quo in eadem fue-
rat inclusus cauea interfectum:tanti apud Alexandrum sem-
per fuit:ut defuncto rege Thracibus imperauerit.huic statuã
Athenienses:nec non & Philippo:eiusq; filio Alexandro ma
gno in eorum assentationem erexere.Agathocles Lysimachi
filius a Getis captus est:quorum dux erat Dromichætes:qui
postea Lysimachi filiam uxorem duxit.at Agathocles Ly-
sandram Ptolemęi lagi filiam & Eurydices genitam uxorem
duxit.Lysimachus chardianorum urbe deleta, pro ea Lysima
chiam in Isthmo Thraciæ Cherrhonesi condidit. Ludo. Lysi
machia:iquit Stephanus/Ciuitas Thracię cherrhonesus.quę
prius Cardia dicebatur.Est & Aetolię ciuitas. Deme. Lysi-
machus uxorem duxit Arsinoen Lysandræ uxoris filii sororẽ:
que Agathoclem concedẽte patre sustulit.Lysandra Agatho
clis uxor in Babyloniam una cum liberis ad Seleucum confu
git:quo & Alexander ex Idenade muliere Lysimachi natus
sese receperat . Philęrus autẽ Lysimechi questor Agathoclis:
cędem ęgre ferens Pergamum:quę est supra Caicum occu-
pauit:pecuniasq; regias/& se ipsum Seleuco dedit : cum quo
Lysimachus bellum gerens superatus decessit.Pyrrhus Achi

lis filius ex Heleni oraculo post captam Troiam Thessalia
contempta Epirum tenuit: cui ex Hermione quidem nullus
filius: ex Andromache uero tres fuere/Molossus/Pielus / &
Pergamus. Decedens autem Pyrrhus Heleno imperium: An
dromachenq; reliquit: ex qua Helenus Cestrinum filium su-
scepit. Heleo successit Molossus pyrrhi filius. Cestrinus Epi
rotis quibusdam se se ultro ei addentibus regionē trans Thia
min fluuium sortitus ē. Pergamus in Asiam traiecit. Arcũq;
in Teuthrania imperantem singulari certamine interfecit: &
a se ciuitati nomen imposuit. Pielus in Epiro substitit. Alexã
der magnus ex Europae regibus primus elephantes Poro/In
disq; subactis possedit. Post Alexandrum cum alii permulti,
tum maxime Antigonus plurimos habuit. Pyrrhus ex prelio
in Demetrium captiuos cepit Elephantes: quos in Italiã ue-
xit: ostenditq; primum romanis. Ioan. hinc est q; in Octa-
uo plinius ait. Elephantes Italia primũ uidit Pyrrhi regis bel
lo: & boues Lucas appellauit, In Lucanis uisos anno urbis
quadringentesimo septuagesimo secundo. Deme. Is supera-
to Antigonio Galatisq; auxiliaribus Celtarum arma in Itō-
nię Palladis templo inter Larissam & pheras hoc epigrãma-
te dicauit. Τοὺς θυρεοὺς ὁ μολοσσὸς ἰτωνίδι δῶρον ἀθάνα
πύρρος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασε γαλατᾶν πάντα τὸν ἀν
τιγόνου καθελὼν στρατόν οὐ μέγα θαῦμα, αἰχμηταὶ καὶ
νῦν καὶ πάρος αἰακίδαι. posuit & in templo Iouis Dodo-
nei Macedonum clypeos cum hoc Epigrãmate. αἵδε ποτ' ἀ
σίδα γαῖαν ἐπόρθησαν πολύχρυσον, αἵδε καὶ ἕλλασι δου
λοσύναν ἔπορον. νῦν δὲ διὸς ναῦ ποτὶ κίονας ὀρφανὰ
κεῖται, τᾶς μεγαλαυχήτου σκῦλα μακεδονίας. Pausa-
niae ad Plataeam graecorum ducis filius fuit Plistoanax. huic
Pausanias: cui Cleombrotus: qui contra Epaminundam: &
Thebanos pugnando in leuctriis occubuit. Cleombroto duo
fuere filii, Agesipolis/& Cleomenes. huic Acrotatus/& Cleo
nymus. Acrotatum pater adhuc uiuens amisit. Cleomene de-
inceps mortuo inter Cleonymum & Areum Acrotati filium

orta est de regno contentio: quare Cleonymus Pyrrhum in fines adduxit. Hiero. Postq̃ in Pyrrhi rursus incidisti mentionem, uelim abs te q̃ libenter audire: utrum quo pacto hic Pyrrhus qui Tarentinorum auspiciis in romanos exercitum traduxit: fuerit interfectus, Pausanias scriptum reliquerit. Dem. Est profecto a Pausania literarum monimentis mandatum q̃ misere Pyrrhus occisus sit: Idq; tunc eram aggressurus, cum me ista tua percunctatione interpellasti. quare audiatis iam quid super hac re dicat Pausanias. Cum Argis in Laconiam Antigonus exercitum esset ducturus, Pyrrhus occurrit: uictoriaq; potitus una cum fugiētibus hostibus in urbem irrupit. Ibi autem ut par fuit, soluta ac dilapsa est acies. quo factū est ut cum alii ad templa/ac domos: alii ad angiportus: alii alibi per urbem pugnarent, solus relictus sit: & Caput tegula uulneratus. sunt qui uelint a muliere fuisse interfectū. Argiui non mulierem sed cererem sumpta muliebri specie Pyrrhum occidisse cōtendunt. Hęc de Pyrrhi cæde referunt Argiui: & Leuceas qui gentis instituta exponit, eadē carmine complexus est. Argiuis pręterea est Cereris templū ex oraculo: ubi Pyrrhus iuteriit: in quo etiam sepultus est. Porro atheuis ... ingredientibus Dionysius spectatu dignus occurrit: & proxime fons Eneacrunos a pisistrato cōstitutus. Ibi Cereris quoq; ac Proserpinæ est ædes: in qua Triptolemi statua spectatur. Argiui cum Atheniensibus de uetustate certarūt: ut cū phrygibus Aegyptii. Argiui aiunt pelasgum Cererem argos profectam hospitio suscepisse: Ibiq; eam a Chrysantide: quæ id nouerat, Proserpinę raptum edoctam fuisse. Deinde Trochilum sacerdotem ob Agenoris odium Argis in Atticam fugisse: ductaq; uxore ex Eleusine Eubuleum: Triptolemumq; liberos suscepisse. Athenienses Triptolemum Celei filium primum mitiores fructus coluisse contendunt. Musęus, si hęc quoq; Musei credenda sunt, Triptolemum oceano terraq; genitum suis cecinit carminibus. Orphei quoq; uersibus uulgatum est, Eubuleo/ac Triptolemo patrem fuisse Dysaulē: sed

hi uersus ab Orpheo mihi minime scripti uidentur. Choeri-
lus atheniēsis Drama Alopen composuit: in quo ait Cercyo
nem/ac Triptolemum fratres ex Amphictyonis filia editos:
quorum alterum Rharo/Cercyonem Neptuno peperit. iuxta
cereris fanum bos est æneus: & Epimenides Cnosius sedēs:
qui in agrum profectus/ac speluncam ingressus somno se tra
didit: nec ante quadragesimum est experrectus annum: a quo
tempore & carmina composuit: & cum alias ciuitates: tum
Athenas lustrauit. Thales Gortina oriundus Lacedęmoniis
morbum sedauit. Erat & εὐκλείας templum: & hoc a Medis
donarium. supra Ceramicum: & porticum regiam appellatā
templum est Vulcāi cum Palladis simulacro: cui glauci sunt
oculi iuxta pœnorum fabulam: qui Palladem ex Tritonidē
palude/& Neptuno genitam tradunt: Proptereaq; glaucos il
li esse oculos ut Neptuno. Ludo. Glaucopis dicta Pallas: ut
siculus ait Diodorus, q; aer: quem palladā nominarunt, glau
ci sit aspectus: non q; habeat oculos glaucos. Deinc, Vene
ris Vraniæ haud inde procul est fanum: quam primi hominū
Assyrii colere instituerunt: Deinde Paphii: & ex Phœnicibus
in Palestina Ascalonem incolentes: a phœnicibus Cytherei
edocti eadem sacra susceperunt: quę Aegeus Athenis costitu-
it. Athmonum uero populus est Atticus: qui Porphyrionia
Acteo etiam prius regnasse: uraniæq; templum: quod apud
se est, statuisse memorat. Ioan. Athmonum neutro genere,
ut Stephanus ait, populus est Cecropidis tribus. gentile At-
hmoneus. Ascalon pręterea: ut idem author est Stephanus:
Syriæ est ciuitas ad Iudeam. Xanthus in lydiacorum quarto
ait. Tantalum/atq; Ascalum Hymenei filios fuisse: Ascalum
autem ab Aciamo Lydorum rege exercitus imperatorem de
lectum expeditionem in Syriam fecisse: Ibiq; uirginis amore
captum ciuitatem condidisse/& a suo nomine Ascalonem co
gnominasse. eadem & Nicolaus in quarta tradit historia. di-
citur & Ascalonum ciuitas ipsa: ut idem ait Stephanus. gen-
tile Ascalonites/& Ascalonius ut Xanthus Lydius ait/&

Aſcalonis fœmininũ. Multi Illuſtres uiri ex hac ciuitate oriũ
di ſunt, ut philoſophi/Antiochus cynicus/Soſus/Antibius/
& Eubius ſtoici pręſtãtiſſimi. Grammatici, Ptolemæus Ari
ſtarcho cognitus/& Dorotheus. Hiſtorici/Apolloni9/& Ar
temidorus: qui de Bithynia ſcripſit. Deme. Mercurius æne
us ἀγοραῖον nuncupatus obuius fit euntibus ad porticũ a pi-
cturarum uarietate poecilem nuncupatam. habet. n. Atheniẽ
ſes aduerſus Lacedæmonios in Oenoe argiuorum loco in-
ſtructos/& Amazones contra Theſeum/atq; athenienſes pu
gnantes: nec non & Troię captiuitatem/Marathoniũq; bel-
lum/& multa preterea alia. Marathon campus in Attica a
Marathone heroe ſic appellatus. Ludo. Marathon: inquit
Stephanus: populus eſt Leontidis tribus: at Marathos Acar
naniæ ciuitas. Marathonia uero Thracię. Marathuſſa inſula
ad Clazomenas. Deme. Seleucus cum Alexandro: ex Ma
cedonia diſceſſurus Pellę ſacra Ioui fecit: ĩ quo ſacrificio ligna
aris impoſita ultro ad ſimulacrum adrepſere: nulloq; admoto
igne conflagrarunt. Ioan. Pella, inquit Stephanus ciuitas
macedoniæ/Theſſalię/Acaię/Caue Syrię: quę & Butis di-
citur. quę uero eſt in Macedonia Bunomos prius dicebatur:
& Bunomea. nomen autem accepit a Pella Conditore. Ciuis
Pellęus dicitur. gentile Pelleni. Eſt & Pella Aethiopiæ mons
At Pele, ut Idem author eſt Stephanus, Theſſalica eſt ciui-
tas duplex. una quidem ſub Eurypylo: altera uero ſub Achil-
le. Deme. Poſt Alexandri mortem cum Seleucus Antigo
ni opes uereretur, ad Ptolemæum Lagi filium confugit: mox
Babylonem reuerſus Antigoni exercitum ſuperauit/ipſum in
terfecit: nec multo poſt Demetrium Antigoni filium capti-
uum duxit. Lyſimachi opes contudit. Antiocho filio Aſiæ im
perium reliquit. Sed cum ipſe in Macedoniam properaret iu-
xta Lyſimachiam a Ptolemęo interfectus eſt. Is ꝙ manu prõ
ptus eſſet κεραυνός appellatus eſt. Itaq; Macedonum impe
rium obtinuit. uerum cum a Galatis ipſe mox fuiſſet occiſus,
Antigonus Demetrii filius imperium ſuſcepit. ἡλίου βωμὸς

est in Atheniensium foro, quam ad humanarum rerum muta tiones quammaxime conferre arbitrantes Græcorum soli ue nerantur. Est Atheniensibus & αἰδοῦς ara, nec non & φήμης. & ὁρμῆς. Gymnasium est Athenis Ptolemæum a conditoris nomine appellatum: in quo spectatu digni lapides ui suntur, Mercurii/& æneum Ptolemæi simulacrum/& Libycus Iobas/& Chrysippus solenensis. Non procul a Gymnasio Thesei erectum est sacellum, Theseus ut Minoi cretensiū regi id credere nolenti se a Neptuno genitum persuaderet: τὴν σφραγῖδα: cui, cum ipse: tum corona aurea Amphitrites donum insculpta erant in mare abiecisse dicitur: moxq; ipsam e mari emersisse. In Thesprotide Iouis est ædes. in Dodona/& eidem sacra phagus. HIER. Dodona ciuitas Molossidis in Epiro, inquit Stephanus: post quam Dodonæus Iupiter. Dodonæum autem Cæneū dicebant. At Zenodotus Gonæos scribit. quoniam in Dodona primum phagus uaticinabatur. sunt qui scribant Bodonæ. ciuitatem enim esse Bodonon: ubi colitur. Dicta est autem Dodona a Dodone nympha oceanitide: uel a Dodono Iouis & Europes filio: uel a Dono fluuio. dicitur & Dodon. Est & prouerbium Δωδωναῖον χαλκεῖον, quo in loquaces utimur: uel q; aheneum flagello percussum sonitum edat: uel uentorum ui resonet. DEM. In Thesprotide iuxta Cichyrum palus est Acherusia/& fluuius Acheron. ibi & Cocytus labitur: aqua insuauissima. Homerus mihi Videtur hæc spectasse: atque hinc inferis fluminibus nomina imposuisse. Est Athenis Castoris/ac Pallucis templum uetustissimum: Supra quod & Aglauri lucus. Aglauro enim & sororibus Hersæ & Pandroso commisisse dicitur Pallas Erichthonium in arca inclusum, addito interdicto, ne Depositum inspicerent: Et solam quidem Pandrosum in officio perstitisse: reliquas uero duas arcam resignasse: Erichthoniumque spectasse memorant. Quare furore correptæ se se ex arce precipites de

precipites dedere. Medi Acropolim ingressi omnes eos Athenienses interfecerunt: q Apollinis oraculum se Temisthocle melius interpretari existimantes arcem lignis/ac uallis muniuerant. LVD. Athenienses, ut Aristophanis interpres ait, ab Apolline responsum acceperant, ut se aduersus Medos mœnibus ligneis tutarentur: quod cum Atheniensium quam plurimi fecissent: seq; in arce munimentis circumsepsissent, ad unum omnes a Medis interempti. At Themistocles: qui prudentius Oraculum interpretatus nauibus contra hostes utendum censuit, nauali prœlio persas superauit. Ipsius autem oraculi uerba apud Aristophanis interpretẽ inuenies. DEM. Theseus a Thesprotorum rege: in quem eius uxorem rapturus expeditionem fecerat, una cum Pirithoo & captus/& in uincula coniectus est/& in Cichyro aliquandiu detentus: sed cum ad Deucalionem in Cretam mitteretur, In Scyron insulam tempestatis ui delatus/& a Scyriis honorificentissime susceptus est. quo circa est a Lycomede interemptus: cuius ossa Cymon Miltiadę filius, cum Scyrios euertisset, Athenas transtulit. IOAN. Plutarchus in ipsius Thesei uita longe secus hanc de Theseo/ac Pirithoo historiam enarrat. Nam Aidoneus inquit Molossorum Rex uxorem Cererem/filiam Proserpinam appellauit: edixitq; fore ut qui canem: quem Cerberum nominabat, superasset, filiam acciperet. Pirithous Theseum rogauit, ut ipse quoq; secum in Epirum ad rapiendam Proserpinã ueniret: quo cũ accessissent: Aidoneusq; non ut procos: sed ut raptores eos cognouisset, e uestigio comprehendi iussit: statimq; Pirithoum per canem tollendum cu rauit: Theseum uero in Carcerem coniecit: qui postea Herculis Aidonei hospitis precibus liberatus Athenas reuersus est: Templaque omnia sibi dedicata preter quatuor Herculi destinauit: & pro Theseis Herculea nuncupauit, ut Philochorus scribit. Cur aũt a Lycomede fuerit interfectus, Philostratus in Heroicis scribit. Ait. n. Theseũ post imprecationem in

Hippolytum filium Athenis exulantem in Scyro insula a Lycomede propterea occisum. ꝗ ei imperium auferre conatus esset. DEM. Prytaneum est iuxta arcem: in quo Solonis leges scriptæ sunt: Pacisq; ac Vestę simulacra. hinc descendentibus Sarapidis ędes occurrit: quem deum Athenienses a Ptolomæo accepere. HIER. Osiris inquit Diodorus, tum Sarapis dicitur: tum Dionysius: tum Pluto: tum Ammon: tum Iupiter. alii Pana eundem uocant. Multi existimant Sarapin esse: quem gręci Plutonem putant. Archemachus Euboensis ait. Non enim alium Sarapin esse dicūt: q̄ Plutonem. Isidem uero eandem esse uolunt: quę & Proserpina: cui & Ponticus Heraclitus adstipulatur: qui oraculum quoq; Canobi existēs Plutonis esse arbitratur. DEM. Haud procul inde Ilithyię est templum: quam ex hyperboreis ad Latonam parturientem in Delum uenisse fama est. Cretenses: qui Cnosium agrū incolunt, in Anniso Ilithyiam esse genitam/ac Iunonis filiā arbitrantur. apud solos Athenienses institutum est, ut Ilithyię simulacra ad imos tegantur pedes: quorum duo, & eē Cretensia: & a Phędra fuisse dicata mulieres autumant. Vetustissimum uero Erisichthonem ex Delo attulisse. LVD.. Homerus in Apollinis hymno ait. Rheam/Dionen/Themidē/ & Amphitriten/aliasq; deas: quæ Latonę parturienti aderāt Irim ad Ilithyiam in extremo Cœlo Iunonis consilio aureis nubibus circunseptam misisse: quæ eam/& seorsum a Iunone allocuta est: & ad Latonam adduxit parturientem. Ilithyię, inquit Suidas, deę quarum sub tutela sunt parturientes. Ilithyiæ interdum & pro doloribus metonymice ponuntur: ut Mars pro ferro. DEM. Isocratis statua imposita est columnę: qui cum octo supra nonaginta uixisset annos, nunquam tamen quin discipulos doceret, intermisit. Nuncio aūt pugnę in Cheronia allato, tāto est affectus dolore, ut sponte mortē obierit. IO. Postq̄ Isocrates iter prios græcię oratores adnumeratur, placuit pauca q̄dā de ei⁹ uita strictī pcurrere. Natus

est Isocrates octuagesima sexta olympiade Lysimacho Athenis imperante. habuit autem patrem Theodorum ἀυλοποιὸν quidem: sed a quo adeo ingenue/ac liberaliter educatus est, ut adhuc puer Atheniensium nullo inferius erudiretur. Dedit autem operam præceptoribus Prodico Cio / Gorgiæ Leontino/Tisię siracusano/Therameni rhetori Atheniensi: sub quibus ingenii docilitate tantum profecit, ut breui & summus philosophus: & maximus euaserit orator. Erat enim in diuerso dicendi genere, ut Quintilianus testatur, nitidus & comptus: & palestræ, quam pugnę magis accomodatus, omnes dicendi Veneres sectatus est. inuentione facilis/honesti studiosus/in compositione adeo diligens, ut eius cura reprehēdatur. Verborum delectum/& eorum modulatam dispositionem: quęq; hęc complectantur Schemata: quę tria plurimum grauitatis orationi, ut Theophrasto placuit, addere consueuerunt, supra quam dici posset assecutus est. abstinuit autem a forensibus causis/reiq; publicæ administratione cum uocis infirmitate, tum uel maxime ingenuo quodam rubore: artificiosam tamen eloquentiam, quam rhetoricam uocant, tanta nominis sui celebritate docuit, ut Aristoteles uir summo ingenio/scientię copia, eius gloria motus dicere etiam ceperit: Adolescentes docere/& prudentiam cum eloquentia iungere. octo & nonaginta uixit annis tanto & animi/& corporis uigore, ut duos iam & octuaginta natus annos τὸν περὶ Τῆς ἀντιδόσεως λόγον conscripserit: nec unquam discipulos habere desierit. duas supra triginta composuit orationes, ut Suidas testatur. Sunt tamen qui Isocratem septuaginta conscripsisse orationes contendant, ut Isęus ducentas, Hyperides centū/ac septuaginta. Antipho qnquaginta. Dinarchus quadringētas. Lysias nonagita. Lycurgus octo. Antocides quattuor supra quadragita. Aeschines tres. Demosthenes unā & septuaginta cōposuisse/atq; edidisse memorāt. Isocrates dicere cōsueuerat eū pessimū esse īperatorē: qui sibi ipsi īperare haud

quaquam posset. interrogatus quandoq; cur alios dicendi artem edocens ipse taceret, & cos inquit minime incidit, eusem tamen acutissimum reddit. Vnde Oratius noster. ergo fungar uice cotis acutum:reddere quę ferrum ualet exsors ipsa secandi. Isocrates cum laboris studiosissimum iuuenē uidisset, pulcherrimum inquit senectę condis obsonium. a Carcone autem loquaci sibi operam daturo duplicem petiit mercedē: cui causam percunctanti respondit, unam quidem ut dicere: alteram uero ut tacere percipias. interrogatus a quodam quare laboriosi a desidentibus differrent: ut pii ab impiis bona inquit spe. Demetrius. Adrianus Atheniensibus Iunonis, ac Iouis πανελληνίου templum condidit: omnibusq; diis ędē communem, centum ac uiginti marmoris phrygii columnis insignem. Est Athenis & Gymnasium Adriani. Epigramma est ad Venerem cælestem: quo ipsam parcarum esse uetustissimam indicatur. est & in hortis Veneris simulacrum Alcamenis opus. Cynosarges templum est Herculis. Quæ aūt ad canem albam spectant, iis nosse licet, qui oraculum relegere. Ibi arę sunt Herculis, & Hebes: quam Iouis filiam Herculis esse uxorem arbitrantur. Est & Alcmenes ara, & Iolai. Hierony. Cynosarges, ut Suidas ait, locus erat Athenis huiusmodi de causa Herculi consecratus. Dydimus Atheniensis ad focum immolabat: cuius arreptam hostiam candidus canis: qui ibi aderat in quendam asportauit locum: cuius rei causa cum maximo esset affectus terrore, respondit Deus, oportere ut Herculis aram eo loco erigeret: ubi uictimam canis deposuerat. quo factum est, ut Cynosarges appellaretur: ubi nothi, quiq; tam ex patre q̄ ex matre minime ciues essent, se propterea exercebant, q. Hercules quoq; nothus habitus fuerit. Plato tamen ait a Cynosargo quodam locum ipsum nomen accepisse: indeq; adagium Declinatum Ἴθι εἰς κυνόσαργες: quo in ifames, atq; ignobiles uti cōsueuimus. Dem. Lycium a Lycio Pandionis filio nomen assecutū est: Apollini sacrū: unde & ipse Lycius appellatus est. Fama est & Ter

meleas a Lycio ipso:qui Aegeum fugiens ad eos concesserat Lycios appellatos. Ludoui. Termera inquit Stephanus, ciuitas Lycię a Termero sic dicta.ciuis Termereus. Herodotus autem Termilas eos in primo nuncupat:& a Lyco Aegei fratre nomen sortitos memorat.oraculum tamen de ipsis editũ Termeleas ipsos appellat. Deme. Nisi Megarensium regis tumulus post Lycium uisitur:quem a Minoe interfectũ Athenienses ibi sepeliuere. huic crines fuisse in capite purpureos: quibus ipsius fatum contineretur memoriæ proditũ est:quos ab eius filia Minois amore capta abscisos memorant. Ilissus fluuius est Atheniensium iuxta quem Orithyiam ludentẽ a Borea fuisse raptam tradunt.ad hunc fluuium Ilissiadum musarum extat.ara In Ilissum delabitur Eridanus Celtico eridano cognominis. Ostenditur & locus:in quo Codrum Atheniensium Melanthii filium Peloponessii occiderunt. Ioan. Pausanias in Platonis phędro cum Socrate loquens ait. non ne hic olim fertur boreas ab Ilisso fluuio Orithyiam rapuisse? Socra. Nequaq̃:sed paulo inferius ad duo uel tria stadia:ubi Dianæ templum offendimus:atq; ibidem ara quędam ẽ Boreę. Pausa. Dic per Iouem Socrates. putas ne hanc fabulam ueram fuisse? Socr. Si ut sapiẽtes putarẽ, absurdus non essem. deinde rem commentans uentum Boreæ dicerem proximis e petris cum Pharmacia ludentem Orithyiam deiecisse:atq; ita mortuam raptã hinc a Borea fingi:uel ex Ariopago. Est enim & alia fama non ex hoc loco:sed ex illo raptam fuisse. Chęrilus ait eam iuxta Cephissi flu fontem flores colligentem a Borea raptam. Heragoras in Megaricis Boream inqt a quo rapta est Orithyia Strymonis fuisse filium nõ uentũ. Erat autem Orithyia Erechthei filia:ex qua Boreas Zeten: & Calain filios suscepit, ut in naumachia Simonides testatur: πρεσβύτερον κόδρου adagiũ ẽ in ualde antiquos, quod a Codro Atheniensium rege deductum est. Deme. Ilissum transeũtibus ager cognominatus Agrę occurrit:in quo Dianę ἀγροτέρας cognomine erectũ est templũ. hic deã uenatio

nem primum exercuisse tradunt: cuius rei causa simulacrum eius arcum tenet Satyrus: quo Praxitelem maxime gloriatũ ferunt, est in loco Tripodes appellato. cum Phryne Praxitelis amica ab eo quandoq; petiisset, ut quod pulcherrimũ haberet opus sibi elargiretur, pollicitũ se quidem ut pote amatorem daturũ tradunt: indicare autem noluisse quod pulcherrimum iudicaret. Phrynes itaq; seruus accurrens Praxiteli nũtiauit, ignem in eius officinam incidisse: & magnã operũ partem conflagrasse: nondum tamen omnia incendio absumpta. qua re cõmotus Praxiteles extra fores se se proripiens, nihil sibi omnino relictum dicebat, si Satyrum, ac Cupidinem flamma corripuisset. at Phryne manere cũ: bonoq; esse animo iussit. nihil .n. quod doleret accidisse. hac itaq; arte captus Praxiteles quę suorum essent operum pulcherrima fassus est. quare Phryne Cupidinem delegit. In Dionysii templo pictũ est quo pacto Bacchus Vulcanum in Coelum duxerit. Aiunt .n. Iunonem in Lucẽ editum Vulcanum de Cęlo deiecisse: Cuius iniuriæ haud quaq̃ immemor Vulcanus sellam aureã uincula: quę cerni non poterant habentẽ Iunoni dono misit: sed Dionysius: cui Vulcanus potissimum credebat, ebrium factũ in Coelum duxit. Aristion uir fuit Atheniensis: quo Mithridates utebatur legato ad græcas ciuitates. Archela9 & Taxilus Mithridatis imperatores. Sylla Athenienses ac Mithridatem superauit. Pherecides Syrius quo Sylla morbo uitam finiuit. tunc Lacedemonii Atticam inuasisse dicuntur, cum Sophocles a uita decessit: quorum duci per quietem obuersatũ Bacchum iussisse ferunt, ut nouam Sirenem omnibus his honoribus prosequeretur: qui defunctis decerni solent. Cum interea sibi & Sophoclem, & Sophoclis poesim cernere uideretur. unde institutum est ut nunc quoq; cum aut poetæ: aut oratori blandiri uolunt, eum Sireni æquiparent. Hiero. Sophocles Sophili filius Atheniensis ex Colono poeta Tragicus. Natus est, ut Suidas ait, Septuagesima tertia Olympiade decem & septem annis Socrate uetustior. Is primus tribus

est usus histrionibus:& eo qui Tritagonistes dicitur:& cum
chorus duodecim constaret personis, primus quindecim indu
xit Iuuenes. Appellatus est autẽ a dicendi suauitate μέλιττα
Scripsit Elegiam/Pęanas/& orationem solutam de choro ad
uersus Thespim/& Choerilum certans. Filios habuit Iophon
tem/Leosthenem/Aristonem/Stephanum/& Meneclidem.
Decessit aũt post Euripidem nonaginta annos natus. cxxiii.
dramata edidit: uel ut alii uolunt multo plura quatuor ac ui
ginti uictorias assecutus. Sophoclem inquit Plinius/tragici
Cothurni principẽ: defunctum sepelire Liber pater iussit ob
sidentibus moenia Lacedæmoniis Lysandro eorũ rege in quie
te sæpius admonito, ut pateretur humari delicias suas. requisi
uit rex, qui supremũ diem Athenis obiisset: nec difficulter ex
his quę deus significasset, itellexit: pacẽq; funeri dedit. Dem.
Aeschylus autem ait adolescenti sibi in agro, ut uuas custodi
ret dormienti adstantem Bacchum ut tragœdias faceret, ius
sisse:& cum orta luce ut deo obsequeretur scribere cepisset, se
q̃ facillime id cõsecutum. ad Theatri uerticem ex mediis saxis
spelunca in arcem subit imposito tripode: in quo Apollo &
Diana sunt Niobes liberos necantes. Niobem ego quoq; ui
di cum Sipylum montem conscendissem. Est autem saxum/ac
rupes nullam prorsus cum propius accesseris mulieris effigiẽ
pręseferens: nec ullum indicans mœrorem. q; si procul fueris,
& lachrymantem & mœstam tibi spectare uidebetis mulie
rem. Calus sepultus est Athenis: quem ex sorore nepotẽ/ac
discipulum cum interfecisset Dedalus, in Cretã aufugit: post
ea in Siciliam ad Cocalum euasit. Ludo. δαιδάλου ποιήμα
τα adagium est ut nonnulli quidem uolunt: in opera admira
tione digna: ut alii uero in eos: qui exacte & adamussim ali
quam perfecerunt artem. Nam cum ueteres opifices anima
lia Cæca effingerent, Dædalus oculos etiam apertos addidit:
ut multi esse animata/mouerĩq;/ac loq existimauerint. Aiunt
igitur nonnullis ex Dędali statuis uincula ad pedes fuisse inie
cta ne aufugerẽt. Plato in libro de uirtute, Dædali inquit sta

tuę nisi ligentur, discedunt/atq; aufugiunt: ligatę permanēt. Ex eius.n. artificiis quod solutum est haud plurimi fit, instar fugitiui hominis: neq;.n. permanet. ligatum uero dignum est admiratione: pulcherrima.n. sunt opera. Deinde in Aesculapii templo fons est: iuxta quē Halirrhothium Neptuni filiū a Marte occisum ferunt, q; Alcippe eius filię uitium intulisset: & huiusce cędis primum fuisse iudicium affirmant. Sauramatę ob ferri inopiam cuspides in hastis Junceas pro ferreis excogitarunt: arcus Corneos/ac sagittas cuspide iuncea: Thoraces ex equorum ungulis in squamarum effigiem colectis efficiunt: quas perforatas equinis/bubulisq; neruis connectunt: equos autem cum ad sacra tum etiā ad cibos alunt. Theseus phædram ducturus Hippolytum ut Trœzene educaretur ad Pittheum misit: mox, cum Pallantem/eiusq; filios sibi insidias parantes occidisset: Trœzenemq; ut expiaretur uenisset, Tum Phædra ibi Hippolytum uidit: quęq; ad interitum spectant machinata est. Myrtus est Trœzeniis folia habēs perforata: quam non ita ab initio natam tradunt: sed ex amoris mœrore/& acu: quę Phædræ crinibus inserta erat, id accidisse uolunt. Ad dexterā propyleorum uictoriæ ἀπτέρου extat tēplum: unde in mare patet prospectus. hinc Aegeus ut aiunt cum se precipitem dedisset, mortem obiit. Nam quę pueros in Cretam uehebat nauis, uelis nigris reuertebatur, cū Theseus si minotaurum superasset candidis se reuersurū uelis pollicitus esset: sed erepta sibi Ariadne horum omnium oblitus est. ἡρῷον Aegei est Atheniēsibus. Diomedes pictus est Athenis arcum Philoctetę in Lemno insula surripiens/& palladiū ex Ilio. Est & Orestes Aegistum interficiēs: & Pylades Nauplii filios Aegisto suppetias ferentes. Ad ipsum arcis ingressum Mercurium propyleum nuncupatum: nec non & gratias fecisse Sophronisci filium Socratē ferunt: quem hominum sapientissimum fuisse testata est Pythia: quo sapientis cognomine ne Anacharsem quidem id maxime cupiētem: eaq; de causa Delphos profectum salutauit. Leęnam ęneā erexerunt

nautis appellatas. esse autem dicebat incolas flauos: & ad clu
nes non multo minores equinis habere caudas: qui cum sen-
sissent, ad nauē nulla edita uoce decurrerunt: ac mulieres quæ
in naui erant, aggressi sunt. quare perterrefacti nautę mulierē
demum barbaram in insula deposuerunt: cui non modo qua
mos est: Sed & per omnes corporis partes uicium intulere. In
Atheniensium arce Dianę Brauroniæ est fanum: cuius simu
lacrum opus est Praxitelis. nomen Deæ a Braurone populo
inditum: & uetus in Braurone statua Diana est ut aiunt Tau
rica. Phryxus Athamantis filius in Colcos ab ariete uectus
eum immolauit deo, ut coniicere licet: qui apud Orchome-
nos Laphystius appellatur. Ioan. Apollonii tamen inter-
pres ait, hunc arietem fuisse a Phryxo Ioui phyxio propterea
immolatum, q; nouercę insidias euasisset: quem humana etiā
uoce usum Hecatæus/& alii prodidere. Nōnulli uolūt. Phry
xum nauigio arietis effigiem a prora pręseferente in Scythiā
nauigasse: hincq; locum datum fabulæ. Cæterum Dionysius
in secundo scribit. Crion nomen fuisse Phryxi pędagogo: qui
cum eo in Scythiam nauigauit: & hoc pacto locum habuit fa
bula. Deme. Est profecto Dionysio credendum: sed ego ad
Pausaniam reuertar. Athenienses omnium primum Miner-
uam ab operibus erganen nominarunt: & truncos Mercuri-
os effinxerunt. Est Atheniensibus Iouis simulacrum: qui po-
licus nuncupatur. Leocharis opus: nec non & Neptuni simu
lacrum ex ebore cōfectum: in media cuius galea Sphingis ex
tat effigies. Vtrinq; uero sculpti sunt Grypes: quos circa auri
metalla cū Arimaspis supra Issedonas pugnare Aristeas Pro
connesius carmine prosecutus est. aurum pręterea inquit a ter
ra produci: quod Grypes custodiūt: & Arimaspos quidem ui
ros esse uno oculo nascentes. Grypes uero feris similes aiunt
pennis ac rostro aquilam referentes. Hiero. Arimasporum
& alibi & in septimo meminit Plinius: quos & ipse Herodo-
ti/& Aristeę testimonio ad septentrionem habitare/unoq; cē
in fronte oculo insignes tradit. Vnde grammatici Arimaspo

rum nomen ab ari quod secundum dialectum unum signifi- cat:& maspos oculum deductum uolunt. Deme. Palladis si mulacrum stat talari ueste indutum:cuius circa pectus Me- dusę caput extat ex ebore confectum:& cubitorum quattuor uictoria.in manu autem tenet hastã.ad pedes positus est Cly peus:& iuxta hastam Draco.Esse autem posset Erichthonius hic draco.In statuæ basi Pandorę generatio expressa est:quã primam fuisse mulierem & Hesiodus/& alii tradidere. Lud. Istud Mineruę simulacrum non aliud esse mihi uidetur:q̃ cu ius in trigesimo quinto his uerbis mentionem facit Plinius: Minerua Phidiæ opus fuit Athenis cubitorũ uiginti sex.ebo re hæc & auro constat:sed in scuto eius:in quo Amazonũ prę lium cęlauit,intumescente ambitu parmæ eiusdem concaua parte deorum/& Gygantum dimicationem:In soleis uero la pitharum/& centaurorum:in basi uero quod cęlatum est Pan doræ genesim appellauit.Ibidii sunt uiginti numero nascen- tes uictoria pręcipue mirabili.periti mirantur:& serpentem: & sub ipsa cuspide æreã sphingen. Dem. Est Athenis Apol linis simulacrum:quem parnopion appellãt,ꝙ infestas agro locustas se de regione propulsaturum dixerit deus.ꝙ eas auer terit,norunt Athenienses:quo autem pacto id egerit,non re- ferunt.Ego ter locustas in sypilo monte non eodẽ tamen mo do deletas noui.Nam alias uiolentus incidens uentus expu- lit.alias post Imbres uehemens æstus deprehendẽs perdidit. nonnullę repentino rigore correptę interiere.Dinomenes Io Inachi filiam:& Calisto Lycaonis effinxit:quarum altera in bouem:in ursam altera est Iunonis ira commutata.Museum est intra uetustum septum e regione arcis: in quo Musęum canere solitum:& senio defunctum sepulturæ mandatum fe- runt.Olympiodoro duce Athenienses se a Macedonum ser- uitute liberarunt:in quo pręlio Leocritus Protarchi filius stre nue se gerens occubuit.primus.n.murum a Demetrio Anti- goni filio circa Museum:quo Macedones in fugam uersi se re ceperant,ductum ascendit.iuxta olympiodori statuã est Dia

næ cognomento Leucophrynes ſimulacrum:quod Themi-
ſtoclis filii dedicarunt. Endœus genere quidem erat Atheniē
ſis/Dędali uero diſcipulus:qui ob Cali cędem fugientem præ
ceptorem in cretam ſecutus eſt.hic Palladis ſedentis effinxit
ſimulacrum hoc addito epigrammate. Callias conſecrauit.
Endœus fecit.Ad Iouis ſupręmi aram nihil immolant anima
tum:placentaſq; tantum adhibentes uino ex inſtituto mini-
me utuntur.Pandroſi ędes iuxta Palladis templum:quod in
arce eſt, uiſitur.hæc.n.ſola de ſororibus depoſitū palladis nō
inſpexit.Duę uirgines non procul a Poliados tēplo habitant:
quas Athenienſes κανηφόρους appellant.hę apud deam quo
dam tempore degunt:ſed cum feſtum acceſſerit, nocturno tē
pore hæc agunt.Nam quæ a Palladis ſacerdote traduntur fe
renda,ita ſuis imponunt capitibus,ut nec ſacerdos quę dedit:
nec ipſę,quę ferunt,quid illud ſit,intelligant.Eſt autem non
procul in urbe ſeptū:quod Veneris in hortis nominatur:qua
deſcenſus eſt ſubterraneus ſponte factus.hac deſcendunt uirgi
nes:ibiq; quæ ferebant relictis,aliud neſcio quid opertum ge
ſtant:Et has quidem iam inde relinquūt:alias uero earum ui
ce uirgines in arcem ducunt.Ioan.hinc eſt ꝙ Cicero actione
in Verrē quinta Canephori inquit dicebātur uirgines Athe
nis:quæ manibus ſublatis ſacra quędam ſepoſita in capitibus
ſuſtinebant. Hiero. Philochorus autē refert regnante Athe
nis Erichthonio primum inſtitutū fuiſſe, ut uirgines ſacra ca-
niſtris impoſita cum panathenæis:tum aliis pompis deę af-
ferrent. Ludo. κανηφόροι ſunt igitur propterea nuncupatę,
ꝙ κανᾶ ferrent. Deme. Tolmides Athenienſium imperator
ad Haliartiam multis/ac pręclariſſimis rebus geſtis interfe-
ctus eſt. Taurus quidam cum alias cretę inſulę regiones ua-
ſtabat, tum precipue eam:quę eſt iuxta fluuium Tethrinem.
miſſum autē dicebant Cretenſes a Neptuno, ꝙ a Minoe uni
uerſę græcię mari imperante contemneretur.Hunc Taurum
ex Creta in Peloponneſum delatum ferunt:eſſeq; de duode-
cim Herculis Certaminibus unum.cum uero in argiuo ſolu-

tus esset campo, per Isthmum in Atticam ad populum Marathonium aufugisse:aliosq; obiter/& Minois filium Androgeum interfecisse.quod Minos non absq; Atheniensium consilio factum suspicatus, comparata Classe Athenas nauigauit:Et Athenienses ad eas compulit pacis conditiones, ut Minotauro in Cnoso labyrinthum incolenti septem uirgines/totideq; pueros mittere sint coacti.mox Theseus ex Marathone in arcem egisse:Mineruęq; immolasse dicitur. Duæ sunt Atheniensibus ex hostium spoliis decimæ:Aeneum Palladis simulacrum de Medis:qui in Marathonem descenderunt:Phidię opus:cuius Clypeo Lapitharum aduersus Centauros pugnam:& quæcunq; alia elaborata sunt, Myn exculpsisse memorant.huic autē Myi & hæc/& reliqua eiusdem opera/Parrhasium Euenoris filium pinxisse tradunt.huius Palladis hastę cuspis/& galeæ crista a Sunio adnauigātibus spectatur. Currus pręterea æneus iacet de Bœotiis decima:& qui in Eubœa sunt Chalcidēsibus.descendētibus ab arce ad Propylęa occurrit fons/& Apollinis fanum in specu:ubi Apollinem cū Creusa Erechthei filia concubuisse arbitrantur. Iam ferę mortalibus erāt formidolosiores:ut & Nemeus/& Parnasius leo & in multis græciæ partibus dracones:& circa Calidonem/& Erymanthum:& in Corinthiaci agri Crōmyone aper.quo factum est ut aliæ a terra editæ:aliæ diis consecratæ:non nullæ in hominum ultionem missę dicerentur. Philippides cum Lacedæmonem missus esset, ut Medos in Atticam descendisse nunciaret, reuersus Lacedęmonios expeditionem reiicere retulit, quod ante plenilunium ad bellum ire se lege prohiberi dicerent.hic Athenis propterea cultus est, q dicerct Pana sibi ex Lacedæmone redeunti circa Parthenium montē occurrisse:affirmantem se Atheniensibus esse beneuolum:pollicitātemq; ad Marathonem in pręlio auxiliaturum. IOAN. hic est ut coniicio Philippides ille Atheniensis:cuius libro septimo his uerbis meminit Plinius. Cucurrisse mille.ccxl.stadia ab Athenis Lacedęmonē biduo Philippidem magnū erat,

donec Canistius cursor Lacedæmonius:& Philonides Alexā dri magni a Sicyone Helim uno die Mille.cc.stadia cucurrerunt.Suidas uero,Philippides inqt Atheniensis Hemerodromos appellatus mille quingenta stadia uno die/ac nocte ad Lacedęmonios proficiscens cucurrit.Idem,ut Lucianus memorat,cum uictoriam ab Atheniensibus aduersus Medos pugnantibus in Marathone partam Senatui sedenti/ac de pugnæ exitu cogitanti nunciaret, μὶν χάιρετε νικῶμεν inqt. quo dicto statim expirauit.Fuit & alter Philippides Atheniēsis Philoclis filius nouæ comoedię comicus. DEM. Arius pagus est Athenis sic appellatus,q ἄρειον post interfectum Halirrhothium primus ibi Cędis iudicium subierit,ubi & Orestes postea matris occisę causam dixit . quo in loco Palladis etiā cognomine ἀρείας extat ara:quam Orestes absolutus consecrauit.saxa autem argentea:inquibus tam rei q̄ actores consistunt.alterum quidem ὕβρεως:alterum uero ἀναιδείας nominant. HIER. In Ariopago,inquit Suidas, cum quæ ad cędes pertinent,iudicabantur,tum & multa alia ad rempublicam spectantia seuerissime administrabantur.dictus est autem pagos q ἐν πάγῳ esset iudicium, Arios uero q de cædibus iudicaret.nam ἄρης cędibus pręest:uel q ibi Mars hastam fixerit,dum aduersus Neptunum filium defendentē de Halirrhothii cede causam diceret:quem propterea interfecerat,q Alcippe:quam ipse ex Aglauro Cecropis filia susceperat,uicium intulisset,ut Hellanicus in primis refert. DEM. Iuxta Arium pagum templum est dearum:quas Athenienses semnas:Hesiodus uero Erinnys in Theogonia appellant. primus autem Aeschilus ipsarum crinibus angues implicitos finxit.Cęterum neq harum:neq aliorum inferorum deorum simulacris quicq̄ inest terribile.Est autem ibi & Plutonis statua:& Mercurii/ac Telluris:quibus sacra faciunt:qui in Ario pago absoluuntur.Intra septum Oedipi stat monimentum: cuius ossa Thebis delata comperi.nam ut uerum non arbitrarer quod de illius interitu Sophocles scripsit, author erat

Homerus: qui Mnestheum oedipode mortuo Thebas profe-
ctum ad eius tumulum certasse scripsit. Sunt & alia Athenis
dicasteria. Est.n. Parabystum/& Trigonum: quorum alterũ
ꝙ in obscuro Ciuitatis loco positum sit: & minimæ quęq; li-
tes in eo agantur: alterum a figura nomina sumpserunt: sed
Batrachium/& Phoenicium a coloribus adhuc nomina obti
nuere. omnium uero maximum: & in quod q̃ plurimi conue-
niunt Heliçam nuncupant. Alia oĩa quotquot ad iudiciũ de
nece patent, ad Palladium appellant. ubi de percussoribus co
gnosci: demophoontemq; primum poenas luisse nemo ambi
git: sed quo crimine incertum est. Diomedes.n.(ut ferunt) ex
Ilio rediens cum Atticis oris noctu appulsus esset, circa pha
lerum cum Sociis tanq̃ in hostilem agrũ egressus est: quibus
Demophoon occurrit: multosq; ignorans esse argiuos interfe
cit: palladioq; arrepto abiit, cum interea Atheniensis quidam
non aduertens Demophoontis equo prouolutus cõculcatusq;
interiit: atq; ita Demophoon siue ob Atheniensem prouolu-
tum/atq; occisum: siue, ut alii censent, ob Argiuos trucidatos
poenas dedit. LVD. Postq̃ in Palladii incidimus mentio-
nem, placuit quid apud alios de ipso legerim in medium pro
ferre. Palladium, inquit Suidas, paruum erat animal ligneũ/
Troianum seruans imperium. Ab Asio aũt philosopho Troi
regi urbem condenti datum est: in cuius honorem, regionem:
cui imperabat, Epirum prius nuncupatam Asiam nomina-
uit. Cęterum qui poetice scripserunt, palladiũ hoc Troi phry
gibus imperanti de Coelo fuisse delatum tradidere, quod Dio
medes/atq; Vlysses missi ad Priamum legati prodente Thea
no Antenoris uxore: quæ tum forte sacerdos illud obserua-
bat, de templo sustulerunt. Nam ab Antenore oraculum di-
dicerant, fore ut interea Troianum imperium immobile per
maneret, donec Palladium in urbe seruaretur. maxima igitur
inter Vlyssem & Aiacem coorta est cõtrouersia, uter illud in
suam ferret patriam. quare cum uterq; suis apud iudices utere
tur rationibus: iamq; serum diei aduenisset, placuit iudicibus

ut res in posterum diem differretur:& interea palladiũ apud
Diomedem deponeretur.quo facto noctu Aiax clam iugula
tus repertus est.quod cum Vlyssem dolo fecisse suspicarētur:
deq; ea re contenderetur, a Troianis soluerunt oris.Phereci-
des effigies non manufactas Palladia appellat: & quicquid
de cęlo in terram defertur.Apollodorus ait Ilum postq̃ secu
tus bouem condidit Ilium, ut aliquod uideret signum fuisse
precatum:tuncq; palladium uidisse:quod trium erat magni-
tudine cubitorum/dextera hastam tenens: sinistra cum fuso
colum. DEM. Est iuxta mare ad piræeum Phreattys: quo
qui confugiunt, si postea aliquo alio Crimine accusentur, iu-
dicibus a continente audientibus, causam de naui dicunt.Fa-
ma est Teucrum sic se primum apud Telamonē defendisse,
q; nihil in Aiacis cędem cōmisisset.ad Prytaneum de rebus
inanimatis iudicia fiunt:ubi bipēnis a Iudicibus absoluta est:
quam Erechtheo regnante ille qui primus Ioui polico bouem
immolauit, aufugiens reliquit.Academia prędium olim pri-
uati hominis:mea ętate gymnasium est extra urbē. IOAN.
Academia, inquit Suidas, Gymnasium erat Athenis urbanũ
ac nemorosum:in quo Plato uersabatur.Dicta est autem Aca
demia ab Academo Heroe:qui eam consecrauit, prius autem
per e/Hecademia dicebat̃.Aristophanes in nubibus ἀλλ' εἰς
ἑκαδημίαν κατιὼν.dicebatur & neutro genere academeum.
DEM. ἀρίστη, Et καλλίστη Dianę sunt cognomina:ut &
ego sentio:& sapphus carmen testatur . Nam ab Academia
descendentibus templum fit obuiũ:& simulacra Dianę opti-
mæ:pulcherrimæq;.Thrasibuli sepulchrum est Athenis:qui
Thebis profectus sexaginta uiris comitantibus triginta tyrā
norum tyrannidem sustulit: Athenienseśq; inter se dissidētes
reconciliauit. HIER. Hic est ille Thrasibulus:qui, ut Plu
tarchus in Alcibiadis uita refert, inter omnes Atheniēses uo
cis magnitudine excelluit. DEM. Ephialtes rhetor quę in
Ariopago legitima erāt, maxīe labefectauit. Pro Academiæ
ingressu Cupidinis est ara inscriptione hac.Charmus atheniē

sium primus cupidinem dicauit: Aram uero: quæ in urbe est Anterotos nuncupatam inquilinorum esse donarium ferunt: quoniam Meles Atheniensis Timagoram inquilinum amatorem suum excelsum saxum conscendere indeq; se precipitē dare iubendo compulit. cuius rei mox penitentia ductus se quoq; de eodem saxo deiecit: atq; ita eodem utercq; læto interiit. ex eo inquilinis institutum est, ut Damonem Anterota Timagoræ ultorem appellarent. in Academia extat Promethei ara: ex qua lampadibus accensis in urbē currunt. In quo certamine is uictoriam consequitur: qui lampade accensa ad metam peruenerit. Est & oleæ planta: quam secundam extitisse memorant. Platonis tumulus nō procul est ab Academia: quem præstantissimum fore philosophum hunc in modum deus significauit. Nam Socrates priore nocte q̄ Plato sibi erat futurus discipulus, uisus est per quietem uidere Cycnum sibi in sinum aduolasse. Est. n. Cycnus auis canora Apollini dicata. Cycnum autem Ligurum regem musicum fuisse tradūt: qui cum uitam finisset, in auem Apollinis uoluntate transformatus dicitur. LVD. Ex his Pausaniæ uerbis uenit mihi in mentem Ciceronis: qui Tusculanarum libro primo de cycnis loquens ait. Cycni non sine causa Apollini dicati sunt: sed q̄ ab eo diuinationem habere uideantur. quia prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu/& uoluptate moriantur. Aristoteles preterea memorat Cycnos aduersus aquilas pugnare: et q̄ sæpissime superiores euadere: esseq; eius naturę, ut auiū maxime se inuicem deuorent. sunt. n. ἀλληλοφάγοι. Cycni autē duo maxime celebrantur: quorum alterum Martis filiū Thessalię finitima uastantem: & ex occisorum capitibus Apollini templum, ut Pindari interpres ait, extruere uolentē Hercules interfecit: Alterū Neptuni ex Scamandrodice/siue Harpale filium Troianis auxiliantē Achilles interemit. DEM. haud procul ab Academia erecta est Timonis turris: qui hominum conspectum effugere, fœlicitatem arbitrabatur. IO. huius his ferme uerbis in Marci Antonii uita meminit Plu-

tarchus. Timon Atheniensis uixit temporibus maxime Pelo ponnesiaci belli, ut ex Aristophanis/Platonisq; poematibus intelligi potest. describitur. n. ab illis ut odiosus/& inhumanus fugiens hominũ cõgressus/colloquiaq; preterq̃ unius Alcibiadis tunc adolescentis/& lingua prompti. hunc cum amplecteret osculareturq;, interrogatus ab Apemanto, quid ita faceret, respondit, q multorũ illum malorum causam atheniensibus futurũ intelligeret. Est autẽ μισάνθρωπος propter ea cognominatus, q totũ humanũ genus odio prosequeretur qui quandoq; rogatus cur omnes homines odisset, respondit Scelestos merito odi: reliquos, q non prauos oderint. sed græca uerba quæ plurimũ habent ueneris adscribenda duximus. Τίμων ὁ μισάνθρωπος ἐρωτηθεὶς διὰ τί πάντας ἀνθρώπους μισεῖ, εἶπε, διότι τοὺς μὲν πονηροὺς εὐλόγως μισῶ, τοὺς δὲ λοιποὺς ὅτι οὐ μισοῦσι τοὺς πονηρούς. hinc est q Marcus Antonius Timoniam appellauit domum in mari iuxta Pharum exędificatam: quo ciuium/atq; amicorum conspectũ fugiens se serecipiebat. Timon aũt dicere consueuerat. Malorũ elementa esse auariciam/atq; ambitionem. DEM. Colonos Hippios locus est nõ longe ab Academia: in quẽ primũ atticę locũ Oedipodẽ uenisse aiunt. Aiũt igitur & Neptuni Hippii aram/& Palladis Hippię. Est in Zostere ad mare Palladis ara: nec nõ & Apollinis/& Dianę/ac Latonæ: quã nõ ibi peperisse: sed ut pariturã soluisse Zonam ferũt: indeq; loco nomen inditũ. HIER. Duo fuere athenis Coloni ut in septimo scribit Pollux: quorũ alter Hippios dicebatur: cuius, q ĩ ipsum oedipus confugerit, q̃plurimi meminerũt: alter erat in foro iuxta Eurysaceũ: quo Mercenarii cõueniebãt. Latonã in Delo insula peperisse oẽs fatentur: & in primis poetarũ princeps Homerus: q in Apollinis hymno Latonã in Delo parturiẽtem palmã ulnis amplexatã ait. Euripides uero ĩ ea Tragœdia: quæ Hecuba inscribitur, de Delo insula locutus inquit. ubi primogenita palma/laurusq; sacros edidere ramos amicæ latonę diuini monimẽtum partus, At Aristo ait Apol

linem in Delo natũ: Dianam uero in Ortygia asiatica. nã & in Epheso ortygia est. DEM. Apud Prasienses populũ Atticum Apollinis est templũ. huc hyperboreorũ primitias aiũt peruenire. tradere aũt eas hyperboreos Arimaspis: Arimaspos Issedonibus: ab his Scytas Sinopem deferre. Inde per graecos Prasias deferri: Athenienses uero esse: qui Delũ transuehant. Ipsas aũt primitias tritici culmis contegi: nec ab ullo dignosci. Prasiis Erysichthonis est sepulchrum: qui μετὰ τὴν θεωρίαν cum Athenas reuerteretur, in nauigatione mortẽ obiit. LVD. Hinc est q Stephanus ait Prasiae populus est Athenis in Pandionide tribu. licet sit, ut idẽ testatur, & oppidum Laconicũ. Sed quoniam Theoriae mentionẽ fecisti, placuit id referre, quod super hac re a Suida traditur. Theori inquit dicũtur: qui ad sacrificia / & ad festa mittuntur. & Theoris nauis: qua ad sacrificia peregrina / sacraq; certamina / & alias panegyris uehuntur. qui preterea ad oracula mittebãtur, Theori sunt cognominati. unde Sophocles θεωρὸς ὢν ἔφασκεν ἐκδημεῖν qui demũ diuina obseruabãt / aut curabãt, Theori sunt appellati. Erat igitur Theoria sacerdotii munus. Licet Theoria dicatur & circa maiora speculatio / & omnis cõuentus: & nomẽ sit meretricis. DEM. Dianae φιλαγρότερου / & Apollinis Διονυσοδότου / nec non & Anthii Dionysii / & nympharũ Ismenidum in Phlyẽsibus / ac Myrrhinusiis atticę populis sunt arę: alterum uero templũ Dianae Anysidorę / Iouis Ctesii / Palladis Tithrones / Proserpinę πρωτογόνης: & dearũ: quę dicuntur Semnae aras continet. Nã quod in Myrinũte spectatur simulacrum, Colęnidis est. Atheniẽses amarysiã uenerantur Dianam: quoniã Amarynthus in Euboea est: ubi Amarysiã colũt Dianã: unde nomẽ accepit. Colęnis uero a Colęno uiro denominata est: q ut Myrrhinusii aiunt ante Cecropem regnauit. IO. Myrinus inqt Stephan9 populus ẽ Pandiõidis trib9 quẽ Dionysius Triphõis fili9 Myrinuttẽ duplici. t. scribit. Athmonon uero neutro genere, ut idẽ Stephan9 testat᷑, popul9 ẽ in cecropide tribu: unũ Athmeneẽses. sed Amarynth9, ut apud cũ

dem legimus, insula est Euboeę, a quodã Dianæ uenatore no
mine Amaryntho sic denominata . uerum Amarynthius &
Amarysius gentilia deducũtur authore inquit Pausania. hũc
autem Pausanię locũ uidetur inuenire: ubi Amarysiã ab Ama-
ryntho dianam cognominatam ait. Miratur. n. unde nomen
hoc. s. acceperit. DEM. Agyieum Apollinem colũt Achar
næ populus Atticus / & Herculem. Aram pterea habent Pal
ladis ὑγιείας ἱππίαν etiam Mineruam appellant: & Diony
sium μελπόμενον / & κισσόν eundem ipsum deum, Ederam
plantam ibi primum uisam asserentes. HIER. Edera ut si-
culus inquit Diodorus in sacris, uitibus pręponitur, q nunq̃
folia amittat. Inuentam praeterea scribit ab osiride: eiq; haud
secus esse consecratã / ac graeci Baccho dedicarunt. Quare che
nosirim Aegyptii ederam appellant, ut in Osiride refert Plu
tarchus, Osiridis plantam significante uocabulo. Antipater
tamen in notissimo Epigrammate ἀχαρνίτην ederam p epi
theton nuncupauit, hoc est acarnensem a κισσὸς κισσᾶν de-
ducitur, q ut Moscopulus inquit, propriũ est mulieris. signi-
ficat. n. cum uoluptate concipere. Bacchus edera coronabatur
eiusq; sacerdotes: nec non & Smilace, ut Euripides in Bacchis
ait: quã non nulli ederam ciliciã appellant. Iupiter Bacchum
e foemore in lucem editũ δρακόντων στεφάνοις coronauit, ut
in eadem Tragoedia meminit Euripides. Sed nũquid celeber
rimos atticę montes Pausanias memorat? DEM. Memo-
rat profecto / & his ferme uerbis. Sunt Atheniensibus mõtes
Pentelicon: in quo sunt lapidicinę: & Palladis simulacrum: &
Parnes: qui aprorum / atq; ursorum uenationes prebet: ubi Iu
piter Parnethius extat ęneus / & Iouis σημαλέου ara . Est &
alia ara: i qua sacra faciũt mõ ὄμβριον mõ ἀπήμιον inuocãtes
Iouẽ. Et Hymettus: q apibus aptissima gignit pabula: i quo
Hymettii Iouis est simulacrum. Aræ autem & Iouis pluuii / &
Apollinis προοψίου: Et Anchesmus mons non magnus
ubi Iouis est Anchesmii simulacrum . Marathon populus a
Marathone Heroe nomẽ accepit. Marathonii gręcorũ, primi

ut ipsi aiunt, Herculem inter deos retulere. Macaria fons est in Marathone/a Macaria Herculis & Deianirę filia denominatus: quæ sibi ex oraculo manũ consciuit, ut Athenienses in bello ob Herculis liberos Eurystheo negatos a Lacedęmoniis suscepto uictoriam consequerentur. nam Ceyx Trachinius: qui Herculem ab Eurystheo fugientem hospitio susceperat, post Herculis obitum eius filios Athenas misit. ipse enĩ Eurysteo eos exigenti resistere non poterat. hoc primum extitit Lacedęmoniorum aduersus Athenienses bellum. Eurystheo illis, his Theseo duce gestũ. LVD. Huiusce belli meminit Isocrates in Oratione panegyrica: ubi ait Eurystheum a filiis Herculis captum ἱκετεύσαντα ut eius uerbo utar, uitam finisse: necnon & Thucydides: qui libro primo ab Heraclidis Eurystheum in Attica interfectum tradit. Pindarus in pythiis Eurystheum ab Iolao interfectum cecinit: qui, ut interpres ait, cum ad inferos esset: & Eurystheum ob Herculis filios bellum Atheniensibus intulisse accepisset, exorato ad superos ascensu ipsum trucidauit: statiq; ad inferos rediit. Cęterum postq̃ in Eurysthei incidimus mentionem, quo pacto sit in lucem editus haud quaq̃ absurdum erit referre. Iupiter Alcmenẽ Electryonis filiam compressit: quo compressu grauis facta, cum iam esset paritura, iurauit Iupiter diis, fore ut q eo die nasceretur, iis qui a se geniti essent imperaret: cuius rei inuidia mota Iuno, Alcmenes quidem partum cohibuit: Antibiam uero: quam nõnulli Cinippen dixere, ex Stheleno marito uterum ferentem, ut septimo pareret mense coegit: unde effectum est, ut qui septimo nascuntur mense uitã sortiantur. regnũ itaq; consecutus Eurystheus Herculi certamina iniunxit: quibus Palladis: atq; Apollinis admonitione pactis imortalitate donatus est. DEM. Panos mons paulo post campũ Marathonium exurgit, & antrum spectatu dignũ ore angusto: sed cum ingressus fueris domus occurrunt/& balinea/& quod panos αἰπόλιον nuncupatur: sunt autem saxa plurimũ capris assimilata. Brauron quoq; non multum a Marathone

distat:ubi Iphigeniam Agamemnonis filiam ex Tauris Dianæ simulacrum secum ferentem descendisse tradunt. Ibi autẽ cum simulacrũ reliquisset, Athenas/ac deinde argos aiũt peruenisse. Statua quidem Dianę illic est uetustissima. IOAN. hic est Brauron ille atticus populus: cuius meminit etiam Stephanus a Braurone Heroę denominatus: a quo & Brauronia Diana ut idem testatur. DEM. Rhamnus. lx. a Marathone distat stadiis littorali uia Oropum euntibus. Nemesis templum procul est a mari: quæ deorum maxime hominibus cõtumeliosis est ineuitabilis. huius deæ Iracundia barbaris qui in Marathonẽ descẽderunt, occurrisse uidetur. Nam cũ Atheniensium aduersus se potentiã contempsissent, ad erigendum Tropęum pariũ ceperunt lapidem. hunc lapidẽ Phidias, ut Nemesis esset simulacrum exciderat. Est autem deę capiti imposita corona: quæ ceruos: & haud magnas uictoriæ effigies continet: sinistra manu ramum tenet μηλιάς: dextera phialam: in qua sculpti sunt Aethiopes. effectos autem in phiala Aethiopas propter oceanum fluuiũ aiunt. nam ad ipsum habitare Aethiopas: & Nemesi patrem esse oceanum dicunt. in basi Ledam expressit phidias/Nemesi Helenen adducentem nec non & Tyndarum/& liberos/& uirum equo insidentem ἱππέα nomine. Est & Agamemnon/& Menelaus/& Pyrrhus Achillis filius: qui primus Hermionem Helenes filiam uxorem duxit. Orestes propter id: quod in matrẽ ausus fuerat pretermissus ẽ, cũ ei perpetuo Hermione adhæserit/filiumq; pepererit. Deinceps in basi est: quem Epochum uocant: & alter iuuenis. de his nihil aliud audiui preterquam q̃ Oenoes sint fratres: a qua nomen est populo inditum. HIERO. Rhamnus inquit Stephanus populus est atticus in ęantide tribu. dictus est autem Rhamnus, ut Aristophanis interpres ait, a Rhamno ibi copiosissime prouenientę. Est autem Rhamnos, ut in uigesimo tertio testatur Plinius, inter Ruborum genera Candidor/& fructicosior. Hinc dicta est Rhamnusia Nemesis: quæ, ut inquit Suidas, Vete-

ris habitu primum erecta est. quo circa & ex arbore malo ramum tenebat. Erexerat autem eam Erechtheus sibi matrem existentem nomine Nemesin: eoq; in loco imperantem statuam ipsam Phidias fecit: operis tamen inscriptionem Agoracrito pario a se dilecto elargitus est: qui & in olympici Iouis digito inscripsit Autarches: uel ut alibi legitur, Eparches. erat & hic formosissimus argiuus ab ipso adamatus. Rhamnusius es, prouerbiis adnumeratur: quo in eos utimur: qui prudentissimi, ac facundissimi sint. Hanc Rhamnusiam Nemesim innuere Ouidium arbitror cum dicit, Exiget at dignas ultrix Rhamnusia pęnas: non autem ut nonnulli arbitrantur, fortunam. Plinius libro undecimo. est inquit, in aure ima memorię locus: quem tangentes antestátur. Est post aurẽ ęque dextram Nemesios: quæ Dea latinum nomẽ ne in capitolio quidem inuenit: quo referimus tacto ore proximũ a minimo digitum ueniam sermonis a diis exposcentes. Idem uigesimo septimo fascinationibus adoratiõe peculiari occurrimus. alii gręcam Nemesim inuocantes: cuius ob id Romæ simulacrum in Capitolio est, q̃uis latinum non sit inter adagia est νέμεσιν δὲ παρὰ πόδας βαίνει, quæ uerba significant Aristęã q̃ primum ulcisci delinquentes. Est & aliud Adagiũ ἀδράστεια νέμεσις, quod illis congruere uidetur: qui cum prius fęlices extitissent, in maximas postea infœlicitates incidere. quod de Thebanis deductum uidetur: qui cum Adrastum Argiuorum regem, & eius exercitum prospere ac fœliciter uicissent, ab eorum postea liberis infœlicissime superati sunt. Alii dicũt eandem esse Adrasteam: quæ Nemesis: & ab Adrasto quodam rege: qui Nemeseos phanum ex oraculo condiderit, nomẽ accepisse: quod Adrasteæ nuncupatum est, ut his carminibus indicat Antimachus.

ἔστι δὲ τις νέμεσις μεγάλη θεὸς ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχε, βωμὸν δὲ οἱ εἵσατο πρῶτος
ἄδραστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον αἰσήποιο·
ἔνθα τετίμηταί τε καὶ ἀδράστεια καλεῖται.

Demetrius tamen scepsius Dianam inquit esse Adrasteã/ab Adrasto quodam erectam. DEM. Nemesim Helenes matrem prędicant gręci:Ledam uero nutricem: patrem Iouem non Tyndarũ. LVD. Nunc subiit quid super hac re apud Lycophronis interpretem legerim. Iupiter inquit in Cycnũ transformatus cum Nemesi oceani filia in anserem, ut aiunt, conuersa rem habuit:quę cum ouum peperisset, id in palude reliquit:quod pastor quidam repertum attulit Ledæ. Ipsa id in arca conditum seruabat, donec conuenienti tempore ex eo genita est Helene: quam haud secus/ac propriam educauit. Sunt qui Castorem quoq;/ac Pollucem ex eodem ouo genitos tradant. Apud non nullos inueni historicos. Iouem stellę assimilatum Ledam uitiasse: Ipsamq; ex eo Castorem/ac pollucem peperisse:postea q; ut superius diximus, Helenen genitam. alii rursus Iouem dicunt in Cycnum conuersum Ledam compressisse: eademq; nocte Tyndarum cum ea concubuisse: factumq; inde esse: ut Leda ex Ioue quidem Pollucem/atq; Helenen: ex Tyndaro uero Castorem pareret. unde Castor mortalis: Pollux uero immortalis extitere. sed Pollucis precibus Castor quoq; immortalitate a Ioue donatus est. Sosibius ait Helenen mali: Castorem uero/ac Pollucẽ boni causa nautis apparere. DEM. Aqua est iuxta Atlantem montem: quę tribus prebet origines fluxibus: quorum nullus flumen efficit: sed pariter omnem statim absorbens continet harena. Nõ nulli tamen existimarunt hanc rursus ex harena scaturiẽtem aquam Aegyptiis Nilũ facere. Aethiopum, alii accolę Nili: Alii Nasamonibus finitimi: quibus nullus est fluuius ad Atlã tem montem uergens. IOAN. Homerus Aethiopũ in primo odysseæ libro cum mentionem fecisset, subdidit τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος οἱ δ᾽ ἀνιόντος: quæ uerba/Eustathius ita interpretatus est. Aethiopas ait Homerus ad orientem/& ad occidentem diuisos, quod cũ Aegypto finitimi sint, nilus eos ita dirimat, ut partim ortum solis: partim occasum spectent. Philostratus de uita

Apollonii libro sexto. Aethiopia inquit totius terrae: quę sub sole est, occidētale cornu occupat: sicut India id quod spectat orientem, & iuxta Meroen ęgypto coniuncta: & ad incognitam libyę partem porrecta mari terminatur: quod oceanum poetae uocant: uno eodemq; nomine totum: quod terram ambit mare nuncupantes ἀιθίοπα σμήχεις adagium est in eos: qui aliquid iis dissuadere conantur: quorum sentētia nulla suasione mutari potest. Aethiopes maxime colunt sorores: quorum reges nepotibus ex fratre potius q̄ filius suis imperii successionem relinquunt. q; si defuerit regni successor, formosissimum/ac prudentissimum deligunt regem. pietatem/ac Iusticiam in primis exercent. quo fit ut eorū ędes foribus non egeant: multaq; in uiis posita a nullis surripiantur. Diodorus libro quarto, Aethiopes feruntur primi hominum creati, q; nō aliunde homines in Aethiopiam accesserint. Cultu preterea deorum sacra/pompas/aliaq; quibus diis honores impenduntur, excogitasse traduntur. unde Homerus Iouem/reliquosq; deos fingit in Aethiopiam tum ad sacra: quę eis de more fiebant: tum ad odorum suauitatem commigrantes. Addit Stephanus Aethiopas hominum primos leges condidisse/ac legibus usos. DEM. Atlas mons est adeo excelsus, ut uerticibus caelum attingere dicatur. Est autē propter aquas & arbores: quae per totū nascuntur, aditu difficilis. HIER. Atlas mons apud oceanum ab Atlante Astrologiae peritissimo appellatus: ut siculus Diodorus ī quarto memorat. Atlas/ & Saturnus nobiliores Cęli filii, ut idem in eodem libro testatur. Spheram inuenit Atlas inquit Plinius in secundo. Victruuius libro sexto Telamones inquit appellarunt nostri, si qua uirili figura signa mutilos: aut coronas sustinent: cuius rationes quid ita: aut quare dicatur, ex historiis non inueniuntur. Graeci eos Atlantes uocitant. Atlas. n. historia formatur sustinēs mūdum, ideo q; is primum cursum solis/& Lunae/siderumq; omnium uersationum ratiōes uigore animiq; solertia curauit hominibus tradendas: eaq; res a pictoribus/& statuariis defor

matur pro eo beneficio sustinens mundum: filięq; eius Atlantides: quas nos Vergelias: græci pleiades nominant, cum sideribus in mundo sunt dedicatæ: quarum nomina his duob9 uersibus Aratus inseruit ἀλκυόνη, μερόπη τε, κελαινὼ τ' ἠλέκτρη τε, καί στερόπη, καί τηϋγέτη καί πότνια μαῖα. Cicero Tusculanarum libro quinto, nec uero Atlas sustinere cælum: nec Prometheus affixus Caucaso: nec stellatus Cępheus cum uxore/genero/filia traderentur, nisi Cœlestium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset. Homerus primo odyssleæ de Atlante locutus addit. ὅσ τε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδε, ἔχει δὲ κίονας αὐτὸς μακράς, αἳ γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι. Ab Atlante hoc deriuatum est adagium ἄτλας τὸν οὐρανόν, quod iis congruit: qui licet magnis opprimantur rebus: in magnasq; inciderint calamitates, omnia tamen sustinent. DEM. Oropium agrum: qui inter atticos & tanagros fines iacet, cum olim ad bœotios pertineret, ætate nostra Athenienses possident: quem multis pro eo bellis gestis non ante adepti sunt: q̃ Philippus Thebis captis eum ipsis dedit. Oropus urbs ad mare sita est, nihil præbens historia dignum. Amphiarai sacellum duodecim distat ab urbe stadiis. Nam Amphiarao Thebis fugienti discessisse terram: eumq; una cum curru absorbuisse tradunt. Alii autẽ hoc in loco id haud quaq̃ accidisse ferunt: sed Thebis chalcidem euntibus occurrit Harma nũcupatũ. Primi autem Oropii Amphiaraum inter deos retulere: postea reliqui quoq; gręci diuinos ei honores tribuere. LVD. Harma, inquit Stephanus, ciuitas est Bœotię Tanagricę. nomen autem accepit ἀπὸ ἀμφιαράου ἅρματος. huc.n. cũ curru eũ fugisse memorant: nec ab incolis fuisse hostibus traditum. dicitur aũt & Amphiarai balinea. Est & in Attica Harma circa phylen populum œneidos tribus: quæ castellum habet munitissimum Tanagricę conterminum. Oropus quoq; non una est. nã est & Macedonię ciuitas iquit Stephanus: ex qua Seleucus: qui Nicator dictus est: & alia Bœotiæ: de qua Euphorion καὶ τὸ

εἰσ ἀυλιτὶσ ὠρωπόσ τε, καὶ ἀμφιάρεω λοῖτρά, appellata est autem oropus ab oropo Macedonis filio/Lycaonis nepote. Est & alia Eubœę. Aristoteles oropum Gręam ait appellari. Gręa autem locus in oropia: Eretriæ & Eubœę mari adiacens. Est & tertia in Syria oropus a Nicastore condita: prius Telmissus appellata. Est & quarta ἐν ἀρέσει postea condita. Quinta in Thesprotia .i. nicopoli. Tucydides masculino genere protulit in octauo. DEM. Possum & alios recensere: qui cum olim homines essent, deorum postea numerũ apud gręcos auxere: urbesq; sibi habent dedicatas. Nam Eleus in Cherrhoneso protesilao: Labadia bœotiorum Trophonio: & Oropiis templum extat Amphiarai: & ex candido lapide simulacrum. Ara autem partes prebet: quarum una Herculi/Ioui/Apolliniq; consecrata est: altera heroibus/heroũq; uxoribus. Tertia uestę/Mercurio/Amphiarao/& ex filiis Amphiloco. nam Alcmæon ob id: quod in Eriphylen matrem cõmiserat, nec cum Amphiarao: nec cum Amphiloco honorẽ sortitur. Quarta autem aræ portio Veneris est: & Panaceæ. Itẽ Asus/& hygeę/& Palladis pæonię. Quinta structa est nymphis/Pani/& Acheloo/ac Cephisso fluminibus. Est & apud Athenienses in urbe Amphilochi ara: & in Malo Ciliciæ ciuitate eiusdem oraculum. Est oropiis fons iuxta templũ: qui Amphiarai dicitur: apud quem nec quidq̃ sacrificare: nec eius aqua ad purgamenta/maluuiasq; uti mos est: Sed constitutũ est, ut qui curato morbo oraculum ceperit: Argẽtum/aurũq; signatum in fontem demittat. hunc. n. Amphiaraum iam deum uenisse contendunt, hic quo tempore in deos relatus est, futurorum cognitionem per somnia constituit: ad cuius oraculum quicunq; accedit, purgari primum oportet. purgatio aũt est deo sacra facere. nam & ipsi/& cęteris: quorũ nomina sunt in ara sacrificant. his peractis immolati arietis pellem substernunt: dormiuntq; somnii significationem expectantes. Helene insula ẽ supra Sunium/sic appellata, q̄ in eã Helene post captum Iliũ egressa sit. IOAN. Stephanus addit Macrim

prius a longitudine nominatam. Est & Helene fons in Chio: in quo Helene se lauit. Helenium, iquit Plinius in uigesimo primo e lachrymis Helenæ dicitur natum: & ideo in Helena insula laudatissimum. est autẽ frutex humi se spargens dodrantalibus ramulis: folio simili serpillo. fauere creditur formæ: cutemq; mulierum in facie / reliquoq; corpore nutrire incorruptam. preterea putant usu eius quandam datam gratiã iis uneremq; conciliari. Attribuunt & hilaritatis effectum eidem poto in uino, ęque ac si habueris nepenthes illud prędicatum ab Homero, q eo tristicia omnis abducatur. Est autẽ succi prędulcis. DEM. Salamis insula contra Eleusinem sita nomen a Salamine Asopi filia accepit: quam Aeginatę Telamonis comites incoluere. Philęum autem Eurysacis filium Aiacis nepotem hanc insulam Atheniensibus tradidisse memorant: factumq; propterea Atheniensem. HIER. Appellata est hæc insula aliis quoq; nominibus, ut Eustathius Dionysii interpres ait. nam & Cychrea a Cychreo quodam: qui & ophis est cognominatus, dicta est: & Sciras a quodam Heroe. unde & Pallas cognomento sciras apud Athenienses: & scira locus iu Attica. Est & inter adagia σαλαμινία ναῦς in eos, qui summa aliquid peragunt celeritate. duę. n. erãt Atheniensibus maxima pernicitate ministræ naues, Paralos / & salamina: quarũ salamina quidem ad eos: qui ad iudicium citabantur uehendos mitti consueuerat: quam ad Alcibiadẽ agẽdum missam scribit Thucydides: Paralus uero ad ea tantum quę ad religionem pertinebant, ferenda mittebatur. DEM. Est salaminiis Aiacis fanum: & ex ebeno ligno simulacrũ. permanent adhuc apud Athenienses Aiaci / atq; Eurysaci instituti honores. Nam ara Eurysacis est Athenis. In Salamine ostẽditur lapis non procul a portu: super quo sedentem Telamonem spectasse aiunt filios in Aulidem nauigantes ad communem expeditionem. LVD. Aiacem uidelicet / & Teucrum innuit Telamonis filios. hunc Aiacem ut Philostratus in heroicis refert, Achiui magnum appellabant: nõ a corporis pro

ceritate:nec q̄ altero esset maior:sed a rerum gestarū magni tudine:eoq̄ pro symbolo/ac fœlicissima tessera in bello propterea utebantur, q̄ una cum Hercule fraudulentissimū Laumedontem ultus esset Telamon:Iliumq̄ cepisset. Ilisso flumini Attico alebat comam Aiax. unde ab Atheniensibus:q bello interfuere Troiano usq̄ adeo diligebatur, ut & pro duce co uterentur:& quicquid præcepisset, agerent. Hunc dicebāt græci Herculis esse alumnum:infantemq̄ tunc fuisse Leonis pelle inuolutum ab Hercule, cum Ioui patri puerum porrigens petiit ut inexpugnabilis redderetur. Protesilaus ἄγαλμα πολέμου appellabat Aiacem:qui furore agitatus cum sibi manum consciuisset, ad eum iacentem miseratione motus Vlysses/ac lachrymabundus Achillis arma attulit:& sepelient te inquit cum his:quæ tantopere concupisti. Proposito ab Atheniensibus Aiacis cadauere, Mnestheus orationem habuit funebrem:qua in bello desideratos laudare athenienses solent. DEM. Qui circa Salamina habitant mortuo Aiace, tūc primum apud se florem apparuisse dicunt colore candido/ac leuiter rubente, foliis etiam lilio minorē:quibus literæ insunt, ut hyacinthis. Audiui quæ nam ad armorum iudicium spectātia/Aeoles:qui postea Ilium incoluere, dicere consueuerunt. Aiunt. n. Achillis arma, cum Vlysses naufragium fecisset ad Aiacis tumulum delata. quod autem ad eius magnitudinem corporis pertinet, uir mysus hoc mihi referebat. Aiebat enim eam tumuli partem:que uergit ad littus mare inundasse:aditumq̄ ad tumulum haud difficilem fecisse: & hoc me argumento cadaueris magnitudinē coniicere iubebat, q̄ ossa eius genibus apposita:quas medici μύλας uocant, Pentathli pueri discum referrent. IOAN. Plinius naturalis historiæ libro uigesimo primo Hyacinthum inqt comitatur fabula duplex Luctum præferens eius:quem Apollo dilexerat:aut ex Aiacis cruore editi ita discurrentibus ueuis, ut græcarum literarū figura αἰα legatur inscripta. Est in primo græcorum Epigrāmaton libro sine titulo tetrastichon:cuius sensus Aeolum de

Achillis armis sermoni adamussim cõgruit. Ait. n. post Vlyssis naufragium Achillis clypeum non in Ithacam: sed ad Aiacis tumulum fuisse delatum. est aũt hoc, ἀσπίδ᾽ ἀχιλλῆος τὴν ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν, λαερτιάδης δαναῶν εἷλε κακοκρίσιη. ναυηγοῦ δ᾽ ἡ θάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβον αἴαντος κινητὴν ἔμεισεν οὐκ ἰθάκῃ. Adrianus imperator ut in Heroicis Philostratus recitat, cum Troiã peteret, Aiacis tumulum maris alluuione: iuxta quod situs erat, dirutum instaurauit: cuius non nulla ossa est & amplexatus, & osculatus: quę quidem compacta decem cubitorum hominem prę seferebant. DEM. Lade insula est e regione Milesiorum ciuitatis: a qua duæ alię paruę insulę abscissę sunt: quarum altera Asterii nominant: inq; ea Asterium sepultum aiunt. Esse autem Asterium Anactis: Anacta uero terræ filiũ. Cadauer ipsum nihilo est decem cubitis minus. In Lydia superiori est ciuitas non magna τημένου πύλαι: ubi ui tempestatis dehiscẽte tumulo ingens hominis apparuit corpus: quod Geryonis Chrysaoris filii esse crediderant, & eiusdem eẽ solium elaboratum rupe quadam montanã, & Torrẽs fluuius: quẽ oceanum appellabant. Addebant quosdam inter arandum boum cornua adinuenisse. nam Geryonẽ optimas pauisse boues fama est. Sed cum Geryonem Gadibus sepultum accepissent, Hyllum e terra genitum opinabantur: a quo fluuius nomen accepit. Herculem uero ob eam: quę sibi cum Omphale intercessit consuetudinem, filium a fluminis nomine Hyllũ appellasse dicebant. HIER. Cum Stephanus Niger preceptor noster Liuium ab urbe condita interpretaretur: atq; ad eum iam peruenisset locum: ubi de ipso Hercule, deq; Geryonæ bobus Liuius meminit, gręcũ citauit adagium: cuius expositione ea continentur: quæ a nullo, quod sciam, adhuc latinis mãdata sunt literis. quare nos id in latinum uertemus sermonem. Est autam hoc τρικέφαλε γηρυόνα. i. triceps Gerione, in eos: qui efferatis sunt moribus. Aiunt. n. Geryonem fuisse tricipitem. quod cum haud quaq̃ uerisimile sit, hoc in fa

bulę errorem homines deduxisse uidetur. Ciuitas est in Euxino ponto Τρικαρηνία nuncupata. Erat autem Geryones ea tempestate, cum aliis opibus, tum uel maxime mirabili bouũ grege nominatissimus: quos cum Geryone interfecto abigeret Hercules, omnes admirabantur. Cęterum cum percunctantibus cuius nã fuissent boues, γηρυόνου τοῦ Τρικαρήνου responderetur, hinc factum est, ut q̃ plurimi Geryonem fuisse tricipitem suspicati sint ἀπὸ Τριῶν καρήνων inclinato nomine. Legitur apud Aristophanem βούλει διὰ μάχεσθαι Γηρυόνη τετραπτίλῳ, quasi Geryones quattuor habuerit capita. Sed innuit Aristophanes Lamachi cuiusdam galeam triplici ornatam cono ἀπὸ τῶν πτίλων galeę impositis. Est apud Suidam Γηρυόνεια λίθαρα, & Γηρυόνειον νῆμα. fuit aũt Geryones (ut Hesiodus ait) Chrysaoris filius: quem ex Calliroe oceani filia suscepit. hunc non tricipitis naturę, ut fabulis proditur, fuisse ferunt: sed tres fratres tanta inter se concordia, ut uno animo omnes regi uiderentur: quem cum Hercules in Erythea iterfecisset, eius ossa in olympiade dicauit: quo fides a posteris certamini haberetur. erat enim omnium maximus: quos unq̃ Hercules uidisset. Sed quoniam de ingentis hominis procęritate meminit Pausanias, quod apud Philostratum in heroicis de corporis humani procęritate legimus, non ab re fuerit referre. Orestis cadauer septem cubitorum in Nemea Lacedęmonii inuenere. In Lydia terrę motu hiante solo equus ęneus detectus est: in quo positũ erat cadauer maius multo, q̃ ut hominis uideri posset. Ariaden: quem alii Aethiopem: nonnulli indum esse dixere, triginta cubitorum magnitudine existentem, orontę fluminis pręrupta ripa in Assyriorum agro in lucem edidit. In spelunca sigei montis inuentum est Cadauer duorum/ac uiginti cubitorum. fuerat autẽ Gigas: quem pro Troianis pugnantem Apollo interfecit. in Co insula, dum fodiebatur uinea, reperta est arca: in qua duodecim cubitorũ Gigas latebat: in cuius capite habitabat draco. Menecrates stiriensis inuenit in lemno gigantis cadauer:

cuius calua plusquam duarum amphorarum cretensium uini capax erat. Ait preterea idem Philostratus Hylli Herculis filii ossa in phrygia iacere. Aloidarum uero in Thessalia: qui procul dubio ad nouem iugerum proceritatem excreuere, ut a poetis canuntur. Alcyonei ossa neapolitanis Italiam incolentibus admirationi fuere. Aiunt enim quam plurimos gigantes ibi fulmine ictos/Besbiumq; montem super ipsis flagrare. In Pallene quoq;: quam phlegram poetę appellant, multa huiusmodi corpora iacent Gigantum uidelicet ibi castrametantium. Protesilaus uiginti annos natus ad Troiam profectus est: cuius proceritas decem fuit cubitorum. DEME. In Salamine Cychrei extat sacellum. Nam cum Athenienses prelio nauali aduersus medos pugnarent, Draconem in nauibus ferunt apparuisse: quem Apollo Atheniensibus Cychreum Heroem esse cecinit. Psytallea insula est ante Salamina. LVD. Hāc Herodianus psyttalen appellat. uidetur autem inquit Stephanus primitiuum esse Psytalea, ut Mantinea/Erythea/Zelea: a quibus per Synaloephen facta sunt Mantine/Erythe/Zele. accepit autē nomen a Psyttalo. DEM. In uia, quæ ab Atheniēsibus sacra nominata Athenis Eleusinen ducit, Anthemocriti extat monimentū. ibi. n. a Megarensibus fuerat interfectus, cū prę conem agens eis ne amplius agrū colerent, nunciasset. Est & Molotti tumulus: qui Atheniensibus tūc prefuit, cū Plutarcho suppetias ferentes in Euboeam transierunt. Est & locus Sciron a sciro dodonæo uate denominatus: qui Palladis scirados uetustissimū in phalero condidit templum. Is in prælio cecidit, cum Eleusinii aduersus Erechtheū pugnarent. Tunc. n. ex Dodone uenerat: sepultusq; est iuxta torrentem. unde & fluuio/& loco inditum nomen. Extat & Cephisodori sepulchrum: qui pro Atheniensi populo maxime est Philippo Demetrii filio aduersatus: authorque extitit, ut Rex Attalus/Ptolemæus/Aetoli/Rhodii/Cretenses cum Atheniensibus societatem inirent:

Romanorumq; auxilium contra Macedonas impetrauit. In eadem uia sepultus est & Heliodorus/& Themistocles Poliachi filii:& Laciæ herois lucus:& populus quem lacidas nominant. Deinceps Nicoclis tarentini extat monimentum: qui inter Cytharędos maxime excelluit:& Zephiri ara/Cererisq;/ac Liberæ sacellum: cum quibus Neptunus/ac Pallas coluntur. In hac regione Phytalum aiunt hospicio cererem suscepisse: deamq; ut gratiam referret, fici plantam dedisse: cuius rei testimonium prebet epigramma Phytali tumulo inscriptū ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως φύταλος ποτὲ δέξατο σεμνὴν δήμητραν ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν ἣν ἱερὰν συκὴν θνητῶν γένος ἐξονομάζει. ἐξ οὗ δὴ τιμὰς φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως. IOAN. ἱερὰν συκὴν appellant Athenienses locum: in quo primum inuenta est ficus: ciusq; fructū. ἡγητηρίαν nuncupant, q ex mitioribus alimentis hoc primum inuentum sit. author Athenęus. Attica regio, inquit Antiphanes mel/panes/ficus potissimum fert. Istros i Atticis ait interdictum fuisse Atheniensibus, ne quispiam extra Atticā schadas ficus apud se genitas exportaret, ut soli atticæ incolę fruerentur: sed cum a multis clam surriperentur, qui eos iudicibus indicabant, primum sunt Sycophantę appellati. hinc ē q Alexis ait Sycophantem inique inter improbos recenseri, cum optimi ad id uiri deligerentur. cui & Philomnestus assipulatur. ait. n. in tractatu de olynthis ficubus in Rhodonascētibus. Sycophantes hinc denominatus est, q tunc & mulctę/& tributa, ficus/Vinum/atq; oleum essent: quibus remp. administrabant: & qui hęc exigebant/atq; indicabant Sycophantæ sunt, ut uidetur appellati. cui munerifide digni adhibebantur uiri. Laconicę ficus meminit in agricolis Aristophanes: Quam a plantæ paruitate paruam nuncupauit. Phrygiarum mentionem facit Alexis. φιβαλίων ficuum meminerunt Comici: phibaleas quoq; Myrtos appellant. Chelidoniarum ficuum meminit Epigenes. Callistruthiæ

ficus sunt Romæ inquit Athenęus: ubi & Chia commendatur ficus/& labiana/& Chalcidica nominata/& Aphricana ut Herodotus lycius testatur. Cauneas ficus laudibus prosecutus est Parmenio Bizantius, a Caunis Aeolica ciuitate. q autem & a Cauno Cariæ ciuitate laudentur ficus, hoc inquit Athenæus comune est. Ficus taxalias appellatas memorat Ephesius Heracleon. Hæmonias ficus parii celebrant: quę & apud Lydios habentur a sanguinęo colore sic cognominatæ inquit Athenæus. differunt autem a cęteris ficis: quo apri sapore a suibus. λευκερινεὸς ficus est species: quam Athenæus eam esse autumat: quę candidas producit ficus. ἐρινῶν σύκων meminit in scirone Euripides: quarũ arbor caprificus est: quę Erinos siue Erincos masculino genere dicitur. Hermonax in linguis creticis ficorum genera scribit Amadea/& Nycilea. Philimon in Atticis dictionibus ait quasdam ficus basilea uocari: a quibus & Iscadęs basilides dictę/addens & illud κόλυθρα dici τὰ πέπονα σύκα. Hybernas ficus cydonæa ab Achiuis appellari Pamphilus inquit/Aristophanẽ in linguis id Laconicis dixisse memorans. κορακίων σύκων Hermippus in militibus meminit. Quę in Creta cypria ficus nominatur, ex trunco/crassioribusq; stipitibus fert fructum ut Theophrastus ait: qui & ficuum: quę prodromi appellantur, meminit. Seleucus in linguis protericẽ ait appellari fici genus: quæ fert prę cocem fructum. τὸν ἐρινεὸν biferum eẽ tradit Theophrastus. alii triferum ut in Coo insula. Ficuũ nomina apud Athenæũ sunt Sycobasilea/cirrho ceeladia/hyladia/Sarcelaphea/Lapyria/Picridia/Dracondia/Leucophia/Melanophia/Crenea/milæca/Ascalonia. Deficuum autẽ appellatione tradens Triphon in secundo de plantis historię libro/Dorionem ait in Georgico scribere. Syceam unum fuisse de Titanibus: quẽ cum Iupiter insectaretur, terra mater suscepit/& in eius gratiam Sycean hoc est ficum plantam edidit. unde & Sycea ciuitas in Cilicia Phrinicus uero poeta heracleotes genere a Syce Hoxyli filia syceam appellatã tradit. Noxilũ.n. orii filiũ

hamadryadi sorori iunctũ genuisse Caryan/Balanõ/Craniũ/ Orean/Aegiron/Ptelean/Ampelõ/Sycen:hasq; Hamadryadas nymphas appellari:multasq; ex his arbores denominatas. Demetrius Scepsius eos fieri ἰυφῶνους autumat:qui ficubus nõ uescantur. habentur hæc a ficu deducta prouerbia συκίνη ἐπικουρία quod inutile/atq; infirmũ significat tractũ a ficu arbore:quę inutilia atq; imbecilla facit ligna:cui simile ẽ συκίνη μάχαιρα .& συκίνη βακτηρία .sunt tamen qui uelint ficulnum gladiũ Sycophantem innuere. Est & aliud adagiũ σῦκον ἀ ίλῦ ς:quo in adulatores utuntur. Nam Athenienses agricolis tũc maxime blandiebantur, cũ pręcoces ficus ab illis accipere cupiebant. pretera σῦκον ἐφ' ἑρμῆ adagiũ est in his: quæ ad uolentiũ utilitatem exposita sunt. nã si quãdo apparuisset ficus, eam Mercurio dicabant:quã unicuiq; sumere licebat. DEM. Est & Theodori monimentũ:qui sui tẽporis optimus extitit Comędus. Iuxta fluuiũ simulacra sunt Mnesimaches.f.& alterũ tonsi pueri ab his dicatũ:q Cephisso flumini pueri comã totanderãt. mos.n.gręcis fuerat, ut fluminibus comã dicarent:quod ex Homeri carmine conĩicere licet: qui Peleũ inducit Sperchio flumini uota suscipientẽ, si Achilles filius incolumis ex Troia redierit, se illi comã detõsurum. Vbi primũ Cephissum traieceris uetus est ara μειλιχίου Διός, ubi Theseus post multos alios latrones, Sinimq; ex Pittheo affinẽ interfectos, a Phytali nepotibus lustratus ẽ. Cyamitę quoq; templũ uisitur haud magnũ. equidem nõ habeo quod pro cõperto affirmare ualeã, an hic primus fabarũ sationem docuerit, an ita potius Heroẽ aliquẽ ornauerint. nã fabarum inuentionem ad cererem referre nequeũt. Harpalus Vir Macedo cum Athenas ab Alexandro fugisset, Pythionicem meretricẽ uxorem duxit:cui struxit monimentũ, omniũ:quæ in gręcia sunt maxime spectatu dignum. Cephalũ Deionis filium una cũ Amphytryone in Teleboas profectũ tradunt:insulamq; primum habitasse:quę ab eo nunc. Cephalenia nuncupatur. Nã antea cũ ob Procridis uxoris cędẽ Athenis exu

laret, Thebas habitabat:cuius nepotes Calcinus/ac Dęτus
ex Apollinis oraculo decima ætate post Athenas redicre:ci-
uitateq; donati sunt. HIER. Hic est ille Cephalus:cuius in
Iliados comentariis meminit Eustathius. Ait.n. Cephalus a
quo Cephallenes denominati atau9 fuit Vlyssis. Nã ab eo na
tus est Celeus:a quo Arcesius:unde Laertes:a quo Vlysses.
huuc Cephalũ Athenis exulantẽ cũ Amphitryo excepisset,
captã ei insulã tradidit:cui facta est cognominis. DEM. ῥει
τοι:qui appellãtur fluxum tantũ fluminũ prebent. nã aqua ip
sa mare est. Dicuntur aũt Cereris & Proserpinę sacri:unde so
lis sacerdotibus capere pisces licet. hi Eleusiniis Athenas uer
sus fines fuerant. post hos habitabat Crocon:ubi nunc quoq;
regia appellatur Croconis. hunc quidẽ croconem Atheniẽses
nõ omnes:sed qui populi Scambonidũ sunt, Celei filiã Dæsa
rã uxorẽ habuisse ferunt. Eumolpus Neptuni/& chiones:quã
Boreas ex Orithyia susceperat, filius:quẽ Homerus Ageno-
ra nũcupat, ex Thracia Eleusinẽ migrauit:cuius monimentũ
est post Rhitos. LVD. Huius Eumolpi in oratiõe panegy
rica meminit Isocrates, quo duce humili adhuc existente græ
cia Thraces in Atticũ agrũ uenisse memorat. Eleusinii quoq;
eodẽ duce aduersus Erechthea Atheniensiũ regem bellũ gesse
re:ut in secũdo scripsit Thucydides. Homerus in eo Iliados li
bro:q signa elemẽto iscribitur, Achillis clypeũ a Vulcano fa
brefactũ describit:in quo post exculptũ cęlũ/terrã/mare/side
ra, duas quoq; miro artificio in eodem impressas ciuitates ait:
quas Agallias Corcyrensis:qui Aristophani familiaris fuit,
Athenas/atq; Eleusina his ductus argumẽtis eẽ cõtendit. Nã
priorem ait esse Athenas, ꝙ post conditũ orbẽ prima omniũ
ciuitas fuerint Athenę:in qua tibiarũ cantu hymenęi propter
ea celebrãtur, ꝙ Athenis primũ & hymenęi celebrati & tibię
a Pallade inuentę fuerint. Iudiciũ ꝑterea in Eadẽ constitutũ/
duoq; proposita iudicaturis talẽta, ꝙ primũ iudiciale forũ sit
Athenis institutũ:ubi Mars ob Halirrothii cędẽ a Neptũo ac
cusatus absolutus ẽ:& Iudices apud Atheniẽses ꝑmia cõsequã

tur. Alterã uero Eleusinem, q Athenienses aduersus Eleusi-
nios bellũ gesserint: in quo Mars ac Pallas Atheniensibus ad
fuerunt, Alter q in Ariopago absolutus esset gratiã referens:
Altera ut suæ ipsius ciuitati auxiliaretur. Eleusiniis uero Eu-
molpus/ac Neptunus suppetias tulere. Cętera: quæ inducun
tur Eleusini maxime cõueniũt ἱερεῖα καὶ τρίπολος q ceres
Eleusiniis primũ fruges elargita sit ἠδὲ ζείδωρος ἀλωὴ ad Ica
rium/ac Dionysum referri põt. Cęterũ chorus uarius Thesei/
atq; Ariadnes innuit actiones. ipse aũt totius operis author.
Vulcanus hæc propterea effinxit, ut Erichthonio filio Athe-
niensium regi gratificaretur. DEM. Immaradus Eumolpi fi
lius cecidit in prelio Eleusiniorũ cõtra Athenienses: in quo &
Erechtheus Atheniensiũ rex desideratus est. Diogenia/Pãme
rope/Sęsara Celei filię: quæ una cũ Eumolpo Cereris/ac Pro
serpinę sacra faciebãt. Eumolpo defuncto supstes fuit Ceryx
inter fratres Iunior: quẽ ipsi Ceryces ex Aglauro Cecropis fi
lia/& Mercurio genitũ tradunt: non aũt ex Eumolpo. IO.
hinc est q, Suidas ait Ceryces genus est Athenis a Ceryce
Mercurii filio denominatũ. ab hoc Ceryce, ut nõnulli tradide
re κήρυκες a grecis dicti sunt: quos Homerus Iouis/ac uirorũ
nuntios appellat. Grãmatici hoc nomen deducunt ἀπὸ τοῦ
κηρύσσω, quod fit ἀπό τοῦ γηρύω, per paragogen. & . γ . in. κ.
ς. in. κ. mutationẽ. κηρύκεια aũt Isęus ait, merces dicitur: quæ
pconibus traditur. Licet pro pręconio ẽt ut Suidę placet acci
piatur. κηρύκιον neutro genere Caduceus erat: quẽ Caducea
tores pręseferentes tuto hostes adibant. Erat aũt rectus bacu
lus: cui gemini erant aduersa inter se frõte impliciti serpẽtes,
ut Caducei rectitudo rectã indicaret orationẽ. Serpentes uero
oppositos exercitus, author Suidas. Plinius naturalis historię
libro trigesimo de anguiũ complexu: quo ouũ formant locu
tus addit. hic tamẽ cõplexus anguiũ: & efferatorũ concordia
in causa uidetur esse quare exterę gentes caduceũ in pacis ar-
gumẽtis circũdata effigie anguiũ fecerit: neq;. n. Cristatos eẽ
in caduceo mos est. Ceryceum est utidem Suidas ait etiã mer

ces:qua caduceatores donabantur. Ceryx Aristoteli piscis dicitur e testa cõtectus. buccinam latini appellant. DEM. Est & Hippothoantis Heroum: a quo tribus nomen accepit: & haud inde procul Zarecis: quem ab Apolline musicen percepisse memorant. Ego Lacedæmonium Zarecem puto: & ab eo Zarecem maritimam Laconię Ciuitatem cognominatã. HIER. Zarex, inquit Stephanus ciuitas est laconica iuxta mare: & Heros Atheniensis: citatq; hunc Pausanię locum. Hippothoon ut Suidas ait Hippothoonti tribui cognominis est. DEM. Cephissus ad Eleusinen labens priore uehementiorem prebet fluxum: iuxta quem Erineon: hoc est Caprificum appellant: qua Plutonem rapta Proserpina descendisse memorant. non procul ab hoc Cephisso Theseus batronem nomine quidem Polypemonẽ cognomento uero Procrusten interfecit. LVD. Hinc est q; Ouidius ait, Vidit & immitem Cephessias ora procrusten. nã Cephessias ora attica regio dicitur a fluuio cephisso. Plutarchus in uita Thesei, Procrusten inquit id tormenti genus pati coegit Theseus: quo ille hospites e uita sustulit. DEM. Est Eleusiniis triptolemi templum/ Dianæq; propylęæ/ & Neptuni/ ad puteum callicorum nominatũ: ubi Eleusinię mulieres primũ chorũ instituerunt/ deęq; laudes cecinerunt. Rhariũ autẽ campũ primũ semina cepisse ferũt/ primasq; ibi fruges prouenisse. quo factũ est, ut ex eius campi ordeo confecta mola in sacris uterẽtur: pẽmataq; .i. placentas conficerẽt. IOAN. Rharius, inquit Stephanus, cãpus est in Eleusine: & rharia terra: & rharias ceres. Suidas uero ait Rharus filiũ habuit Celeũ: ex quo genitus Triptolemus. sed cũ Rharus errantẽ Cererẽ: ac filiã quæritantẽ/ hospitio suscepisset, huiusce officii causa dea Rhari nepotem Triptolemũ frumenti culturã docuit. Quare libro secundo Iustinus scribit. frumẽti sationẽ apud Eleusina a Triptolemo repertã: & in eius muneris honorẽ noctes initiorũ sacratas. Triptolemũ Osiris colẽdis atticis agris pręfecit: ut in prio Siculus Diodorus refert. DEM. Eleusinen heroẽ: unde

ciuitati nomen inditum. Alii ex Mercurio & Dacra oceani fi
lia genitum dicunt. Alii Ogygum eius fuisse genitorem tradi
dere. HIER. Eleusis, inquit Suidas ciuitas est ab Eleusino
Mercurii filio denominata: cui & Moscopulus grammaticus
adstipulatur. Eleusis, ut Stephanus scribit, populus est Hip
pothoontidis tribus. popularis Eleusinius dicitur. Est & Cere
ris Proserpinę Eleusiniæ templum. Erat & sub Citherone pe
nes Nyseos templum uetustissimum Cereri Eleusinię / ac Pro
serpinæ dedicatū, ut in Aristidis uita refert Plutarch9. DEM.
Ex Eleusine uersus Bœotiam conuersis Atheniensibus fines
sunt Platæis / & mons Cithæron. paulo ultra Eleutheras: quæ
urbs quōdam Atheniensium terminus uersus Bœotiam fuit,
antrum est / iuxtaq; aquę gelidæ fons. in eo Antro Antiopam
filios a se editos deposuisse tradunt: quos pastor repertos uin
culis solutos primum in fonte abluit. LVD. Est inter grę
corum adagia ἀρτιόπιο θεῖτος. quo prouerbio in eos utun
tur: qui grauia preter æquitatem perpessi eorum mox solutio
nem consequuntur. Nam Antiope Nyctei filia, cum e ciuibus
quidam ei uitium intulisset, a patre propterea missa est ad Ly
cum fratrem, ut ab ea pœnas sumeret: qui grauidam conspica
tus miseratione ductus ignouit. Zethum tamen & Amphio
nem filios ab ea in lucem editos ad montem Citheronem ex
posuit. Erat autem Lyco uxor nomine Dirce: quę cōiugis sui
in Antiopen amorem suspicata in mōtem eam adduxit: quā
tauri collo alligatam ipsius cornibus accensis additis facibus
dilaniandam dederat: ad cuius lamentationem agricolarū fa
ctus est concursus: inter quos Zethus / & Amphion cum ma
trem agnouissent, eam confestim liberarunt: Dircen uero pro
posito supplicio adhibuerunt: Lycum in prælio superarunt:
Thebas condiderunt: ibi usq; ad Laium / atq; Iocastum Oedi
pum cognominatū imperarunt. DEM. in uia: quæ ab Eleu
sine Megara uersus ducit, puteus est Anthion phrear appel
latus. super hoc puteo Cererem post filiæ raptum sumpta ani
li forma sedisse aiunt. Indeq; ipsam ut Argiuam mulierē a Ce

lei filiabus. ad matrem perductam: eiq; Maganiram alendum filium commisse. Paulo post puteum templum est Meganirę & deinceps eorũ tumuli: qui ad Thebas oppetiere: quos The seus prelio uictis Thebanis, Eleusina detulit: & in hac uia sepulturæ mandauit. Licet Thebani dicant se cadauera sponte reddidisse: nec omnino pręlium conseruisse, Creonte tũc The bis imperante. Alopes monimentum est post argiuorum tu mulos: quę cum Hippothoontem Neptuno peperisset, ibi a Cercyone patre dicitur interfecta. Hic Cercyon uir immanissimus hospites etiam inuitos ad Luctam compellebat. unde factum est ut locus Cercyonis diceretur: quem Theseus arte potius q̃ uiribus superauit. Nam luctandi ars a Theseo primum inuenta est: & ab eo Luctę instituta est disciplina, cum prius magnitudine: ac robore ad luctas uterentur. IOAN: Existimabat Protesilaus, ut inquit Philostratus, Luctam esse ociosi: Sagittariam timidi. Palestram Mercurii filiam in Arcadia luctam inuenisse idem Philostratus author est. sunt ta men qui uelint Palestram a Mercurio Aegyptio excogitatã. unde Oratius de Mercurio loquens ait. Catus & decoræ mo re palestrę. Plinius libro septimo Gymnicos ludos Lycaonẽ in Arcadia excogitasse prodidit. Lacedæmonii primi nudata corpora oleo unxerunt, ut author est Thucydides. Diotimus in eo Epigrammate: quod in Herculem / atq; Antæũ scripsit, minime mirum est inquit, q Antæus in Palestra ab Hercule fuerit superatus, cum lucta argiuorum sit inuentum non libycorum. sunt qui uelint ut Pindari interpres ait, Theseum Pan cratio cum Minotauro certasse: Pancrationq; Thesei iuentũ. Aristoteles tamen ait Leucarium Acarnanem omnium primum Pancratio artem adhibuisse. Polemon scribit Phorbantem Atheniensem luctam inuenisse. q autem Theseus luctã a Pallade didicerit, Ister memorat. DEM. Nisęa adhuc Megarensibus est nauale / a Niso Aegei fratre sic appelatum. A HIER. Nisæa, inquit Suidas, Megarensium est nauale. tota etiam Megarensis regio Nisęa uocabatur a Niso Pandio-

nis filio Hellanicus νισαῖον ἐπὶ τῇ ναυκαὶ νίσον τοῦ πανδίονος.
Est & Nisæum in Perside locus, ut idem Suidas ait: ubi uelocissimi proueniunt equi, Nisæi appellati. alii uolunt campum esse in Media nomine Nisæum: qui maximos ferat equos. Ipse quoq; Megarensium portus Nisça nuncupatur, ut Thucydides in quarto refert. DEM. Megara hoc nomen accepere: uel a sacellis Cereris tunc primũ Epicare regnante ibi exędificatis: quę homines Megara nominabãt: uel ut Bœotii uolunt a Megareo Neptuni filio: qui Minoe Cretensium rege aduersus Megarenses bellum gerẽte, ex Onchesto cum Bœotiorum exercitu intra urbem profectus in pręlio cecidit: ibiq; sepultus urbi nomen indidit: cũ prius Nisa diceretur. LVD. Megara ut Stephanus ait, Ciuitas est circa Isthmũ intra peloponnesum / Atticam / & Bœotiam sita: cuius nauale Nisęa. Nomen autem accepit a Megareo Apollinis filio: uel Aegei / Pandionis / Erechthei / Vulcani: uel a regionis asperitate: ex qua oriundus est Theognis: qui præcepta cõscripsit. Erat etiã Schola philosophorum Megaricorum dicta: quæ Euclidem Megarẽsem socraticum suscepit, ut Strabo in nono. Est & in Thessalia Megara ciuitas: & in ponto: quarta & in Illyride: Quinta ĩ Molosside: Sexta in Sicilia: quæ prius hyble ab hyblone dicebatur. Est & adagium μεγαρέων δάκρυα in eos q non proprio dolore: sed ui lachrymas effundunt. Aiunt enim Bacchum quendam Corinthium Clytii Megarensium regis filiam uxorem duxisse: qua defũcta Megarenses coegit clytius ut uirgines / ac celibes ad lugendam filiam Corinthum mitterẽt. alii ad maximã allii copiam in Megarẽsi agro prouenientis prouerbium referunt: cuius acrimonia uescentibus eo, etiam inuitis lachrymas exprimit. Megaricæ sphinges meretrices quędam sic appellabantur, ut in Michaelis byzantii uiolario legimus. DEM. Aiunt Megarenses Lelega ex Aegypto profectum regnum obtinuisse: eoq; imperante leleges homines appellatos fuisse. Ex Cledone autem Lelegis filio Pylam genitum: ex Pyla Scyronem. hunc uxorem duxisse

Pandionis filium:inter quem & Pandionis filium Nisum orta de regno contentione Aeacum arbitrum regnum Niso/posterisq; adiudicasse:Scironi uero belli ducatum. Cęterum Megareum, cum Iphinoen Nisi filiam uxorem duxisset, Niso in regno successisse memorant. Creticum autem bellum:urbisq; regnante Niso captiuitatem scire omnino nolunt. Intra Megarensium urbem fons est a Theagene extructus/columnarum multitudine spectatu dignus:in quem illabitur aqua sithnidum nympharum appellata. Nymphas autem sithnidas sibi esse patrias Megarenses autumant:& cum unius earum filia Iouem rem habuisse:Indeq; natum Megarum Deucalionis tempore diluuium euasisse/in Geraniam montem nondũ hoc nomen adeptum. sed quoniam ad gruum superuolantiũ clangorem enatauit, inde monti nomen Geranię inditum. IOAN. Gerania inquit Stephanus ciuitas est phrygię:nec non & mons Megara/& Corinthum:ex quo Ino Athamantem fugiens desiliuit:cuius primitiuum est Gerane. sed quoniam in Deucalionii diluuii incidimus mentionem:quid de ipso deucalione in Michaelis uiolario legerim in medium proferam. Deucalion:qui circa Phthiam locis imperitabat, Pyrrhã Epimethei/& Pandorę:quam primam mulierẽ dii finxerunt filiam, uxorem duxit:sed cum Iupiter Aeneum genus omnino perdere statuisset, Prometheus Deucalionẽ filium monuit ut ligneam arcam strueret:& in ea ad uictum necessaria imponeret. qua una cum uxore pyrrha, uniuersa undis obruta peloponneso, ad Parnassum montem incolumis delatus est:ubi cum Iam pluere desiisset, Ioui sacra fecit:petiitq; ne solus relinqueretur:cuius exauditis precibus Iupiter pręcepit, ut cum ipse, tum etiam uxor lapides post terga iacularentur. fore.n. ut humanam sumerent formam. Thrasibulus uero, ut in eodem legimus uiolario. Deucalionem ait post diluuium ĩ Epirum uenisse:ibiq; a columba quercui insidente accepto oraculo:collectisq;:qui diluuio superfuerant, habitasse:& a Dodone oceani filia regionem ipsam Dodonẽ nuncupasse. DEM.

Dianæ σωτήρας statua est in uetustissimo templo iuxta Megarensium fontem extructo. Nam Dianæ auxilio exercitus Mardonii partem agros populantẽ Megarenses trucidarũt. sunt in eodem templo deorum: qui duodecim appellantur, simulacra, Praxitelis opus: Dianam uero ipsam Strongilion effinxit. extat & Iouis olympii templum: cuius simulacrũ propter Lacedęmoniorũ contra Athenienses bellum, imperfectũ est. Iouis. n. facies ebore atq; auro cõstat. reliqua uero luto/ac gypso. opus autem esse Theocosmi Megarenses dicunt: adiuuante tamen Phidia. supra Iouis caput Horę sunt & Parcę. nemini. n. dubium est, quin Ioui fatum pareat: Ipseq; Horas, ut opus est, distribuat. HIER. Apollonii interpres hos eẽ deos ait: qui duodecim nominantur, Iouem/Apollinem/Mercurium/Neptunum/Martem/Vulcanum/Iunonem/Dianam/Palladem/Cererem/Venerẽ/Vestam. Quod autem ad fatũ pertinet, Prometheus apud Eschylum, ipsum quoq; Iouẽ non posse fatum declinare hoc Iambico trimetro ostendit οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην, nam de Ioue loquitur. Parcas idest clotho/Lachesim/& Antropon modo noctis esse filias tradit in Theogonia Hesiodus: modo ex Ioue & Themide genitas: quæ Ioui horas quoq; peperit, Eunomien/Dicen/& Irenen: quæ bona mortalibus partiuntur, Nam Eunomię nomẽ a bonorum distributione sortita est Dice, q̃ δίχα de aliqua re inter se certãtes atq; ambigentes disiungat/ac dirimat. Irene uero q̃ non armis: sed oratione discernere faciat. nam τὸν λόγον appellant Irenen. has Homerus Cæli portis præesse dicit: cœlumq; curare: idq; modo serenum, modo nubilum reddere. unde quatuor illa inter se diuersa anni spacia horę tam a græcis q̃ a nostris appellantur. Oratius de Ioue loquens ait, Variisq; mundum temperat horis. Dictę autem sunt horę, ut in Cratylo refert Plato ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν q̃ terminent quatuor anni tempora/fructusq; ex terra nascentes. Phurnutus cum iouem μοῖραν quoq; esse dixisset: deq; parcis ipsis eẽt locutus, Atropon de parcis tertiam, Adrastiam etiam/& Ne-

mesim/& Opin appellari dicit. Adrastiam quasi ineuitabilē aut efficacissimam, ut hęc particula α. intentionem significet: Opin q̄ ὄπισθεν lateat: quęq; a nobis supplicio digna cōmittuntur, obseruet. DEME. Solon elegiaco carmine impulit Athenienses, ut Salamina Megarensibus eriperent. Megarenses uero aiunt uiros fugitiuos: quos Doryclilos appellant: Salamina Atheniensibus prodidisse. LVD. Hic est ille Salaminius Solon Execestidæ filius inter septem gręcię sapientes adnumeratus: cuius elegiacum poema Salamis inscribitur, ut Suidas testatur: qui, ut Apollodorus in libro de philosophorum sectis tradit, hęc mortalibus praecepta dedit καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε. μὴ ψεύδου. τὰ σπουδαῖα μελέτα. φίλους μὴ ταχὺ κτῶ, καὶ οὓς ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. συμβούλευε μὴ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ ἄριστα. νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ. μὴ κακοῖς ὁμίλει. θεοὺς τίμα. γονεῖς αἰδοῦ. DEM. Caria arx est Megarensiū a Care Phoronei filio ita nuncupata: in qua Bacchi nyctelii est templum/Venerisq; Epistrophiæ fanū/& noctis appellatum ὀπιμαντεῖον/& Iouis κονίου templum sine tecto. Aesculapii autem/& Hygeæ simulacra Bryaxus effinxit. Ibi est & Cereris appellatum Megaron. i. ędes magna: q̄d a Care regnante structum dicebant. IOAN. Est & Caria Asiatica regio: ubi Mausolus imperauit: qui ut Theopompus ait pecuniarum causa nulla unq̄ re abstinuit; cuius sepulchrū tanta fuit admiratione dignum, ut inter septem totius orbis miracula recenseatur: indeq; prouerbium deductum sit καρικὸς τάφος, quo in ea: quę magnificentissime/atq; opulentissime structa sunt, uti consueuere. a Caria aliud quoq; adagiū deriuatur καρικὸς τράγος in ea quę uilissima existunt. De Caria hoc uulgatum inquit Cicero. Si quid cum periculo experiri uelis in Caria id potissimum esse faciundum. Descendētibus ab arce Alcmenes occurrit moninientum: quæ Argis Thebas petens in itinere obiit mortem. Est & Hylli Herculis filii sepulchrum: qui ab Echemo arcade singulari certami-

ne occisus est Leonem Cithæronium appellatum: qui cū multos alios, tum Euippum Megarei regis Megarensium filium occiderat. Alcathus a pelope genitus interfecit. quare a Megarensibus rex creatus: qui predixerant, eum imperium habiturum: qui Leonem perderet. Apollinis/ac Dianæ templum struxisse dicitur, & alterum ἀ'γρεαν: alterā ἀγροτέραν quod idem signat appellasse. Hippolytes Antiopes sororis monimentū est Megaris iuxta Pandionis heroū in ἀιθυίας ἀθυίας scopulo sepulti, Peltæ amazonicę speciem referens: quę uictis Amazonibus, quibus ipsa imperabat, in bello propter Antiopen, aduersus Thesēum suscepto, cum paucis Megara confugit, nimioq; affecta mœrore interiit. nō procul inde est Terei tumulus: qui ut Megarenses aiunt circa fontes Megaridis appellatos imperauit. Sed ut ego multis adductus coniecturis arbitror, in Daulide supra Chæroniam regnum obtinuit. Iamdiu.n. maximam eius partem: quæ nunc Hellas dicitur, barbari incolebant: quos postq̄ Tereus ob ea quæ & ipse in Philomelam/& mulieres in Itym commiserant, in ditionē redigere non ualuit, Megaris sibi manum consciuit: cui statim structus est tumulus/sacraq; singulis peragūtur annis: in quibus calculis pro mola utuntur: ubi Epopa auem primum uisam tradunt: mulieres uero Athenas profectę nimio fletu confectæ in luscinias/Hirundinesq; propterea transformatæ dicuntur, q; harum auium cantus lugubris/ac miserabilis uideatur. HIER. Thucydides libro secundo ait, Tereū: qui Procnen Pandionis Atheniensium regis filiam uxorem duxit, in Daulia regionis: quę nunc Phocis dicitur, habitasse: ibiq; mulieres: quæ ad Itym pertinent peregisse. Stephanus Daulis inqt ciuitas in Phocide: ubi quæ de Procne/ac Philomela memorantur, accidere. DEM. Est & altera Megarēsibus arx: quæ ab Alcatho nomen accepit: ex qua descendentibus ad dextram megarei tumulus & deorum προδομέων ἑστία quibus Alcathoum primum sacra fecisse aiunt, cum muros ducere auspicatus est. huiusce autem aræ lapis ē: super quo tunc

Apollinem deposuisse citharam tradunt, cum Alcathoo ad murum aedificandum operam daturus erat. q autem Megarenses Atheniensibus tributum impenderent, hoc quoq; maximo est mihi indicio. Constat.n. Alcathoum una cum Theseo Periboeam filiam tributi causa in Cretam misisse. Aiunt Megarenses siquis forte lapidem: super quem Apollo citharam posuerat, calculo percussisset, eq; lapidem: ac Citharam resonasse. Ego cum Nilum traiecissem, uidi ad Syringas appellatas adhuc statuam sedentem. multi Memnona uocāt: quem ex Aethiopia in Aegyptum uenisse memorant: & in regionem: quę usq; ad Susa protēditur. Thebani uero nō Memnonem: sed Phamenopha indigenam dicunt: cui statua dicata erat. Audiui etiam: qui Sesostrim eē dicerēt. hoc simulacrum Cambysses mutilauit. nunc quoq; quantum a capite ad medium corpus protenditur, abstractum est. reliquum uero sedet: & singulis diebus oriente sole resonat: quem sonitum quispiam disrupto Citharae neruo similem dixerit. LVD. Memnones duo fuere, ut in heroicis inquit Philostratus: quorum alter aethiops: cui circa Meroen/ac Memphim Aegyptii/atq; Aethiopes cū primos sol emittit radios sacra faciunt: quibus contactum simulacrum uocem erumpit: qua sacrificantes salutat. Alter fuit Troianus: in quo interempto Hectore Troiani omnes spem suam collocauerant. Memnon Tithoni filius ut Diodorus siculus scribit, ab Assyriis magno cum pręsidio in Troianorum auxilium missus est. Teutamo.n. in Asia regnante: qui uigesimus a Nino & Semiramide fuit, Priamus a gręcis oppressus a Teutamo utpote Assyriis subditus pręsidium per legatos petiit: qui Aethiopum decem millia: totidemq; Susianos cū ducētis curribus duce memnone ad Troiam misit. Erat autem Tithonus persarū pręfectus regi perq̄ acceptus. Memnonia regia/& Memnonia uia a Memnone structę, ut idem Diodorus author est. Susa autem ciuitas: cuius meminit Pausanias, Persica est a Memnone, ut Stephanus testatur condita a Liliorum copia ibi prouenientiū appel

lata. nam barbari Susan lilium nuncupant. ciues Susii dicun tur: quos & Cisios aiunt a Cisia Memnonis matre uocitatos DEM. In summa Megarensium arce templum est Palladis: cuius simulacrum auratum est preter manus & imos pedes. nam hec & facies ex ebore constant. alterum preterea ibidem Minerue sacellum νίκης cognominate: & aliud Aeantidis ab Aiace: qui Alcathoo successit. Nam Telamon Aiacis pater Periboeam Alcathoi filiam duxerat uxorem. Audiui a Cyprio uiro: qui herbas ad mortalium medelam facientes nouerat dignoscere, Ebenum folia non producere: nec ullum ferre fructum: nec ipsum a sole penitus spectari: sed radices esse subterraneas: que ab Aethiopibus effodiantur: esseque apud eos: qui Ebenum sciant inuenire. IOAN. Plinius libro uigesimo primo Ebenū nusq alibi q in India nasci Virgilius professus est. Herodotus eam Aethiopie intelligere maluit. tributi uice regibus persidis e materie eius cetenas phalangas tertio quoque anno pensitasse Aethiopas cum auro & ebore prodendo. Ebenum Pompeius magnus Rome Mithridatico triūpho ostendit. accendi eam Fabianus negat. uritur tamē odore iucundo. duo genera eius, rarum id quod melius arboreum trunco enodi materie nigri splendoris: ac uel sine arte protinus iucundi: alterum fruticosum Cytisi modo & tota India dispersum est. Dioscorides tam in Aethiopia: q in India eē Ebenum tradit. longe tamen meliorem fatetur: que in Aethiopia gignitur. DEME. Callipolis Alcathoi fuit filius: qui cum Eschepolis fratris natu maioris mortem patri nunciaturus Megarensiū arcem ascendisset: offendissetque sacrificantem, ab aris ligna amouit. qua re indignatus Alcathous omniū ignarus ligno filii caput percussit. unde Callipolis ibi & mortuus & sepultus est. Eschepolis uero in Aetolia in apri uenatione perierat. Megarenses graecorum soli Inus cadauer ad maritima regionis sue ferunt excidisse: idque Cleso & Tauropolim Clesonis ex Lelege geniti filias reperisse/sepultureque mandasse: Leucotheamque apud se primum appellatam: cui quot annis sacrifi-

eant. unde in uia: quæ ad Prytaneum ducit, Inus extat heroũ. Aiunt preterea Iphigeniæ quoq; herourn apud se esse: Megarisq; eam periisse. Ego autem & ab Arcadibus alium de Iphigenia sermonem audiui: Et Hesiodum in mulierum catalogo dicentem Iphigeniam minime esse defunctam: sed Dianæ consilio factam Hecaten. his congruere uidentur: quę ab Herodoto traduntur. Tauros. s. qui naufragium fecere Scythicę uirgini immolare: quam Agamemnonis filiam Iphigeniã esse fatentur. HIER. Phurnutus in speculatione de natura deorum eandem ait esse Hecaten, & Dianam: que multis nominibus appellatur. nã & φωσφόρος dicitur & ἀκτῖνα, διὰ τὸ βάλλειν αὐτὸ τὰς ἀκτῖνας. ἀίκειν γὰρ τὸ βάλλειν, & εὐρωντόνον, & ἐλαφιβόλον, & ὀρεσίφοιτον, & τρίμορφον ac τριοδῖτιν ꝙ luna in triplicem se mutet speciem. nã modo media: modo utrinq; obliqua: modo plena spectatur: & νυχίαν ac κυνηγόλον, & χθονίαν, & ἐνοδίαν, ut Apollo ἀγυιεὺς, ꝙ in uiis colatur. Sunt qui Ilithyiam eandem esse uelint. ꝙ continue circa terram eat: quam parturientes ut sibi opem ferat, inuocant λυσίζωνον q; appellant, ꝙ angustiores sinus ut facilior partus reddatur, soluat. eadẽ & ἐλευθὼ dicitur, ꝙ inuocata ueniat. Tauri populi appellati inqt Eustath. ꝙ Osiris ibi taurum iungens terram arauerit. DEM. Adrastus Megaris colitur. Ibi namq; Thebis exercitum reducens diem obiit. mortis causam cum senium, tum Aegilei filii obitum fuisse ferunt. Dianæ sacellum struxit Megaris Agamemnon eo profectus, ut Calchanta ibi habitantem ad Troiam secum uenire compelleret. LVD. Hunc Calchantem adeo eximium fuisse uatẽ in Iliados primo canit Homerus, ut nouerit que sunt: quę fuerint: quæ mox uentura trahantur. Ducebat autem generis originem ab Apolline, ut Lycophronis interpres ait. nã ex Apolline & Aglaia natus Thestor: ex quo Calchas: cui datum est oraculum fore, ut tunc a uita decederet, cum prestantiori occurreret uati. Quare cum post captã Ilion relictis suis ad Troiam nauibus una cum Amphilocho

Leonteo/Podarce/& Polypete Colophonem pedestri itinere
profectus esset, cũ Mopso Apollinis/siue Ampycis/& Man
tus filio in diuinationis certamen descendit. Nam stante ibi
fico Mopsum percunctatus est Calchas, quot nam ficus fer-
ret: cui Mopsus decem inquit millia modiũ/& praeterea unã:
quod dinumeratis ficubus haud secus esse cõpertum est. Mo
psus uero cum suem uterũ ferẽtem uidisset, quot nam in utero
gestaret porculos: quandoq; esset paritura, Calchãtem inter
rogauit: quo nihil respondente, decem inquit ipse uno tantum
mare cras paritura fert porculos. quod cum ita accidisset, tan
ta est Calchas affectus indignatione, ut uitã finierit. DEM.
Iuxta Megarensium prytaneum situm est saxum: quod ana-
clethra propterea uocant, q̃ Ceres filiam quaeritans ibi eam
reuocauerit. Buleuterium. i. curiam in ea parte urbis extruxe
runt Megarenses: in qua heroum sepulchra erant. Nam cum
regium non amplius paterẽtur imperium: alternisq; lecti pro
ceres remp. administrarent, Aesymnius nullo Megarensium
nobilitate inferior Apollinem est delphicum percunctatus,
quo nam pacto foelices esse possent, cui deus & alia: & hoc
imprimis respondit, foeliciter uicturos Megarenses, si cũ plu
ribus consultabunt. quod uerbum ad mortuos referentes ibi
curiam extruxere. Astycratia/& Manto filiae fuere polyidi/
Coerani/Abantis/Melampodis: quarum tumulus ad ingres-
sum aedis Bacchi uisitur: quam Polyidus erexit: simulacrumq;
dicauit: quod aetate nostra pręter faciem latebat. Satyrus au
tem ei adsistebat, Praxitelis opus marmore pario. Nunc πα-
τρῷον appellant alterum Dionysium Dasyllium: cuius sta-
tuam ab Euchenore filio Coerani polyidi filii consecratã fuis-
se memorant. Post Dionysii templum Veneris extat aedes. ue
neris simulacrum ex ebore confectum praxis cognominatur.
Est & Pitho: & altera dea: quam paregoram nuncupant ope
ra Praxitelis. a Scopa uero expressus cupido Himeros/ac Po
thos: qui ut nominibus ita & operibus inter se differũt. HIE.
Pitho. i. flexãminam illam dicendi pręsidem Ennius suadam.

Fabius persuadendi deam, Oratius suadelam/& poetica mella: Cicero leporem appellat. propter quod Theodorus Gaza in Lelio suo μιλίσειν conuertere q̃ Pitho maluit. hanc Hecuba apud Euripidem hominum unicum esse Tyrannum dicit. Fuit & Pitho ut Athenaeus ait Hieronymi Syracusanorũ regis uxor: quam de Lupanari accepit. Cicero tres fuisse cupidines ait: quorum primum Mercurio/& Diana prima natum uoluit: secundum Mercurio/& Venere secunda: tertium qui Anteros dicitur Marte & Venere tertia. Philostratus in Iconibus cupidinum mala decerpentium inducit multitudinem: eosq; nympharum esse filios tradit: qui totum mortale genus regant: multosq; propterea esse ob multa: quę homines adamant: Cælestem uero cupidinẽ in Coelo uersari: diuinaq; moderari. Hesiodus in Theogonia omnium primus inquit natus est chaos: inde terra/& tartara/& Amor. Phurnutus ueneris filium cupidinem propterea puerum dici existimat, q̃ amantes mente minime integra sint: facileq; decipiantur: nec nõ & alatum, q̃ hominum cogitationibus tamq̃ auis aduolet: Sagittarium, q̃ amore capti quodam quasi uulnere afficiantur: facem gestare, q̃ amantium animi ardore quodam incendantur. Desiderium preterea nuncupari, q̃ amantes iis frui concupiscant: quę pulchra uenustaq; uideantur: Pothon autem dici q̃ amore capti dilectos q̃ sepissime πόθεν uenerint: ubiq; fuerint percunctentur. nonnulli totum mũdum amorem esse arbitrantur: pulchrum/ac uenustum/nouumq;/& omnium uetustissimum/multoq; utentem igni/celeremq; utpote a sagittarum iactu/pennisue motum faciẽtem. Pothos quoq; ut Colophonius Nicander in linguis tradit, nomen est Corona: & fortasse a flore Potho appellato: cuius ĩ sexto meminit Theophrastus, floret autẽ uerno tempore: estq; duplex, alter Hyacintho similis, alter candidissimus: quo ad tumulos utuntur. DEM. Iuxta Veneris templum ędes est fortunę, opus & ipsa Praxitelis: & in proximo templo musas/& æneum Iouem effinxit Lysippus. Psamathe Crotopi argiuorum regis Apol

ini filiū peperit:quē cum ob patris metū exposuisset, gregis Crotopi canes discerpserunt.quare indignatus Apollo effecit ut grex infantes matribus eriperet.gregem Corœbus in argiuorum gratiam interfecit:unde pestilentia eos occupauit:cuius sedandę gratia Corœbus sponte delphos interfecti gregis pœnas Apollini daturus profectus est:quē pythia argos qui dem redire nequaq̄ permisit.Tripodem uero tollere de templo iussit:ibiq; Apollinis ędem construere:ubi tripos ferenti excidisset:qui cum ad Geraniam montem decidisset, ibi tripo discum uillam condidit. Est autem Corœbi tumulus in Megarensium foro elegiacis inscriptis carminibus:quę ad Psamathen:quęq; ad ipsum spectant Corœbum continentibus.tumulo appositus est Corębus gregem interficiens.horum simulacris nulla apud græcos lapide confecta uetustiora uidimus. LVD. Alius hic esse Corœbus uidetur ab eo qui imprudentia ductus undas numerabat:quem una cum Butalione/ac Melitide Aristophanes inter fatuos recenset. DEME. Iuxta Corœbum sepultus est Orsippus:qui ueteri in Certaminibus athletarum more subligaculo uinctus in olympiacū nudus stadium percurrisset, uictoriam consecutus est. Haud procul a uia:que Euthia nominatur, Templum est Apollinis prostratorii cognomine:in quo Apollo ipse spectatu dignus uisitur/Dianaq;/& Latona/aliaq; simulacra praxitelis opera. Est & in Gymnasio ueteri iuxta portas cognomine nymphadas Lapis pyramidis non magnę speciem referens:quē Apollinem Carinon appellant.descendentibus autē ad nauale Nisęam nominatum cereris Malophorę occurrit sacellū:de qua cognominatione eos aiunt : qui ouium greges primi in agro pauerūt Cererem μαλοφόρον cognominasse.Est ibidem arx Nisęa & ipsa nuncupata:de qua cum ad mare descendes obuium tibi fiet Lelegis monimentum:quem Neptuno & libyæ Epaphi filia genitum, cum ex Aegypto uenisset, Megaris imperium obtinuisse ferunt.Montana megarensium regio Bœotię est contigua:ubi duæ sunt a Megarensibus conditæ ciuita

tes Pagæ/& Aegisthęna.non procul a Pagis lapis extat Medorum sagittis confixus:quas nocturno temporefuerant iaculati. HIER. παρὰ ι παρωνία μεταξὺ inquit Stephanus. est & ciuitas in Cyrenia Cypri:Aegosthena, ut idem Stephanus, authore Pausania testatur, neutro genere Megaridis est ciuitas: quam Arcadius Agosthęniam appellat/Phocidisq; esse ciuitatem dicit. DEME. Pagis Dianę cognomento σωτείρας simulacrum est æneum spectatu dignum: Aegialeiq; Adrasti filii Heroum. Aegisthaenis uero Melanpodis Amythaonis filii est sacellũ:cui quot annis sacra faciũt. IOAN. Melampus Amythaonis filius genere argiuus, ut in eo odysseæ libro:qui omicron inscribitur, Homerus recitat, cum & alia q̃plurima admiratione digna diuinandi arte peregit, tum uel in primis hoc:quod Pherecides literarũ monimentis mandauit. Ait.n.Lysippen/atq; Iphianassam Proeti argiuorum regis filias ętatis imprudentia Iunonis in se iram prouocasse.nã cum eius templum ingressæ totum oculis perlustrassent, paternam regiam longe ipso esse opulentiorem dicere haud quã q̃ uerite sunt.qua re commota Iuno non ipsis modo:sed & genitoribus furorem iniecit:ad quos cum peruenisset uates Melampus, si digna donaretur mercede se eos furore liberaturum pollicitus est.Nã decimus iam insanię agebatur annus.Itaq; cum Proetus & regni partem/& utram filiarum optasset, se ei uxorem daturum promisisset, Melampus cum precibus, tum etiã sacrificiis Iunonis ira placata, morbũ curauit: Iphianassamq; laboris præmium uxorem duxit. Vnde non iniuria eum inter medicos Virgilius recensuisse uidetur. Nam georgicon libro tertio de medicinis pro sęua peste locutus addit, Quęsitęq; nocent artes.cessere magistri Phillyrides Chiron: Amythaonisq; Melampus. Illud quoq; de Melampode silentio pretereundum minime duximus:quod apud Theocriti interpretem a nobis lectum est. Ex Aeolo Hellenis filio natus est Salmoneus:ex quo Tyro:quæ Cretheo Neleum peperit:ex quo nata Pero, hanc se illi uxorem daturum pollicitus

est Neleus: qui Iphicli boues ex Phylace abegisset. Bias autẽ Melampodis frater maximo Pero amore prosequebatur. Melampus igitur ut fratri gratificaretur, cum ad abigendas boues profectus esset, in uincula ab Iphiclo coniectus est. Ceterum cum domus in qua erat, datura esset ruinam, futurũ Melampus utpote diuinus domicilii casum prędixit: cuius rei admiratione ductus Iphiclus Melampoda solutum uinclis cum bobus remisit. quod fuit in causa, ut Bias Pero Nelei filiam: quam tantopere exoptabat, uxorem duceret. DEM. Telephanis samii tibicinis monimentum Megaris Corinthũ proficiscentibus occurrit: quod Cleopatram Philippi ex Amynta geniti filiam struxisse memorant. Extat & Caris Phoronei filii tumulus: qui ex oraculo conchite lapide ornatus est. Conchites lapis ex omnibus gręcis apud solos est Megarenses: quo multa in urbe ab ipsis structa sunt. nam admodum candidus est: ac reliquis mollior: conchisq; marinis refertus. Scironen uiam angustam fecit Sciron, cum aduersus Megarenses bellum gereret. hanc Adrianus ampliorem reddidit interrupens: quę circa uiæ angustias maxime eminet. aiunt esse Molurida: de qua Ino Melicerten filium natu minorem in amplexu tenens se in mare deiecerit. nam grandiorem Learchũ pater interfecerat. Aiunt pręterea furore correptum Athamantem hæc egisse. additur hoc quoq; Athamãtem propterea aduersus Ino, & quos ex ea susceperat filios intemperante usum iracundia, ꝙ non deorum causa: sed Inus consilio, & Orchomenios fame laborasse: & Phrixum neci destinatum percepisset. Cæterum cum a Delphine Melicertes in Isthmum delatus esset, Isthmia constituta, ipse Palęmon appellatus. Moluridam autem rupem Leucotheę, & Palemoni consecrarunt: reliquas: quæ post illam sunt, scelerosas, ac pollutas arbitrantur, ꝙ Sciron homines inde in mare precipites daret: quos testudo adnatans corripiebat. Inde ipse quoq; Sciron a Theseo in mare deturbatus est. In montis uertice Iouis est cognomine Aphesii templum. aiunt. n. in ea siccitate que gręciam inuase

rat, Aeacum ex oraculo quodam Ioui Panellenio in Aegina sacra fecisse: Iouem uero que oblata acceperat dimisisse: eaq; de causa Iouem ἀφέσιον appellatum. Ibi ueneris est simulacrum & Apollinis/& Panos. progredientibus Eurysthei occurrit monimentum. Ibi.n. cum post cōmissum aduersus Heraclidas prelium ex Attica fugeret, ab Iolao interfectus dicitur. Ex hac uia cum descenderis Apollinis λατῴου obuiū est templum: post quem Megarensium/& corinthiorum fines coniunguntur: ubi Herculis filius cum Echemone arcadię singulari certamine fertur dimicasse. HIER. Plutarchus quoq; ait Scironem iuxta agrum Megarensium a Theseo de saxo deiectum: qui ut uulgatior fama tenet, uiatores in predam uertebat. nam ut alii tradunt, per iniuriam ac contumeliam pedes peregrinis protendens ablucre cogebat: ac deinde concisos in mare deturbabat. Megarenses aiunt Scironem optimū fuisse uirum/Cychrei: qui ab Atheniensibus colebatur, generum: Aeaci uero socerum: Pelei/& Telamonis auūculū: qui ex Endeide Scironis filia geniti erant. a Theseo autem fuisse interfectum, cum Eleusinem cepisset: quę a megarensibus tenebatur. Sciros, inquit Stephanus, habitatio arcadiae: cuius incolę sciritae nuncupantur. Est & alterum in Attica Scironi sunt & Scironides petrae a Scirone denominatae: uel hic potius a Loco nomen accepit. Locus uero ab sciro heroe. hoc aūt in loco meretrices considebant: unde fortasse sciraphium deductum est: quod locum significat quo κυβευταὶ conueniūt: & Scirophoros quod intemperantem significat. Theseus ut Plutarchus ait Neptuno Certamen instituit: gloriariq; est solitus ob Herculem Ioui olympia: ob se uero Isthmia celebrari. quod.n. ibidem in Melicertę honorem institutum est. noctu agebatur initiandi magisq; spectaculi speciem preseferēs. Isthmia ut non nulli uolunt instituta sunt a Theseo in Scironis honorem, ut se a caede expiaret. Scironem.n. filium fuisse Caneti/& Eniochę pittheifilię. alii in Sinis honorem constituta, non Scironis. Lycophronis interpres ait: Palęmonē in

Insula Tenedo fuisse cultum:ubi infantem immolabant:Isthmiaq; propterea Melicertæ fuisse Corinthi instituta, q; Sisyphus Corinthiorum rex/& Athamantis frater, a Nereidibus ut id faceret, monitus esset. In his certaminibus uictores pinu coronabantur. DEM. Sequitur secundus Pausaniç liber: qui Corinthiacam complectitur regionem:de qua cras disseremus. LVD. In crastinum igitur ualebis. DEM. Postq̃ negociis (ut dicitis) detenti solito serius ad me hodie rediistis, quęso animum aduertatis. Iam.n.secundum, ut heri pollicitus sum, Pausaniæ librum aggrediar. Corinthia regio:quæ pars est argiuę a Corintho Iouis filio, ut Corinthii aiunt, nomen accepit. reliqui uero omnes Solem Aloei fuisse patrẽ tradunt, huic natum Epopeum:ex quo genitum Marathonem: huic filium fuisse Corinthum:unde corinthiacam regionẽ appellatam uolunt, cum ab Ephyra oceani filia Ephyrea prius diceretur. Critolaus Achęorum tunc erat imperator, cum a Memmio Romanorum duce superati sunt:qui reliquarũ quidem ciuitatum muros demolitus est: Corinthum uero deleuit:quam postea Cęsar cũ Carthagine instaurauit. IOAN. Cicero in oratione quam de laudibus Pompeii habuit, quare Corinthus deleta fuerit, causam ostendit. ait.n. legati, q; erãt appellati superbius, Corinthum patres uestri totius gręcię lumen extinctum esse uoluerunt. Corinthus ut Hecatęus in Europe inquit, Ciuitas intra peloponnesium Isthmum:quæ Ephyra quoq; appellata est, ab Ephyra Myrmecis filia Epimethei uxore:dicebatur & Acrocorinthus Esope, q; Sisyphus Iouem Aeginen rapientem inde speculatus sit. nuncupata ẽ & Solis ciuitas ob ariditatem:nec non & pagus. a Corintho κορινθιάζομαι deducitur, ut in Cocalo ostẽdit Aristophanes. Ibi enim maxima erat meretricum copia:inter quas hę maxime insignes extitere. Lais/Cyrene/Leęna/Sinope/Pyrrhine/Sicyone. Strabo ĩ octauo geographię libro, Veneris ait templum esse Corinthi:inq; eo supra mille esse meretriculas deæ consecratas:quæ omnibus quidẽ Corinthum petentibus blã

diant ut neminem tamen admittant, nisi quispiam opulentia præstans accesserit. Vnde adagium illud declinatum est. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς. Mos erat Corinthiis, ut Camęleon Heracleotes scriptum reliquit, ut cum de re magna Veneri supplicarēt, meretrices quoq; admitterēt, ꝙ cum persarum rex in gręciam expeditionē fecit, Corinthię meretrices pro gręcię salute in Veneris tēplo supplicassent. Διὸς κόρινθος adagium est in eos: qui eadē sępius repetunt. nam cum Megarenses a Corinthiis defecissent, missus ē præco: qui frequenter dicebat, non tolerabit uos Iouis filius Corinthus. quare indignati Megarenses dicebant, παῖε παῖε τὸν Διὸς κόρινθον, hoc est pręconem illud repetētem. huius adagii in ranis meminit Aristophanes. ꝙ autem Ephyra Διὸς κόρινθος appellata sit, Pindari interpres hanc preterea refert rationem. Quidam inquit Aletes ad Dodonęum oraculum profectus quo nam pacto Corinthiis imperare posset, sciscitatus est: cui responsum est, tunc fore, ut Corinthiis dominaretur, cum quispiam terrę glebam preberet: Sed die coronis affluente inuaderet. Profectus igitur Corinthum ab agricola panem petiit: qui glebam tollens pro pane obtulit. tunc autē Corinthi sacrificia/ac iusta pro defunctis celebrabantur: quorum causa cum ciuitas monimentis esset intenta, Aletes ille cum Creontis filiabus in eam descendit conditionem, ut si ciuitas proderetur, iuniorem uxorem duceret. apertis igitur per iuniorem portis urbem adeptus est: quam Iouis Corinthum propterea nuncupauit, ꝙ Iouis oraculo imperium esset assecutus. Lucius Memmius: cui cognomen Achaici uictoria dedit, tabulis externis primam authoritatem fecit Romæ: ut libro. xxxv. recitat Plinius. nam cum in pręda uendenda res distraxisset: & rex Attalus sex millibus sextertium emisset Aristidis tabulam liberum patrem continentem, precium miratus/suspicatusq; aliquid in ea uirtutis: quod ipse nesciret, reuocauit tabulam, Attalo multum querente: & in Cereris delubro posuit. DEM. in Corinthiæ agro est Cromyon, a Cro

mo Neptuni filio denominatus:ubi pityocampten Thesei dictum educatum tradunt.nam cũ processeris mea quoq; ætate pinus iuxta littus germinabat:& Melicertę extabat ara. huc delatum puerum a Delphine memorant:& a Sisypho in Isthino sepultum:certaméq; in eius honorem institutum. Est autem in Isthmo locus:ubi Sinis latro apprehensas pinus deorsum trahebat:& quos pugna uicisset, illis adligabat:rursus q; ipsas arbores sursum ferri permittebat . quare cum utraq; pinus sibi adnexum traheret membrum, & uinculorum neutrum laxaretur, eueniebat, ut qui alligatus eẽt, dilaceraretur. quo pacto & ipse Sinis a Theseo discerptus est . Viam.n.ex Troezene Athenas ferẽtem latronibus infestam tutissimam reddidit, cum & quos memorauimus/& in sacra Epidauro Peripheten Vulcani creditum filium/Claua in prędiis utentem interfecerit. HIER. Plutarchus quoq; refert Theseũ in Isthmo Sinidem pityocampten pinus flectẽtem eodem pacto occidisse quo ipse multos perdiderat:ex eiusq; filia Melanippũ suscepisse:quam postea Deioneo Euryti filio in matrimoniũ concessit. Cromyoniam quoq; suem phæam uocitatam interfecit Theseus, ut idem est author Plutarchus. sunt tamen qui Phęam mulierẽm latrociniis intentam fuisse uelint:quæ Cromyonem locum incolebat.pro Periphete periphanon scribit Suidas:quem etiã Coryniten appellat, q; claua uteretur:quæ gręce κοίνη dicitur:qua postea usus est Theseus. DEM. Alexander Philippi filius Mimantẽ perfodere aggressus hoc unũ opus frustra temptauit. Cnidios Isthmum fodientes pythia a proposito reuocauit.adeo homini diuinis uim inferre difficile est. LVD. Mimas mons est Ionię e regione Chii insulæ a Mimante gigante sic denominatus. Homerus odyssę libro tertio de Psyria insula locutus addit ἢ ὑπένερθε χίοιο παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα . Cnidos Dorica est ciuitas ubi templum fuit Veneris, ut plinius testatur:& simulacrum eiusdem deę. Praxitelis opus a libidinoso complexu minime tutum. DEME. Aiunt autem Corinthii Neptunum cum sole de Corinthio

agro contendisse:arbitrumq; illis fuisse Briareon:qui Isthmũ quidem Neptuno/promontorium uero urbi imminens Soli adiudicauit .hinc Isthmum esse Neptuni censent : in quo est Theatrum/& stadium candido lapide.Neptuni templo adstant aenei Tritones/& simulacra:duo quidem Neptuni:tertium uero Amphitrites:mareq; ipsum ęneum.quę uero intus sunt, Herodes Atheniensis nostra aetate dicauit, equos uidelicet quattuor praeter ungulas inauratos : quae ex ebore constant.iuxta equos duo sunt aurei Tritones.insidet curruí Neptunus/& Amphitrite/& puer Palemon super Delphinẽ auro atq; ebore confectus.In ipsius currus basi mare est uenerẽ ex se natã sustinens:& Nereides/Castorq;/& Pollux/& tranquillitatis simulacrum/ac maris/& ceto assimilatus equus: parte quae a pectore incipit.Ino pręterea/& Bellorophontes & pegasus equus.intra septum ad dexteram Palęmonis extat templum:in quo Neptuni/Leucotheae/& ipsius Palęmonis uisuntur simulacra.Est & aliud, adytum nuncupatum:ad quod subterraneus ducit descensus:ubi Palaemonem abditũm arbitrantur.quicunq; aut Corinthius/aut externus hic peierauerit, quin periurii det poenas nullo pacto effugere potest.Est & Cyclopum sacellum uocatum ara : ubi Cyclopibus sacra faciunt.Neleus sepultus est in Isthmo:cuius tumulũ ne Nestori quidem ostendit sisyphus.Leches & Cenchrias Neptuni/ac Pirenes crediti filii Corinthiorũ naualibus nomina imposuere.In Lechaeo Neptuni est sacellum/& Aeneum simulacrum:in Cenchreis Veneris est templum/& Lapideum simulacrum.e regione Cenchrearum Helenes est balineum: aqua est salsa quę in mare ubertim delabitur aquę feruescere incipienti per q̃ similis. IOAN. Lechaeum portus est Corinthiorum in Isthmo in Adriaticum sinum uergens . nam alter portus:qui Aegaeo mari alluitur, Cenchreae nuncupantur:de quibus Strabo, principium quidem utriusq; maritimę unius est Lechęum:alterius uero Cenchreae . Idem Cenchreę sitae sunt ad uiã:quę ex Tegea Argos ducit. Stephanus Cen

hyemem respondit. Admirabatur Diogenes gramaticos q Vlyssis quidem mala inquirerent, sua uero ipsorum ignorarent. Musicos preterea q in lyra neruos concinarent, animi affectus dissonos/atq inconcinos haberent: nec nō & Mathematicos, q solem ac Lunam contemplarentur, & quę ante pedes essent despicerent. Mox rhetores, q iuri quidem atq aequitati se diligenter studuisse dicerent, in nulla uero re ęquitatem seruarent. Auaros demum, q argentum uituperarent, cum id summopere diligerent. Cum de coelestibus disserentem quēdam audiuisset, q̄ diu est inquit cum e Coelo descendisti? DEM. Ante urbem cupressorum nemus est Cranium appellatum: in quo Bellerophontis est Temenos: & Veneris melanidos tēplum: ac Laidis tumulus: cui imposita est Leaena, inter priores pedes Arietem continens. Est & in Thessalia Laidis monimentum. Nam & in Thessaliam profecta est Hippophatę siue Hippostratę amore capta. hanc aiunt ex Hyccaris quae in Sicilia sunt, a Nicia atq Atheniēsibus captam: uenditamq, Corinthi omnes sui temporis meretrices formę pulchritudine superasse. LVD. Bellerophontes corinthius a Glauco Sisyphi Aeolidę filio: uel ut Pindari interpres ait Neptuno genitus, adolescens fuit non minore pulchritudine, q̄ uirtute prēditus ut in Iliados sexto Homerus testatur. Is, ut Lycophronis interpres ait, Hipponus prius nominatus cum Bellerum: uel Eliaden sibi fratrem: uel pirena: siue Alcimenum imprudenter occidisset, Argos ad Proetum regē expiandae cędis causa profectus est: cuius amore capta Antea siue ut alii uolunt, Stheneboea proeti, uxor cum id assequi qđ impudēter appetebat nequisset, perinde ac sibi ab eo ad coitum fuisset solicitata, ipsum apud uirū accusauit. Proetus propterea Bellerophontem interficere noluit, q grecis uetustissimus mos esset, ne quispiam consulto eum occideret: cū quo communi usus esset mensa. Quare in Lyciam eum cum literis meritę cędis causam continentibus ad Iobatem socerū misit. quo profectus Bellerophontes cum apud Iobatem nouē

iam dies eēt epulatus, ei Prœti nomine literas reddidit: quibus perlectis, cum & sibi, ꝙ cum eo iam edisset, Bellerophōtem occidere minime liceret, Certamina ei aduersus Chimęram/Solymos/Amazonasq; proposuit : in quibus omnibus superior extitit. nam Pegaso alato equo: quem (ut ferunt) a diis acceperat, in Chimæram uectus hastæ cuspidi plumbum apposuit, quod Chimęrę faucibus insertum: & igne quē ore eructabat liquefactum eam perdidit: Solymos: atq; Amazones bello superauit. quibus rebus strenue/ac fœliciter gestis, cum ad Iobatem reuerteretur, Lycios quoq; qui sibi insidias parauerant, interfecit. quo circa tantam Bellerophontis uirtutem admiratus Iobates, non modo illati criminis ueniam dedit: uerum & Philonoen filiā: uel ut Pindari interpres ait, Anticliam: ex qua filium Hippolochum suscepit, ei locauit: decedensq; imperium reliquit. at Bellerophontes tanto rerū successu tumens, ut non nulli tradidere pegaso Cœlum perlustrare conatus est. quare indignatus Iupiter Oestrum Pegaso iniecit, quo exagitatus in campum Aleium excussit equitē: qui eo casu occecatus est: Pegasum autem post deturbatum Bellerophontem huc atq; illuc errantē aurora a Ioue petiit, quo dum diurnum percurreret orbem, ueheretur. Homerus tamen Lampum/ac Phaetonta equos esse auroræ in penultimo odyssęę libro dicit. Dionysius thrax Tarsum Cilicię ciuitatem a Bellerophontis casu apellatam scribit, ꝙ ibi tarson: quę pedis est pars fregerit. Alexander uero polyistor ꝙ pegasus equus illic tarsum fregerit: Bellerophontesq; in Aleio cāpo errauerit, Ciuitatem esse Tarsum cognominatam uoluit. Bellerophontes, ut Pindari interpres ait omnium primus equo frenum imposuit. Aristophanis interpres de Laide loquens ait, Laidis mater fuit Epimandra ex Hyccaris Siciliæ ciuitate oriunda. hanc cum Philoxenus poeta a Dionysio tyranno siculo accepisset, Corinthum duxit: ubi & ab omnibꝰ adamata est: & insignis facta est meretricula. Sunt qui dicāt ea Corintho Alexandrum fuisse ad persas comitatam. at La

is longe nobilius matre Corinthi euasit scortum: quae & ipsa relicta Corintho in Thessaliam profecta est: ubi Eurylochi cuiusdam/siue Aristonici amore capta reliquam apud ipsum peregit aetatem. hanc Thessalorum q̄ plurimi usq; adeo dilexere, ut nimio ardore impulsi eius uestibulum uino inspergerent, unde Thessaliç mulieres inuidia/ac Zelotypia compulsae in templo eam Veneris ligneis testudinibus trucidasse feruntur, dum sacra celebrarentur: quae uiris adire nequaq̄ licebat. Cuius rei causa pestis interea Thessaliam tenuit, donec ἀνοσίας ἀφροδίτης templum condidere, q mulieres impiā in Veneris phano caedem commisissent. Lais, ut inquit Polemon) cum adhuc Corinthi degeret, ab Aristippo philosopho/Demosthene rhetore/& Diogene, dilecta est: quam cū Apelles pictor a Pirene Corinthiaco fonte a quam ferentem uidisset, formae pulchritudinem admiratus in amicorum adduxit conuiuium. illis autem ridentibus q uirginem pro meretrice in conuiuium adduxisset, ne miremini inquit: nam hinc ad uix expletum triennium pro pulcherrima meretrice uobis frui licebit. q autem simile quiddam de Theodote scorto Atheniensi uaticinatus sit Socrates Xenephon testatur. Venus quae Corinthi Melanis appellatur, Laidem per quietē monuit, fore ut multorum talentorum censum consequeretur, ut author est Athenaeus: quam adeo fuisse formosam tradit, ut pictores eam propterea adirent, ut eius mammas pectusq; imitarentur. DEME. In Corinthiorum foro Dianae Ephesiç cognominatç & Bacchi sunt simulacra preter faciem: quae pigmento rubro illita est, inaurata, Lysium autē τὸν βάκχειον ipsum appellatur. Pentheus Bacchi sacra contemnens peruenisse dicitur ad Cithçronem: arboremq; ascēdisse, ut inde mulieres Bacchanalia celebrantes specularetur a quibus deprehensus, uiuus discerptus est. datum est autem Corinthiis oraculum, ut arborem de qua Pentheus detractus est, inuenirent: eamq; çque ac deum colerent. unde a Corinthiis hae statuç effectae sunt. IOAN. Hic est ille Pentheus

Echionis filius:quem, ut Euripides in Bacchis refert, triplex i
baccharum chorus dilaniauit, cum choris ipsis Cadmi filię
Autonoe/Agaue/atq; Ino duces essent:inter quas Agaue Pē
thei mater eius caput thyrso affixum non filii:sed Leonis ra
ta circunferebat. DEM. Est & fortunæ templum cum si
mulacro pario lapide confecto:iuxta quod omnium est deo
rum delubrum. Deinceps structus est fons:& æneus in ipso
Neptunus:sub cuius est pedibus Delphin aquam effundens.
preterea Apollo cognomento clarius ęneus:nec non & Ve
neris statua Hermogenis Cytherei opus. Sunt & Iouis simu
lacra sub dio:quorum unū dicitur χθονίου:alterum ὑψίστου
tertium nullo est cognomine pręditum. paulo ultra forū octa
uiæ Augusti sororis extat templum. Vbi de foro excesseris,
uia:quæ ad Lechęum ducit. Propylęa sunt:& in his duo inau
rati currus:quorum alter Phaetontem solis filium:alter solem
gestat. non procul a Propylęis si quis ingrediatur obuium ad
dexteram æneum habebit Herculem: post quem pirenes est
in aquam exitus. Fama est hanc pirenem ex homine præ la
chrymis factum fontem, dum Cenchriam filium imprudēter
a Diana occisum lugeret. Ipse autem fons candido exornatus
est lapide. Structa sunt & domicilia speluncis simillima:ex qui
bus aqua potu dulcis in fontem sub dio existentem fluit. Est
apud pirenen & Apollinis simulacrum/& septum:in quo pi
ctura est:qua Vlyssis aduersus procos gesta continentur. q.
si recta ad Lechæum proficiscaris, obuium habebis æneum
Mercurium sedentem:cui propterea adsistit aries, q. deorum
maxime greges & custodire/& augere Mercurius credatur,
ut & Homerus in Iliade cecinit υἱὸν Φόρβαντος πολυμή
λου, ὅν ῥα μάλιστα Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει, καὶ κτῆσιν
ὄπασσεν. HIER. Hinc est q. a poetis græcis μηλοσσόος
Mercurius nuncupatur:quem propterea Iouis/ac μαίας filiū
finxere, q. ex mente ac prudentia oratio gignatur:& alatū fe
cere, utpote celerem. nihil. n. tam uolucre q̄ oratio. Homerus
ἔπεα πτερόεντα. omnium preterea maxime iuuenem effin

gunt. nunq̄. n. consenescit oratio. quin imo & τετράγωνον formant: tetraglochinq; appellant uerę orationis soliditatē innuentes. lucro quoq; ac mercimoniis pręesse uoluere: quod in causa est, ut eius statuam Marsupium ferentem erigant, cū gręci deos σιλαγο φοροῦντας plurimum effingāt, homines esse armis subditos hac re indicantes: Phœnices uero crumenam gestantes eosdem faciant, q̄ principatus symbolum aurum sit, Lycophron νωνακριάτην, τρικέφαλον, φαιαρὸν ἑῶν appellat Mercurium. nonacriatē pro nonacriten q̄ in Nonacria Arcadica ciuitate coleretur: τρικέφαλον, q̄ & Cælestis, & marinꝰ, & terrestris sit. φαιαρὸν q̄ apud Bœotios λευκὸς Mercurius uenerctur. Diactoros quoq; dicitur, q̄ per orationem nostros sensus aliis differamus. quo fit ut ei sint linguæ consecratæ: nec non & Eriunios q̄ maxime prosit: & arpiphōtes q̄ omnia clarissime dilucidet oratio. Euodios preterea, & Hegemonios, q̄ & in uiis erigatur: & in omnibus actionibus duce utamur oratione. Agorços etiam non immerito cognominatur. est. n. emcntium tutor. Colitur autem una cum Hercule in palestris, q̄ non modo corporis uiribus: uerum & ratione uti in palestris oporteat. Iulius firmicus libro secundo Mercurium modo diurnum: modo nocturnum tradit appellari, q̄ ad utramq; naturam se accomodet. Sed orientalē diurnum: occidentalem nocturnum dici. Plato in Cratylo ἑρμῆν inquit ad sermonem pertinere uidetur q̄ ἑρμηνεὺς sit: & nuncius furtiuus in loquendo seductor, ac uehemens cōcionator. compositum est autem nomen ab εἴρειν καὶ μήσασθαι q̄ dicenda excogitauerit. Cicero de natura deorū Mercurius unus cęlo patre die matre natus. alter ualentis & Phoronidis filius is qui sub terris habetur. idem Trophonius. Tertius Ioue tertio genitus & Maia: ex quo & Penelope Pana natum ferunt. quartus Nilo patre: quem Aegyptii nephas habent nominare. Quintus quem colunt Pheneatæ: qui argentum inuenisse: & argum dicitur interemisse: obq; eam causam Aegypto profuisse: atq; ægyptiis leges, ac literas tradidisse. hunc

ęgyptii θὼθ appellāt.quo nomine & primus anni mēsis apud eos uocatur.unde colligere licet a septembri Aegyptios annū īnchoasse:quod & ex illo epigrammate datur intelligi:quod ad primi Epigrammaton libri calcem nullo tamen addito authore impressum omnes ægyptiorum menses complectitur: primumq; ait Thoth nominatum, cum falces aduindemiam excitantur:secūdum Phaothi:tertiū athyr:quartum Choeac: quintum tybi:sextum mechir:septimum phamenoth: octauū pharmuthi:nonum pachon:decimum payni:undecimū Epephi:Duodecimnm Mesori.Mercurius, ut Diodorus siculus in primo scribit, nomina rebus indidit/uerbaq; in ordinem redegit:literas adinuenit:deorum cultus/ac sacra instituit:obseruationem quoq; cursus astrorum/palestræ/numerorūq;/ & medicæ artis/& lyrę ex neruis trium chordarum instar triū anni temporum inuentor.tres instituit uoces/acutam/grauē/ mediam, acutam ab æstate:grauem ab hyeme:mediam a uere.Interpretationem preterea uerborum gręcos docuit.unde ἑρμῆς appellatus est.Oleam quoq; ab eo, non a Pallade inuentam tradunt. Plutarchus ait ægyptios.xix.primi mensis die Mercurio sacra facere:in hisq; melle/ac ficu uescentes dicere, γλυκὺ ἡ ἀλήθεια. Macrobius saturnaliū libro primo scribit Mercurii caduceum duobus fuisse exornatū draconibus, mare & foemina in nodū obligatis inuicem, parte media uoluminis sui.Plinius, ut superius etiā dictum est in uigesimo nono de complexu anguiū unde ouum gignitur loquens ait, hic tamen complexus anguium quo ouum formant:& efferatorum concordia, causa uidetur esse quare exterę gentes caduceum in pacis argumentis circūdata effigie anguium fecerint. neq;.n.cristatos esse in caduceo mos est. Homerus odysseæ ultimo de Mercurii uirga sic inquit.

ἑρμῆς δὲ ψυχὰς κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
ἀνδρῶν μνηστήρων, ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
καλὴν, χρυσείην τῇ τ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ᾽ αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Virgilius. Tum uirgā capit. hac animas ille euocat orco Pallentes: alias sub tartara tristia mittit. Oratius. Tu pias lætis animas reponis sedibus: uirgaq; Leuem coherces aurea turbā superis deorum gratus & imis. DEM. Balinea sunt Corinthiis q̄ plurima, cum ab aliis: tum ab imperatore Adriano extructa. quod uero nominatissimum est ab Eurycle spartano dicitur ædificatum. fontes quoq; nonnulli in urbe sunt: inter quos spectatu maxime dignus uidetur: qui ad Dianę est simulacrum: ubi Bellerophontes est: & per pegasi equi ungulam defluens aqua. Est & glauces fons Corinthi, sic cognominatus, q in hunc Glauce se deiecisse dicatur, dum contra Medeæ ueneficia id sibi crederet profuturum. supra hunc fontem constructum est q ωδῖον appellatur, iuxta quod Mermeri ac pheretis filiorum Medeę est monimentum: quos a Corinthiis propterea lapidibus fuisse obrutos tradunt, q ipsi Glaucæ Medeæ nomine munera detulissent: cuius cædis causa, q & uiolenta, & iniqua fuisset, Corinthiorum liberi infantes ab ipsis occidebantur, donec oraculi respōso sacra illis annua constituta sunt: & terror adhibitus: qui nostra quoq; ętate superest imago uidelicet mulieris ad summum horrorē effi cta. LVD. Hæc est illa Glauce, Creontis Corinthiorum regis filia: quam Iason una cum Medea ex Colchis reuersus uxorem duxit. quo facto Medea confestim Corintho discedere a Creonte iussa unius tantum diei moram petiit. qua impetrata in gratię prēmium tenuissimum peplum, aureāq; coronam Glaucę per filios dono misit: quibus illa usa una cum creonte patre cremata est. At Medea filiis quos Iasoni pepererat a se interfectis, curru draconibus alatis tracto: quem a sole acceperat, Athenás uecta est: Ibiq; Aegeo Pandionis filio nupsit. Pherecydes, ac Simonides aiunt, Medeam elixatū Aesonem iuuenili restituisse ætati. Aeschylus quoq; in Bacchi nutricibus tradit, eam Dionysii nutrices una cum earum uiris elixatas iuuenes reddidisse. Staphylus autem ait Iasonem quodam modo a Medea fuisse interfectum. Iussisse enim

ipsam, ut sub Argus nauis puppe dormiret, cum nimia iam
uetustate esset dilapsura: cuius casu oppressus Iason uitam fi
niuit. quid autem sit ὠδεῖον cuius dictionis meminit Pausa-
nias his uerbis docet Suidas. odeũ erat Athenis ueluti Thea
trum: quod ut aiunt, propterea struxerat Pericles, ut Musi-
cos ostenderet. nam odeum ab ode deductum est. DEME.
Medea Corintho Athenas profecta Aegeo nupsit: sed cum
Theseo insidias parare deprehensa esset, Athenis aufugit. qua
re cum in eam regionem: quae tunc Aria dicebatur, peruenis-
set, ut homines a se ipsa Medi appellarentur effecit. filiũ au-
tem: quem ad Arios effugiens secum duxerat, ab Aegeo ge
nitum: nomenq; ei fuisse Medum tradunt. Hellanicus uero
ipsum Polyxenum uocat: & Iasone patre natum dicit. IO.
Arianus quoq; ait Medos quondam Arios nuncupatos: post
ea medos a Medea illuc profecta. At Hecatęus Media. inqt
regio est caspiis portis adiacens a Medo medeę filio denomi
nata. fert autem Laserpiciũ haec regio, inquit Stephanus: qđ
Cyrenaico non admodum cedit: & preterea herbam medicã
nominatam: qua maxime aluntur equi. DEM. Sunt autẽ
inter grecos uulgata carmina Naupactia cognominata: in
quibus legitur Iasonem post Peliae mortem Iolco Corcyram
migrasse: & Mermerum eius filium a Leaena in Venatione
discerptum. Cinęthon Lacedęmonius Eriopim ait Medeę fi
liam ex Iasone. At Eumelus Solem ait Aloeo quidem Aso-
piam regionem tradidisse: Aeetae uero Ephyręam. Et Aeetem
ad Colchos abeuntem, terram apud Bunum deposuisse. fuis-
se autem Bunum Mercurii/& Alcidamię filium. sed defun-
cto Buno Epopeum Aloei filium ephyraeorum quoq; impe
rium tenuisse. Postea cum Corinthus Maratonis filius sine li
beris decessisset, Corinthios Medeę ex Iolco accersitę impe-
rium tradidisse: & per ipsam Iasonem Corinthi regnasse. Cę
terum liberos quidem Medeae genitos: uerum ut quisq; nasce
batur, cum in Iunonis templum tulisse/atq; occultasse. eo aũt
consilio celasse q; fore immortales arbitraretur. Demum cum

& ipsa se sua frustrari spe percepisset: & ab Iasone deprehensa fuisset, Iasonem ait Iolcum inde abiisse: horumq; causa Medeam quoq; cum prius Sisypho imperium tradidisset, discessisse. Non procul a filiorum Medeę monimento templum est Mineruę Chalinitidos cognominatæ. Ipsa. n. Bellerophonti auxiliata est. prebuit autem ei pegasum: quem ipsa infrenauerat: unde ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ Chalinitis est denominata. huius simulacrum ligneum est, preter faciem/manus/& imos pedes: quę lapide constant candido. Est & nudi Herculis simulacrum ligneum Dędali opus. HIER. Nunquid Sisyphus Corinthiorum rex alios preter Glaucum filios habuit? DEM. Sisypho non modo Glaucus Bellerophontis pater filius extitit: sed & Ornytion: & preterea Thersander/& Almus. Ornytion autem filium habuit phocum, Neptuni uero dictum, hic quidem in Thyręam migrauit regiõis eius: quę nunc Phocis dicitur. At Thoas Ornytionis filius iunior Corinthi permansit: ex quo natus est Damophon: ex Damophonte Propodas: ex quo Doridas/& Hyanthidas. LVD. Sisyphus Aeoli filius Corinthiorum rex omnium fuit mortalium callidissimus: de quo Homerus ὃς κέρδιστος γένετ᾽ ἀνδρῶν. Is armentorum suorum ungulis nomen suum unica litera signabat. Eadem tempestate Autolycus cum latrociniis: tum uel maxime perfidia insignis extitit. quippe q eorum quę surripiebat, formam immutabat. quare cum & Sisyphi armenta clam abegisset, eum tamen nequaquã latuit. nam unicis ea elementis in ungula notatis agnouit. hac itaq; re sibi conciliatum Sisyphum hospitio suscepit Autolycus: eiq; Anticliam filiam comprimendam dedit: ex quo iam uterum ferentem Laertę locauit. Ex Sisypho igitur Vlysses natus. hinc adagium est illud deductũ σισύφιαν μηχανάς, quo in eos utuntur: qui scelestissimis ac pessimis imbuti sunt moribus. Sisyphus dicitur ὁ σοφὸς θεὸς, nam apud Lacedęmonios deus dicitur σιός & σισυφὸς ὁ σοφὸς. fuit autem Sisyphus tanta pręditus solertia/ac facundia, ut mortalium so-

lus, si Theognidi credimus ab inferis blanda oratione placata Proserpina regressus sit. Cum Iupiter (ut Pherecides ait) Aeginam Asopi filiam raptam a Philunte Bionem per urbē Corinthum traduceret, Sisyphus filiam quaerenti Asopo indicauit. qua re indignatus Iupiter, Sisypho mortem mittit: quam Sisyphus arctissimis / ac ualidissimis obligauit uinculis. quo factum est, ut hominum nullus tunc periret. Postea uero q̄ Pluto & sisyphum interemit: & mortem uinculis soluit, persuasit Plutoni Sisyphus, ut interea ad superos remitteretur, donec Steropen uxorē propterea criminaretur, ꝗ sibi etiam ad inferos: quę priusq̄ moreretur mandauerat, nequaq̄ mitteret: qui Corinthum reuersus non prius ad inferos rediit, q̄ senio iam confectus saxum ad inferos uolutare ne amplius aufugeret coactus est. DEM. Aletes Hippotę filius: qui ex Philacte Herculis filio genitus fuerat: Doriensium dux Corinthiis bellum intulit: cui Doridas quidem / atq; Hyāthidas: qui tunc Corinthiis imperabant, urbem dedidere: populus uero excidit. quare Aletes / & eius nepotes usq; ad Bacchim Prūnidos filium quinq; aetatum interuallo imperiū obtinuerunt. ab hoc Bacchidae appellati quinq; alias aetates usq; ad Telestem Aristodemi filium regnarunt. hunc Telestem Aricus / ac Perantas ob simultatem interfecere. quare rex nullus creatus est: Sed Prytanes ex Bacchidis annulum obtinentes imperium, donec Cypselus Ectionis filius tyrannidis potitus Bacchidas eiecit. Erat autem Cypselus a Melane Antasi filio oriundus. IOAN. Hunc Apollo ab Aeaco generis originem ducere his duobus carminibus indicauit.

ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει,
κύψελος ἀιακίδης βασιλεὺς κλειτοῖο κορίνθου.

Agaclytus ait in olympia uetustissimum stat Iunonis templum: quod Sciluntii hoc est Elei dedicarunt. in eo est aureus colossus Cypseli Corinthii dedicatio. aiunt. n. Cypselum si Corinthiorum tyrannus euaderet, omnium bona consecraturum diis in decemniū pollicitum, ex censuum decimis aureū

collossum construxisse. Didymus tamen inquit Periandrum illum struxisse collossum. ut Corinthiorum delitias temeritatemq; comprimeret. DEM. Supra theatrum Iouis est templum: qui romana uoce capitolinus nuncupatur: lingua uero græca Coryphęus diceretur. Lerna fons est Corinthi: circa quem stant columnę: sediliaq; exædificata sunt: quę ęstiuo tẽpore captantes frigora excipiant. Acrocorinthus montis est urbi imminentis uertex: quem Briareus Soli cum iudicaret, dedit. Sol uero Veneri concessit. Acrocorinthum ascendentibus duo Isidis templa occurrunt. Pelagiam unam: Aegytiam alteram appellant. Duo preterea sarapidis phana: quorũ alterum sarapidi: qui in Canobo dicitur, consecratum est. Deinceps solis extant arę: & necessitatis / ac uiolentię sacellum: quod ingredi minime consueuere. Ibi quoq; Iunonis Bunææ est phanum a Buno Mercurii filio conditum. unde & dea ipsa Bunæa nuncupatur. haud inde procul ueneris est templũ: in quo simulacra ipsa armata: & Sol, ac Cupido arcũ tenẽs: fontem autem post templum scaturientem donum esse Asopi: Sisyphoq; datum memorant. Nam cum Sisyphus Aeginam Asopi filiam a Ioue raptam nosset, non prius se quarenti patri indicaturum dixit: q̃ in Acrocorintho aqua erumperet. quod cum Asopo concedente accidisset, raptam a Ioue Aeginam indicauit. cuius indicii causa ad inferos, si cui credibile est, pœnas dat. Audiui autem nonnullos hunc esse Pirenen fontem asserentes: indeq; aquam per urbem subterlabi. Asopus ipse ex phliasia per Sicyoniam delabitur in mare. huius filias Corcyram / Aeginam / ac Theben Phliasii fuisse referunt: & a Corcyra atq; Aegina insulas Scheriam & Oenonen dictas nomen accepisse. a Thebe Thebas: quæ sub Cadmia sunt denominatas uolunt: quibus Thebani nequaq̃ assentiuntur. aiunt. n. Theben: a qua urbi nomen inditum, non Phliasii Asopi: sed Bœotii fuisse filiam Tenea: unde Teneatica porta a Corinthiis denominata est, a Corintho stadiis sexaginta distat: quam Troiani captiui a Tenedo profecti te-

nent, Agamemnone ut ibi habitarent, permittente. HIER. Tenea inquit Stephanus uicus est Corinthi a Tenno Cycni filio denominata. sita est autem inter Corinthum, & Myce nas. dicitur & Tenea regio. DEM. Sicyonii Corinthiorum finitimi aiunt Aegialeum indigenam primum suam ipsorum tenuisse regionem: eamq; peloponnesi partem: quæ adhuc Aegialos appellatur: & ab ipso cognominatam: & Aegialiã primum in campo habitasse ciuitatem: & ubi nunc est Palla dis templum, ibi arcem fuisse. LVD. Aegialos inquit Ister locus est inter Sicyonem & Buprasium ab Aegialeo Inachi filio denominatus. Est & alius ponto iunctus Aegialos post Carambim promontorium, ut tradit Apollonius. habet au tem & uicum cognominem, Homerus κρῶμαν τ᾽ αἰγιαλὸν τε scribitur autem κρῶμαν κοβίαλον. Est & Thraces Aegia los iuxta Strymonem, ut Hecatæo placet. Est & alius Ae gialos magnus appellatus in Aethiopia circa Aegyptum, ut apud Stephanum legitur. DEM. Aegialei filium fuisse aiũt Europem, Europis Telchinem, Telchinis Apim: a quo ante Pelopis aduentum Apia dicta est Peloponesus: Apidis Thel xionem: Telxionis Aegyrum: huius Thurimachum: Thuri machi Leucippum. hic filiam habuit Calchiniam: quæ Pera tum Neptuno peperit: cui Leucippus reliquit imperium. Pe rato filius fuit Plemnæus: Plemnæo orthopolis. huic nata est filia Chrysorthe: quæ Coronum Apollini peperit, ex Coro no genitus Corax, & natu minor Lamedon. Corace sine filiis uita defuncto, Epopeus ex Thessalia profectus accepit impe rium: qui ob raptam Antiopam nomine quidẽ Hyctei The banorum regis, re autem ipsa ut fama erat, Asopi filiam, peti tus est bello a Nycteo: in quo uictor licet uulneratus Palla dis extruxit templum: & cum eam rogasset, ut sibi indicaret an ex sententia exædificatum esset templũ, fluxisse post pre ces oleum ante templum ferunt. Epopeo ob neglectum uul nus mortuo, Lamedon Coroni filius successit. hic Sicyonẽ ex Attica abduxit: cui Zeuxippen filiam dedit uxorem: a quo

regnante Sicyonia regio:& Sicyon pro Aegiale denomina-ta est ciuitas. IOAN. Apis Phoronei filius, ut author est Eustathius, ex Epiro profectus peloponnesum a serpentibus: quibus infestabatur, liberauit : a quo tota pelopõnesus Apia nominata. Sed cum in Arcadia habitasset, Apidanenses arcades κατ' ἐξοχὴν appellati. sunt qui uelint tam Apiam: q̄ Apidanenses κατὰ παρέκτασιν τοῦ ἀπιῶν, καὶ τῶν πιδάκων nominatos. Apiam, inquit Stephanus, iuniores appellarunt Argos:& Incolas Apidões ab Apide Phoronei filio, ut ĩ Achaico secundo Rhianus refert. Apidones etiã Arcades dicti ab Apidone fluuio: uel Phoronei filio, author idem Stephanus. Apia quoq; apud poetas legitur pro remotiore regiõe, ut Eustatius in Homerum tradit. Sicyon peloponnesi ciuitas, tam masculino q̄ foeminino dicitur genere, inquit Stephanus. Est q; & Mecon, & Telchinia nuncupata. DEM. Sicyonẽ: unde ciuitas pro Aegiale Sicyon denominata, Metionis ex Erechtheo geniti filium non nulli dicunt: quibus Asius adstipulatur, At Hesiodus ait Erechthei filium fuisse: Ibicus Pelopis Sicyonis filia fuit Chthenophile: ex qua/& Mercurio Polybum genitum uolunt: a quo Adrastus ex Lysianassa filia nepos Argis fugiens accepit imperium. Adrasto autem argos reuerso Ianiscus a Clytio oriundus ex Attica profectus imperauit: quo defuncto Phaestus Herculis dictus filius imperium accepit. sed cum Phestus ex oraculo in Cretam migrasset, Zeuxippus Apollinis ex Syllide nympha filius regnasse dicitur: Post quem Hippolytus Rhopali filius/ac Phaesti nepos: quem Agamemnon subditum fecit. huius Hippolyti filius erat Lacestades Phalces: sed Phalces Temeni filius noctu cũ cepisset Sicyona Sicyonios dorienses fecit/& argiuę regionis partẽ. Antiope post Epopei obitum rediit Thebas a Lamedone reuocata: sed ĩ itinere peperit, super qua re Amphiptolemi filius Agis hęc scripsit ἀντιόπη δ' ἔτικτε ζῆθον καὶ ἀμφίονα δῖον ἀσωποῦ κούρη ποταμοῦ βαθυδινήεντος ζηνί τε κυσαμένη καὶ ἐπωπέι ποιμένι λαῶν At Ho-

merus ad maiorem eos generis nobilitatē eduxit : Thebasq; ab iis primum conditas tradit. inferiorem ciuitatem, ut mihi uidetur a Cadmea dirimens. HIER. Cadmea, inquit Stephanus, ciuitas Thebarum arx, unde Thebani Cadmei/& Cadmeones/& Cadmii nuncupati. DEM. Corintho euntibus in Sicyoniam Lyci Messenii occurrit monimentum. at cum Asopum transieris, olympium spectatur : & haud inde procul ad dexteram Eupolis Atheniensis comici sepulcrum: nec non & Xenodices: quę in partu obiit: & ad portam fons in spelunca stazusa nominata, q ex speluncæ tecto stillet nec a terra oriatur. Apollo/ac Diana post pythonem interfectū expiationis causa in Aegialeam profecti sunt. Sed cum in eo loco perterrefacti fuissent. quem φόβον appellant in Cretā ad Carmanorem iter suum conuerterunt. pestis autem homines Aegialeam incolentes statim inuasit: cuius sedandi causa Apollinem ac Dianam placare a uatibus iussi sunt. quare septem pueros/totidemq; puellas ad Sytham fluuium. supplicantes mittunt: quorum precibus allectos deos in eam quæ tunc arx erat, uenisse memorant: & locus in quem primum uenerant, Pithus extat templum, quo nunc quoq; pueri ad Scytham fluuium accedentes Apollini consecrato die ad Pithus phanum deos ferunt: referūtq; ad Apollinis templum. In Sicyoniorum foro Apollinis est templum: quod primū a Prœto cōdito ferunt, q eius filiæ ibi furore fuerint liberatę. aiunt preterea Meleagrum in hoc tēplo hastam dicasse : qua aprum interfecerat: Marsyę quoq; tibias hic dedicatas memorant. Nam cum Silenus in calamitatem incidisset, Marsyam fluuium aiunt in Mæandrum eas detulisse : uisasq; in Asopo & circa Sicyoniam eiectas a pastore inuentas fuisse: Apolliniq; dicatas. horum nihil erat reliquum, q una cum templo conflagrassent. nam tam simulacrum q̄ templum, quod mea extat tempestate pythocles dedicauit. IO. Hic est ille Marsyas Hyagnis filius: qui abiectas a Pallade tibias dicitur inuenisse. q autem Marsyas in tibiarum certamen cū Apolline

descenderit:uictusq; Corio exutus fuerit, testatur fons:in quē eius pellis decidit:qui cum prius Myde fons diceretur.ob id Marsyas est cognominatus, author Eustathius. Pindarus in Pythiis ait Palladem hoc pacto Auleticen inuenisse.cū Perseus Medusam occidisset:& Euryale:ac Stheno sororis obitū lugerent:colubriq; circa ipsarum capita sibilum emitterent, tum Pallas tam ipsarum eiulatum, q̄ serpentum sibilū armulata/tibiarum cantum:quem πολυκέφαλον νόμον appellauit, excogitasse dicitur. Tibię primo ex gruū tibiis:a quibus nomen apud nos sortitę:tum ex arundinibus factę tradūtur, unde tibialis calamus dictus:quem auleticon appellant. Postea sacrificę thuscorum tibię ex buxo fieri cępta:Ludicrę uero ex loto arbore:deinde ex ossibus asininis: postremo ex argento.preterea uaria erant tibiarum genera.quędam.n.Seranę dicebantur:quę & pares erant:& ęquales habebant cauernas. Alię Phrygię impares:quibus inęquales erant cauernę.nam ut uarro inquit, tibia phrygia dextra unum foramen habet:sinistra duo:quorum unum acutum sonum habet:alterum grauem.dicebatur & obliqua ob eam rationem. Inuenta est autem primum in Phrygia a rege Mida ut author ē Plinius. Item alię simplices erant:& id genus monaulos uocabant, Mercurio inuentore.alię geminę:quarum author Marsyas fuit. Erant & pręcentorię/gingrię/Lydię/Thuriae/Aegyptię. Lydios modos Amphion inuenit. Dorios Thamyris Thrax:Phrygios Marsyas Phryx. Heraclides tamen ponticus in tertio musices ait non oportere harmoniā uocare:neq; Phrygiam:neq; Lydiam.harmonias.n.tres existere.tria nāq; fuisse gręcorum genera, Dores/Aeoles/Ionas. Dorica.n.harmonia uirile quoddam/ac magnificum pręsefert, Aeolica superbum/ac tumidum. Ionica austerum/& asperum. DEM. Arateum heroum habent Sicyonii:ubi sepultus est Aratus: qui post multa/egregiaq; facinora tandem a Philippo rege ueneno sublatus est ut Euryclides & Micon oratores Athenienses. Post Arati heroū porticus extat, Clisthenios a Con

ditore denominata:nec non & Neptuni Isthmii ara. Est Sicyoniis Lycæi Apollinis templum. nam cum lupi eorum greges usq; adeo infestarent, ut nullum ab iis foetũ perciperent, Deus quodam modo ubi lignum aridum iacebat prædixit, ut eius ligni corticem una cum carneferis proponerẽt. has itaq; cum primum degustassent interemit cortex. Onomatam appellant Sicyonii priorem eius festi diem: quod in Herculis honorem celebrant. Iugulati agni foemora in ara tosta tamq̃ ab hostia comedentes, utpote heroi has carnes sacrificantes: posteriorem autem diem Heracleam nominant in porticu τοῦ ὀργίου erectum est simulacrum. Est & somnius Leonem sapiens Epidotes cognomine. In Asclepieũ ingredientibus Aesculapius occurrit Imberbis auro atq; ebore confectus, Calamidis opus. tenet autem & sceptrum: & altera manu domesticæ pinus fructum. Aiunt deum ipsum draconi assimilatum ad se ex epidauro mulorum bigis uectum: idq; a Sicyonia muliere Nicagora nomine Agasiclei matre Echetimi uxore factum. HIER. Tradunt, inquit, Plutarchus in Agidis uita sicut ex bobus apes: ex equis fuci: ex Asinis Crabrones generantur, ita humana corpora: & præsertim medullas humoremq; ex iis profluentem serpentes producere. Itaq; non absq; ratione permoti antiquiores heroibus draconẽ consecrarunt. Erat ut Philostratus in heroicis memorat, Aiaci locrensi mansuefactus draco quinq; cubitorum magnitudinem implens: qui cum & bibebat & uersabatur: cuiusq; comitatu in uia perinde ac canis utebatur. quare minime mirandum uidetur, si Aesculapius in draconẽ transformatus ad Sicyonios uectus traditur, cum ei serpentes ob id maxime consecrati sint, q. ut illi exuta uernatione senectam deponunt: Ita Aesculapius medica ratione ex humanis corporibus morbos abigendo iuuenilem uigorem conseruaret. DEM. Lutrophoron appellant Sicyonii uirginem: quæ Veneris facellum ingreditur. neq; n. uiris licet ingredi sed foris tantum spectare. sedentis deæ simulacrum effinxit Canachus Sicyonius: qui & in Milesiorum

didymis, & Thebanis Ismenium fecerat Apollinem. ex auro autem atq; ex ebore confecta est, in capite polum gestans: & in Manuum altera quidem papauer: altera uero malũ tenet: uictimarum aũt omniũ preterq̃ suis foemora ei sacrificãt: alia uero Iuniperi lignis comburunt. Cęterũ una cum foemoribus exustis pæderotos folium consecrant. Est autem in eo septo sub dio pæderos herba: quę nusq̃ alibi terrarum: nec in Sicyonia: nec extra Sicyoniam nascitur. eius folia minora quidem q̃ phagi: maiora uero q̃ Ilicis querni folii figuram referunt: quorum pars subnigrescit. reliquum est candidum ut albæ populi foliis colore assimiles. LVD. Cerepolum inquit uigesimo nono Plinius: quod pæderota greci uocant, acerrimum est sapore: ignei effectus: ac saluberrimum corpori. Idem in trigesimo septimo de opalo gemma loquens ait, hanc gemmam propter eximiã gratiã pleriq; appellauere Pæderota. DEM. Sicyone philuntem recta euntibus: & ad sinistram uię decem maxime stadia deflexis nemus nomie pyręa occurrit, In quo Cereris Prostasię cognomine: & Proserpinę stat sacellum. hic uiri per se festum celebrant, locum autem nomine Nymphonem mulieribus ad facienda sacra concesserunt: ubi Bacchi/cererisq;/ac Proserpinę simulacra faciem ostendentia uisuntur. Asopum transgressis ilicum occurit nemus/& dearũ templum: quas Athenienses semnas: Sicyonii Eumenides appellant: quibus oues immolant graues. IOAN. Hę a nostris dirę nuncupantur. sunt autem tres Tisiphone/Alecto/Megera: quas Erinnys quoq; græci nominant. Sunt autem genitæ, ut Hesiodus in Theogonia testatur, ex guttis pudendorũ Cęli in terram cadentibus. Colitur in Arcadia ceres cognomine Erinnys, ut apud Lychophronẽ legimus. Callimachus quoq; Erinnyn appellat cererem. dicitur autem Erinnys uel παρὰ τὸ ἀρᾶσ ἐρύειν uel παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρα μάιν, uel q̃d in Erinnyn tranformata a Neptuno cõpressa fit: cui Arionem equum peperit. Est inter adagia ἐριννύων πρόσωπον in eos qui admodum deformes/ac turpes existunt. DEM. Titane

locus est iuxta Asopum fluuiũ a Titane Solis fratre: qui ibi habitauit, ut indigenę aiunt, sic denominatus. uidetur autem mihi Titan propterea solis frater existimatus, q; ea diligenter anni tempora obseruauerit: quibus & arbores augentur/ & fructus ad maturitatem producuntur. HIER. Titana, inquit Stephanus locus in Sichyonia, dicitur & singulariter. ut Τιτάνοιο τε λευκὰ κάρηνα. DEM. Eumarionem: cui in Titane sacra faciunt ut deo Pergameni, Telesphoron ex oraculo appellant. Epidaurii Acesim si recte coniicio, nominãt. In Titanes colle uentorum extat ara: in qua sacerdos singulis annis nocte una uentis sacrificat: & ad quattuor Scrobes multa alia peragit arcana flaminum feritatem demulcens. Medeæ quoq;, ut ferunt, adcinit carmina. haud procul a portu Sicyoniorum appellato Elisson ac Sythas flumina in mare prorumpunt. Phliasia autem regio Sicyoniæ finitima est. at Phliasii ab initio Argiui fuere. postea uero Dores facti heraclidis in Peloponnesum reuersis. in hac regione Aranta indigenam primum fuisse uirum tradunt: qui circa collem nostra quoq; ætate Arantinum nuncupatum ciuitatem condidit: quæ una cum regione a conditoris nomine Arantia uetustis est temporibus uocitata. haud procul inde alius est collis Phliasiorum arx: ubi Hebes uisitur ædes, licet uetustiores nõ Heben: sed Ganymedem esse uelint. LVD. Arantia, inquit Stephanus, ciuitas fuit: quæ postea Phlius est nominata ab Arante indigena: cuius ciues Arantini appellati. Idem alibi. Phlius ciuitas Pelopõnesi Arethyrea/ & Arantia prius dicta a Phliunte Dionysii/ & Chthonophyles filio sic appellata. Pausunias uero a Phliante nomen accepisse ait, ut Idem Stephanus author est, At Philetes dicit. Phlius ciuitas ẽ Dionysi. nomen autem accepit παρὰ τὸ φλεῖν. Lacedæmonii mensium unum phliasium nuncupant: in quo terræ fructus uigere contigit. a Phliuntis genitiuo phliusius deduci debebat. uerum additione a Phliasius dicitur. Postea uero q̃ in Ganymedis incidimus mentionẽ, quod de eius raptu apud græ-

cos legerim authores in medium proferre constituimus. Echemenes in Creticis ait non Iouem: sed Minoem regem Ganymedem rapuisse. At chalcidenses: qui Euboeam incolunt, Iouem apud se Ganymedem rapuisse ferunt: locumq; ubi id fuisse factum autumant, a raptu Harpagion appellãt: in quo uariæ proueniunt Myrti, author Athenaeus. Herodianus libro primo cum Pessinuntem Phrygię locum a Casu matris deorum statuæ nomen accepisse dixisset, ut autem inquit, apud alios inuenimus, ab eorum casu loco nomen inditum est: qui in prælio inter Ilum phrygem/ac Tantalum Lydum ob uias siue ob Ganymedis raptum conflato cecidere: ubi & Ganymedem euanuisse fama ẽ, hinc fratre: Inde amatore ipsum distrahentibus. qua re cum eius corpus nusq̃ apparuisset, adolescentis calamitas consecrata ad fabulam/ac Iouis raptum redacta est. Suidas Troem ait Ili ac Ganymedis patrem post Troiam atq; Ilion conditas ciuitates, ut Ioui cognomẽto Europi gratiam referret, Ganymedem filium sibi Charissimum cum Donis/ac sacris quinquaginta comitantibus uiris misisse: quem Tantalus regni sui speculatorem uenisse ratus, prius q̃ Iouis adiret templum, cępit non multo autem post cum morbo correptus decessisset, Tantalus maximo affectus mœrore ipsum quidem sepulturæ mandauit; comites uero ut filii obitum patri nunciarent, in patriam remisit. At poetę mortis celeritatem fabulose referentes a Ioue raptum Ganymedem cecinere. DEM. Asopus Cegluses/ac Neptuni dictus filius eius fluminis aquam inuenit: cui ipse nomen imposuit. Aoris Arantis filius in sororis Aræthyreæ memoriam regionẽ Aræthyream nuncupauit. Phlias: aquo phliasii, filius fuit non Temeni: ut illi aiunt: uerum Dionysii ut Apollonius rhodius in catalogo testatur. habuit autem matrem Arętyream: ac nõ Chthonophylen: nam hęc uxor fuit: ex qua Androdamam filiam sustulit. Pythagoras patrem habuit Mnesarchum: Euphronem auum: Hippasum proauum: qui quidem Hyppasus ne Rhegnidam argiuorum regem ferret, cum uolentibus ex

phliasia famum profugit. Olen poeta inquit Iunonem ab horis educatam Marté/atq; Heben liberos habuisse. IOAN. Horæ inquit Hesiodus Eunomię/Dice/Irene:quas Ioui peperit Themis, ut superius quoq; diximus. iis Homerus in eo Illiados libro qui. ε. inscribitur, Cœlum esse commissum tradit, ut modo id aperiant: modo nubibus obtegant. Idem in Apollinis hymno eas coram Ioue una cum gratiis choreas ducere memorat. Athenienses horis sacra facientes nõ assant carnes: sed elixant, ut Philochorus ait, rogãtes deas ut ęstus/siccitatesq; auertant. DEM. κισςτόμους appellant Phliasii Hebes festa: in cuius deę luco cupressis referto mancipia cõpedes dicaret. in Phliasiorum foro ęnea posita est capra plurimum inaurata: quam huiusmodi de causa colũt. Sidus: quam capram nominant, exoriens uitibus frequenter nocet: quod ne accidat, ipsam uenerantur. post forum domus est a phliasiis μαντικὸς nuncupata, ꝙ Amphiaraus eam ingressus nocteq; somno deditus tunc primum ut Phliasii memorant, uaticinari ceperit. nam antea erat Amphiaraus, ut illi aiũt, Idiotes: & non uates. Ipsum autem Domicilium inde in perpetuum clausum est. haud inde procul est, qui ὀμφαλὸς appellatur. totius namq; Peloponnesi medium tenet, si uera memorant. Cyathum puerum Oenei in Conuiuio ministrum hercules uno digito cum caput percussisset, interfecit: Cuius simulacrum calicem Herculi porrigens habent phliasii. HIER. Apollonii quoq; interpres ait, cum Hercules Deianiram Oenei filiam uxorem duxisset: ac Calidone uersaretur, Cyathum Oenei quidem ministrum: Architelis uero filium in conuiuio condylo interemit, ꝙ pelluuias manibus imprudenter infunderet. Qui argumentum in Sophoclis Trachinias composuit cum Hercules inquit, apud Oeneum esset cenaturus, Eunomum Architelis filium aquam manibus fundentem cõdylo. i. digiti nodo/siue articulo, interfecit. Hercules, ut Suidas ait. puerum maluuias ingratas adferentem digytorum articulis cędens interemit. DEM. Celeæ ciuitas quinq; sta

diis a Phliasia distat, ubi Cereris sacra a Dysaule: q helcusine fugerat, constituta quarto quoq; anno celebrantur. Phliasii Arantem Promethei filium pelasgo Arcade uetustiorem esse autumant: iisq; qui apud Athenienses autochthones, hoc est indigenę dicuntur. Cleonę ciuitas haud ingens Corintho Argos proficiscentibus occurrit a Cleone Pelopis: siue Asopi filia sic cognominata. hic Palladis templum uisitur: cuius simulacrum Scyllidis, ac Dipoeni opus est: qui Dædali discipuli: uel ut aliis placet, filii fuere. Euryti quoq; ac Cteati extat monimentũ: quos ex Elide isthmia spectatũ proficiscentes Hercules sagittis confecit, q in bello Augiæ fuissent auxiliati. LVD. Hi Augię fuere ex fratre nepotes, ut apud Eustathium legimus. ait. n. Augiam: Actoremq; Phorbantis filios extitisse: Cteatum uero atq; Eurytum ex Actore & Hyrmine Alectoris sorore genitos. Iuniores tamen Cteatum & Eurytum Molionis filios censent. Pindari interpres ait, Cteatũ atq; Eurytum fratres nomine quidem Actoris, ac Moliones filios fuisse, re uero ipsa ex Neptuno, atq; Molione genitos. Homerus in Iliados octauo Eurytum ait Oechalium artis sagittandi usq; adeo fuisse peritum, ut Apollinem ad sagittandi certamen prouocare ausus ab eo interfectus fuerit. DEM. In altera uiarum: quę Cleonis ferunt Argos montibus hinc inde septa, adhuc ostenditur Leonis specus: a quo nemea quindecim distat stadiis: in qua Nemeęi Iouis templum spectatu dignum cernitur, preterq̃ q tectum deciderat: nullumq; simulacrum reliquum erat. Circa templum autem cupressorum est Lucus: In cuius herba positum a nutrice Ophelten draco dicitur interemisse. Sacra in Iouis honorem argiui in Nemea celebrant: uirisq; armatis cursus certamen proponunt. Ibi extat & Opheltę tumulus: circa quem lapideus est ambitus: & intra septũ ara. Est & terræ agger, Lycurgi Opheltę patris monimentum. Fontem autem Adrasteam appellant: inde fortasse q Adrastus eum inuenerit. Nemeam autem dicunt ab Asopi filia nomen accepisse. IOAN. Nemea Eli-

dis regio, inquit Stephanus, in qua Dryopes habitarunt. gentile est Nemeus & Nemeaeus. Strabo in octauo Nemea dicitur & Nemeetes Iupiter: & Nemeetae ciues Locridis ciuitatis, Nemea, ut Pindari interpres ait, ex Asopo oceani filio: ac Metope Ladonis filia genita est, ut & Cercyra/Aegina/Salamis/Thebe/Arpinna: unde fortassis nomen inditum regioni. DEM. Apesas mons est supra nemeam: ubi Perseum Ioui Apesantio sacra fecisse memorant. HIER. Apesas mons est Nemeae, ut & Pindarus/& Callimachus in tertio testantur ab Aphesante heroe regioni imperante: uel διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων, ἢ τὸν λέοντα, inquit Stephanus. Ibi.n. a luna dimissus est, unde Iupiter Apesantius. Callimachus tamen ἀπεσάντιδι in Iambis dixit: non Apesantio. DEM. In Argolide nunc cognominata inachum aiunt, tunc regnantem a se flumini nomen imposuisse: Iunoniq; sacra fecisse. addunt & hoc, Phoroneum quidem in hac regione primum fuisse: Inachum uero non uirum, sed fluuium Phoroneo esse patrem. Neptuno autem de regione cum Iunone ambigente, Phoroneum una cum cephisso/Asterione/atq; Inacho flumine arbitrum factum Iunoni regionem adiudicasse ferunt propterea q; Neptunum uastasse regionem: neq;.n. Inachus: neq; prędictorũ fluminum alius nisi pluente Ioue aquam prebet: sed aestiuo tempore omnes preterq̃ Lernes arent fluxus. Phoroneus Inachi filius homines prius passim degentes primum in comune contraxit: & in quem conuenere locum, urbs est phoronica nuncupata. Argos uero phoronei ex filia Nepos cum post Phoroneum imperium obtinuisset, a se regioni nomen imposuit. IOAN. Argos, inquit Stephanus insignis est Peloponnesi ciuitas: quę Phoronica urbs fuerat appellata & Aegialea/& Hippoboton, q; equorum pabulum Neptuno demonstratum sit. Mox Iasus ab Iaso Ius patre, ut nonnulli uoluere. postremo Dipsion ab aquarum siti. secunda ciuitas hoc nomine Argos est Amphilochicum denominatum: Tertia Thessalię. Quarta Ciliciae: quę Argiopolis appella-

tur. quinta in Nisyro una de Cycladibus. Sexta circa Troezenem. septima ad Macedoniam. Octaua in Scythia Argos Oresticum dicta. Nona cariae. Decima quę Argolicum nominatur. undecima Phaeacum. hyperea Argos autem ferme omnis secundum mare campus dici potest. DEME. Argi filius fuit Pirasus & Phorbas: Phorbantis Triopas: Triopę Iasus/& Agenor. Iasi filia Io: quae ut Herodotus graeciq; prodidere in Aegyptum profecta est. Post Iasum Crotopus Agenoris filius imperauit. Crotopi filius Sthenelas. huius Gelanor: quo regnum administrante Danaus ex Aegypto profectus Agenoris nepotibus imperium abstulit. Danao successit Lyngeus: huic Abas: cuius filii imperium partiti sunt: quorum Acrisius Argos obtinuit: Proetus Heraeum/Tiryntha/& quęcunq; Argiuae regionis mari adiacent. Acrisius monitus, ut sibi a Perseo caueret, Larissam: quae sita est ad Peneum, concessit: quo Perseus ut auunculum uideret benigneq; alloqueretur profectus, inter ludendum Acrisium disco inuitus interfecit. habuit itaq; locū dei prędictio: qua monitus Acrisius fuerat: ut quae ad filiam: nepotisq; inuenta pertinerent, declinaret. Nam Perseus discum adinuenerat. HIERO. Heraeum Iunonis dicitur templum. Est Heraeum & Thraces ciuitas, ut in quarto ostendit Herodotus. Murus uero Heraeus cum accentu in antepenultima profertur a ciuitate Heręi, a muro Hereotichitae deducūtur. DEM. Mycenas condidit perseus eo loci: ubi bibenti sibi ensis Myces hoc est pomulum decidit: a quo Mycenas urbē ipsam appellauit. sunt qui a Mycene Inachi filia Arestoris uxore urbē cognominatam uelint. LVD. Mycenę urbs Peloponnesi, inquit Stephanus a Myceneo Spartonis Phoronei fratris filio: uel ab ensis Mycete: quē Perseus ferebat: ob cuius casum Mercurii iussu ciuitatem condidit, uel ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι q; Io ibi in bouem conuersa mugitum ediderit. DEM. Mycenas demoliti sunt argiui Zelotypia. nā Mycenei quiescentibus argiuis ad Thermopylas Lacedaemoniis subsidia mise

re.reliqua tamen adhuc sunt:& alia in urbis ambitu & porta:cui adsistunt Leones.Cyclopum,& hęc opera esse aiunt: qui mœnia Prœto struxere.fons nomine Persa inter Myce-narum ruinas extat:Atreiq;/ac filiorum subterranea ædificia: ubi pecuniarum Thesauri condebantur.Est preterea & Martis tumulus.sunt & eorum tumuli:quos cum Agamemnone ab Ilio reuersos Aegysthus cum accepisset,interfecit.de Cassandræ autem monimento ambigunt Lacedæmonii:qui circa.Amyclas habitant. Eurymedontis uero aurigæ/& Teledami tumulus idem est:qui & Pelopis. hos.n.gemellos peperisse Cassandram:sed ab Aegistho cum parentibus trucidatos referunt.Helectra iubente Oreste nupsit Pyladę:ex qua, ut Helanicus ait, Medontem/& Strophium filios sustulit. IOAN. Fuit Strophius etiam Pyladę Pater,ut & Euripides in Oreste testatur:& Didymus his uerbis indicat.Phoco liberi fuere Crissus/& Panopeus. Crissus ciuitatem condidit:nūc quidem Cirrham:tunc uero Crissam nuncupatam,cui ex Antiphatea Nauboli filia natus est Strophius:qui ex Cydragora Agamemnonis sorore Astydamiam/Pyladenq; filios suscepit.Pindari interpres Phocidis est inquit Python: ubi Strophius Pylade pater imperabat. DEME. Clytemnestra & Aegisthus paulo procul a mœnibus sepulti sunt,q; itra mœnia sepulturæ mandari nequaq̄ mererentur. Heræum quindecim a Mycenis ad dexteram distat stadiis.secundum uiam labitur aqua nomine Eleutheria: qua ad expiationes utuntur: quę circa templum & sacrificia secreto consistunt.Ipsum aūt templum in imo EubϾ situm est.Montem.n.ipsum Eubœā appellant:cum dicant Asterioni flumini filias fuisse Eubœā/ Prosymnam/& Acręam:esseq; Iunonis nutrices & ab Acręa quidem montem e regione Heręi positum uocant,ab Eubœa uero quantum est circa templum/& prosymnam regionem: quę sub Heræo est,appellant.hic autem Asterion sub Heręo fluens in uallē decidit:ibiq; euanescit: ad cuius ripas nascitur herba:quam Asteriona nominant,hanc quoq; herbam Iuno

ni.offerunt:& ex eius foliis coronas texunt. Templi autẽ Architectona Eupolemum fuisse memorant. quę uero super columnas elaborata sunt, tum Iouis natiuitatem/& deorum/ac Gigantum prælium, tum bellum Troianum/Ilii captiuitatem continent. in parte uestibuli sinistra gratiarum uetustissima sunt simulacra. in dextera Iunonis lectus/ac dicatus clypeus: quem Menelaus Euphorbo quõdam ad Troiam eripuerat. Statua autem Iunonis ex auro/atq; ebore confecta magnitudine ingens in solio sedet, Polycleti opus. imposita ẽ capiti corona gratias/atq; Horas effictas habens: & manuum altera mali punici fructum: altera sceptrum fert. Cuculum sceptro aiunt insidere: Iouem Iunonis desiderio in hanc auẽ conuersum asserentes, hanc uero ut ludibrium cepisse. Hebes aũt simulacrum auro atq; eborea Naucyde confectum adstitisse Iunoni asserunt. Vetustissimum Iunonis simulacrum pirastro constat: quod ab argiuis ex Tirynthe: ad hoc Heræum allatũ est: in quo est ara Hebes & Herculis nuptias continẽs: & pauo quem Adrianus propterea dicauit, q̃ huiusce deæ auis sit. Est & corona aurea/& Neronis purpureus peplus. Cryseis sacerdos fuit Iunonis: qua somno pressã prius templum conflagratum est. HIER. Euboea insula est, ut Stephanus scribit, una de septem, oblonga: quę & Macris dicta est: & locus in argiuo agro: & Macedonię ciuitas. Posymna quoq;, ut idem Stephanus ait, pars est argiui agri. Pauones Iunoni consecrati sunt, ut Menodotus samius inquit. Athenæus uero ait, numquid propterea pauones Iunoni dicati, q̃ in Samo Iunonis insula primum geniti/educatiq; fuerint: indeq; ad alia loca trãsmissi: ut galli in perside: meleagrides in Aetolia: phoenices in Solis ciuitate: noctuę Athenis: πελειάς in Cypro. in samiorũ autem pecunia impressus est pauo, ut idem Athenęus author est. DEME. Persei Heroum Mycenis Argos euntibus occurrit ad dexteram. Colitur & in Scripho perseus & Athenis. LVD. Scriphus insula est una de sporadibus inquit Stephanus, unde deductum est adagium illud βάτραχον σερίφιον

quo in mutos utuntur, q̃ ranæ ex Seripho in Scyrum delatę minime uocales sint. DEM. Post Persei Heroum ad dexteram Thyestes stat tumulus: cui impositus est Lapideus aries q̃ auream Thyestes habuerit agnam post fratris uxorem stupratam. Cęterum Atreus in ulciscenda iniuria nullo est usus temperamento: sed Thyestæ filiorum iugulationes / cœnasq; decantatas patrauit. postea pro comperto dicere nequaq̃ possum, utrum Aegisthus iniuriã facere ceperit, an Agamemnõ Tantalum Thyestæ filium prius occiderit: aiũt.n. ipsum Clytemnestræ uirgini Iunctum fuisse: quã a Tindaro acceperat. Ego autem eos utpote natura improbos arguere nolo. q̃ si Pelopis in Myrtilum scelus eos intantum insectatum est, iis id erit consentaneum: quę Pythia tunc prędixit, cum Glaucus Epicydis filius spartiatę ut peieraret consilium daret. dixit.n. huius pœnam in Nepotes deuẽturam. IOAN. Hinc est q̃ a Platone in Cratylo de Pelope memoratur. ait.n. Pelopem dictum, q̃ ea tãtum uiderit: quæ prę oculis sita sunt. qũoniam in Myrtili cæde, ut fertur, prouidere nihil potuit: neq; eminus prospicere, quanta toti generi ex hoc calamitas immíneret. Quæ.n. ante pedes erant: & ad presentia tantum respiciebat. quod & fecit cum Hippodamię coniugium omni conatu inire contendit. Atreum quoq; quasi ἄτειρη ... dictum uoluit, q̃.s. Thyestæ fratri filios epulandos appofuerit. quod cum fieret, solem aiunt surgentem ad ortum retrocessisse. quę quidem res uidetur, ut nonnulli placet, indicare solis eclipsim ea tempestate fuisse: quam cum Atreus astrorum peritissimus Mycenis prędixisset, omnibus admirationi fuit: cuius rei inuidia motus Thyestes ab urbe discessit. Plato tamẽ in libro de regno hospitem / ac Socratem ita inter se loquentes inducit. Hosp. Erat olim: & adhuc erit multa rerum uetustarum memoria: & inter cętera memorabile monstrum: qd̃ circa Atreũ / Thyestæq; litem refertur. audistis namq; / & meministis quod tunc accidisse tradunt. Socr. Nunquid aureæ agnæ ostentum dicis? Hosp. Nequaq̃: sed de ortus solis / occasus / & aliarum

stellarum mutatione.unde.n.nunc exoriuntur, tunc occide-bant, & contra exoriebantur.tunc uero deus testimoniũ pre bens Atreo in hanc Cœli formam mutauit. DEM. ἀπὸ δὲ τῶν κριῶν, ita namq; Thyestæ monimentum appellãt, paululum progressis ad sinistram occurrit uicus:& Mysiæ Cereris sacellũ a uiro Mysio Cereris hospite, ut argiui memorãt. huic quidem non inest tectum.in ipso autem aliud est templum coctis lateribus extructum:nec non & Proserpinę Plutonis/& cereris simulacra. Argiuos autem gręcorum solos in tria diuisos regna nouimus. Anaxagora in argiuo Megapenthis filio imperante furor incidit mulieribus.ex donibus enim erumpentes per regionem uagabantur:quas cum Melãpus Amythaonis filius morbo liberasset, Ipse/& Bias frater pares sunt cum Anaxagora imperii partes cõsecuti. Cyanippus Aegialei filius argiuorum rex fuit. Amphilochus quoq; Amphiarai filiꝰ argis imperauit. Iphis ex Alectore Anaxagorę filio genitus Sthenelo Capanei fratrisfilio imperium reliquit. Amphilochus post captam Ilion ad eos:qui nunc Amphilochi dicuntur, migrauit. HIER. Amphilochici ἐκ τοῦ ἀμφιλοχικοῦ ἄργους inquit Stephanus, quod ab Alcmeone Amphiarai filio in Acarnania conditum est: & ab Amphilocho fratre denominatum, ut in septimo Strabo testatur. DEM. Cylarabis Stheneli filius rex fuit argiuorum:post quem Orestes Agamennonis filius Argos tenuit. Tisamenus Hermiones/et Orestisfilius post Orestem regnauit. Nicostratum & Megapenthem ex serua menelaus susceperat:unde Lacedę monii Orestem sibi quã hos imperare maluerunt. IOAN. Megapenthis in odysseæ quarto meminit Homerus: quem & ipse ex serua natum asserit:quam interpretes Toridaen appellatam uolunt. DEM. Penthilus Orestis nothus:quẽ ex Erigone Aegisthi filia sustulit, Tisamenum a Pelope genus ducentem argis expulerunt Timenus/& Cresphontes herculidę: nec immerito quidem.nam a Perseo erant oriundi.aiũt preterea Herculem Hippocontem & filios occidisse: impe-

μειλιχίου sedens ex lapide candidissimo, Polycleti opus ab argiuo populo dicatum post superatos/ac necatos mille delectos: quos contra lacedæmonios alebant, orto inter illos & populum bello ob uirginem sponso ereptam: quę Bryantē ex illis unum noctu occęcauerat: ad populumq; cōfugerat. haud inde procul lapide structi sunt Cleobis & Biton currum trahentes: & super curru matrem ad Iunonis templum uehentes. e regione horum est Iouis nemei templum: simulacrum rectum ex ęre, Lysippi opus: & Phoronei tumulus: cui adhuc parentant. ultra Nemeum Iouem fortunæ est ex uetustissimo fanum: in quo Palamedes inuentos a se cubos dedicauit. quod autem iuxta est monimentum chorię Mænadis appellant: cum Baccho dicentes: & alias mulieres: & hanc in Argiuos expeditionem fecisse: quas Perseus in bello superior interfecit. Paulo ulterius horarum extat templum: inde redeūti Pollynicis/& eorum ducum: qui ad Thebas periere, statuę occurrunt: quos fuisse septem Aeschylus testatur. HIER. Huic & Diodorus astipulatur/& Euripides: qui nomina etiā ducum posuere. Adrastum/Polynicem/Tydeum/Amphiaraum/Capaneum/Hippomedontem/& Parthenopæū. DEM. Post hos sunt qui Thebas ceperunt Aegialeus Adrasti filius & Promachus: quem Talai filius Parthenopęus genuit/& Polydorus ex Hippomedōte genitus/& Thersander/& Alcmeon/atq; Amphilochus Amphiarai filii, Diomedes preterea/& Sthenelus aderant/& ad hos Mecistei filius Euryalus/& Pollynicis Adrastus/& Timeas. Adonin argiuę lugēt mulieres. Creterium Hypermestrę locus est: ubi Danai iudiciū fuit Telessilla argiua non modo poetica arte insignis extitit: uerum etiam q; contra Lacedęmonios Argos uiris desertum Cleomene duce irrumpentes fœminas armauerit/atq; impulerit, cum oraculum hoc ab Herodoto interpretatum predixisset. sed cum fœmina superatum marem expulerit: gloriáq; inter argiuos consecuta fuerit, multas tunc argiuas utrinq; laceras reddet. Est igitur hęc Telessilla super columna erecta:

cuius pro pedibus positi sunt libri. LVD. Telesilla poetris inquit Suidas, libros quidem super columnam abiecit. Galeam uero capiti imposuit. nam cum lacedæmonii eos: qui in Argi Niobes filii templum confugerat, perderent: & ad urbem utpote capturi uenirent, tunc Telesilla armatis quæ p ætatem ferre possent arma mulieribus, eis occurrit. quod cum Lacedęmonii aduertissent, retro cesserunt/cum mulieribus pugnare turpe ducentes: quas & uincere minime inclytum: & uinci q̄ turpissimum sit. hac re expletum est oraculum argiuis dicens ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρρενα νικήσασα ἐξελάσῃ καὶ κῦδος ἐν ἀργείοισιν ἄρηται, πολλὰς ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει. DEM. Eadem ego eram ex Pausania dicturus: unde Suidas quę tu recitasti, uidetur accepisse. ubi tamen iste in ἄργους tēplum argiuos ait confugisse, Pausanias ἐς τὸ ἄλσος τοῦ ἄργου. Cętera idem sonant. Iuxta forum est Cerdus Phoronei uxoris monimentum: & Dianę cognomine Pithus simulacrum, Hypermestræ dicato post superatum patrem in iudicio, q̄ lyncei causa subierat. Est & locus Delta nominatus. Hypermestra Amphiarai mater alia ē a Danai filia. Palladis cognomēto σάλπιγγος templum erexisse Hegeleon ferunt. hunc autem Hegeleum Tyssem: quem Hercules ex lydia muliere susceperat, fuisse filiū tradunt. preterea Tyssenum omnium primum tubam inuenisse aiunt, Hegeleum uero Tyrseni filium Dorienses: qui cum Temeno erant, instrumenti sonitum docuisse: & idcirco Mineruam ipsam salphinga nominasse. IOAN. lycophronis interpes ait, priscos ante tubarum inuentionem igniferis fuisse usos: qui cū dandum erat pugnæ signum, pro tubis accensas in mediū ferentes Lampades proiiciebant, mox conchis canere ceperūt Lampadibus ommissis. postremo παρὰ Τυρρηνῶν inuenta tuba, conchas quoq; neglexerunt. Tuba, ut Suidas ait, sacraticum est instrumentum. Sacerdotes. n. plurimum tuba utebā tur. Indi pro tubis flagellis utuntur: quibus percussus aer strepitum facit: nec non & tympanis horrendum emittentibus

sonum. Lacedęmonii tibiarum modulis: Cretenses citharę sonitu in prælîis utebantur. DEME. Lingeus cum Hypermestra uno & eodem est sepultus tumulo. pro Palladis templo Epimenidis est monimētum: quē Lacedęmonii aduersus Cnosios bellum gerentes ceperunt: & ꝙ ipsis mala uaticinarētur, interfecerunt. Argiui uero sepulchro donarunt. HIER. Epimenides Agesarchi filius, ut in gręcorum legimus monimentis, ex Cnoso cretica ciuitate oriundus a patre quondam ad uillam, ut ouem ageret, missus, meridiani itineris lassitudine speluncam ingressus est: ibiq; iacens septem ac quinquaginta dormiuit annos. postea autem experrectus, ac si paululū dormisset, ouem quærebat: qua non inuenta uillam repetit: ubi cum omnia imutata: & ab aliis dominis possessa offendisset, in urbem admiratione ductus reuersus est. Ibi quoq; propriā ingressus domum a multis quis nam esset interrogabatur, donec a minore natu fratre agnitus totius rei seriem pcepit: quare a græcis cognita omnium habitus est pientissimus. Itaq; cum Athenienses graui peste laborarēt: essentq; a Pythia moniti ut urbem lustrarēt, Niciam Niccrati filium cum naui, ut Epimenidem adduceret in Cretam miserunt, qui quadragesima sexta olympiade Athenas profectus hoc pacto lustrata urbe morbum sedauit. nam cum nigras ac candidas cepisset oues, eas in Arium adduxit pagum: indeq; permisit quocūq; uellent abire: precepit autem iis: qui eas sequerentur, ut ubicunq; iacuissent, ibi eas conuenienti deo immolarent. quo facto pestilentia liberati sunt. unde Atheniēses talentum ei naumq; qua in Cretam ueheretur, dare constituerunt. Ipse uero argentum quidem haud quaq̄ admisit: amicitiam uero & in bello societatem Atheniensium Cnosiorumq; composuit: domumq; reuersus haud ita multo post a uita decessit. DEM. Pyrrhi regis ossa sunt in Cereris templo: iuxta quod interfectus est. Non procul a foro Medusę gorgonis tumulo tegitur caput: quam ommissis fabulamentis Phorci filiam fuisse tradunt: defunctoq; patre, iis qui circa Tritonida paludem ha

bitant imperasse: & ad uenationes solitam exire: ducemq; se li bycis ad pugnas exhibere: quę comparato exercitu cum Persei potentiae: quam secum e Peloponneso duxerat, resistere conaretur, noctu per fraudem ab eo interfecta est: cuius etiam defunctae pulchritudinem adeo admiratus est Perseus, ut abscissum caput ostendendi eius causa in graeciam secum tulerit. Procles uir Cartaginensis ait in desertis Libyę inter cęteras feras homines esse siluestres: seq; suspicari Medusam ab illis aberrasse: & ad Tritonidem uenisse paludem: accolisq; paludis imperitasse. Perseum uero eam Palladis auxilio occidisse, ꝙ Tritonidis accolę Palladi sint consecrati. IOAN. γοργόνα περσεὺς ἐχειρώσατο Adagium est: quo in eos uti consueuimus: qui egregiũ aliquod facinus peregerint. Aiunt Phorcum tres habuisse filias: quibus cum unus esset oculus, eo uicissim utebãtur: quarum a tergo suspenso/ac tacito ingressu profectus Perseus cum oculum cepisset, stricto ense se eas interfecturum minatus est, ni sibi quę nam esset gorgon indicasset. quo terrore perculsae gorgonem indicarunt: cuius caput cum incidisset Perseus, aera statim ascendit: idq; Polydectę ostendens in lapidem conuertit. hoc autẽ ridiculum est fabulosum, uiuentem hominem defuncti capite conspecto in lapidem mutari. res autem ipsa sic se habet. Phorcus uir fuit cyrenensis. sunt autem cyrennenses genere quidem Aethiopes. habitãt uero Cyrnon intra columnas Herculis insulam. Cęterũ arant libyen circa Aunone secundum Carthaginem fluuiũ: auroq; plurimum affluunt. Is Plorcus columnis Herculis imperans aureum struxit Palladis simulacrum. Appellãt autem Cyrenenses Mineruam Gorgonem. ut Thraces Dianam Bendeã: Cretenses dictynam: Lacedaemonii Vpim. uerum priusq̃ statuam in templo dicaret, mortem obiit Phorcus. tres autẽ reliquit filias Stheno/Euryalem/& Medusam: quae cum nemini nubere statuissent, ita inter se bona partitę sunt, ut singulę singulis insulis imperarent. Gorgonem autem nec templo dicare: nec diuidere: sed uicissim eam sibi mutuum Thesaurum de

ponere constituerunt. fuerat autem Phorco optimus/ac fidissimus amicus: quo in omni re perinde/atq; oculo utebantur. interim Perseus ab argus exul coactis nauigiis maritima depopulabatur. sed cum audiuisset Gorgonem mulierum esse reginam: & auri quidem diuitem: uirorum uero inopia laborantē, primum in freto quiescit: mox inter Cyrnō ac Sardiniam nauigans ab una ad aliam traiiciētem ophthalmon capit: a quo nil aliud preterq̄ Gorgonem ab ipsis mulieribus accipere posse edoctus est. Puellę igitur cum oculo carerent: nec uicissim ut consueuerant, uti possent, in unum conuenere: seq; inuicē accusabant. sed cum eum omnino se non habere sensissent, qd nam ei accidisset admirabantur. Cum interea Perseus ad eas nauigat: seq; oculum habere fatetur. nec se illis redditurū dicit, nisi Gorgonem sibi prius indicauerint. Minabatur preterea se eas interempturū, nisi id fecissent. Medusa igitur se nunq̄ ait indicaturā. at Scheno/& Euryale statim indicarunt, quare Medusam quidem interficit: aliis uero oculū reddit. Itaq; Gorgonam cum cepisset, eam in frusta secuit, Caput triremi apposuit: quæ ab eo Gorgon est denominata. hac igitur triremi insulas preternauigans ab insularibus pecunias exigebat: quas qui negabant, interficiebat. Itaq; cum Scripho insulę ut iterum pecunias extorqueret adpulsus esset: forumq; ascendisset, hominem quidem inuenit nullum: lapides uero uirorum proceritatem pręferentes offendit, quare cum a Cæteris insularibus pecunias frustra exigeret, perseus dicere consueuerat. Cauete ne ut scriphii Gorgonis caput conspicati in lapides conuersi sunt, hoc & uos patiamini. est & aliud adagium a Gorgone deductum γοργὸν βλέπει in torue/ac fœde spectantes. DEM. Iuxta Medusę monimētum Gorgophones Persei filię tumulus iacet: quę Periere Acoli filio cui uirgo nupserat, defuncto, omnium prima rursus Oebalo secundo iuncta est uiro. cum mulieribus mos esset ut uiro defuncto uiduę degerent. Latonę simulacrum est Argis Praxitelis opus. Iuxta uirginis stat imago: quam a colore metu sagittarū Apol

linis/ac Dianæ contracto chlorim nominant, cum prius Me
libœa diceretur. Niobes hanc fuisse filiam memorant: solãq;
ex sororibus: & Amyclam superstitem fuisse Latonę auxilio
quam exorarunt. at Homerus longe secus sentit: qui Niobes
& Amphionis domum penitus euersam tradit. HIER. De
numero filiorum Niobes uaria est scribentium opinio. Homę
rus pueros/puellasq; eius senos ait fuisse: Euripides in Creo-
phonte bis septenos: cui Aristophanes I Niobe adstipulatur.
Sappho bis nouenos: Bacchillides/& Pindarus bis denos:
Pherecides tam marium q̃ fœminarum nomina posuit. ait. n.
mares quidem fuisse Alalcomenea/Pherea/Eudorum/Lysip
pum/Xanthum/Argeum: Fœminas uero Cionam/Clytiã/
Meliam/Horam/Lamippen/Pelopiam. Hellanicus in Atlã
tidis inscriptione mares tres Archenorem/Menestratũ/Ar-
chagoram. fęminas tres Pelopiam/Ogyiam/Astycrateã an-
numerat. Xanthus lydius Niobem dicit decem mares: toti-
demq; fœminas Philoxeno assyrio in Sipylo habitanti pepe
perisse. hæc Tantali/atq; Aeropes filia cum tam decora: tãq;
numerosa sobole adeo gloriaretur, ut se etiam Latonæ pręfer
re auderet, Latonę iussu effectum esse aiunt, ut Apollinis/ac
Dianę sagittis uterq; sexus confoderetur. Quare tanto ẽ Nio
be affecta mœrore, ut ad eorum tumulum in lapidem cõuer
sa tradatur, quod propterea fictum est, q; suam ipsius lapideã
statuam super liberorum monimẽto posuerit. Timagoras ta
men in Thebaicis scriptum reliquit, Spartos ab Amphione
iniuria ac detrimento affectos eius liberis Eleutheras ad pa-
terna bona proficiscentibus insidias parasse/atq; interfecisse,
Niobe uero Pelopis causa uitam donasse. DEM. Ad Lato
næ sacellum Iunonis Antheæ templum extat, & ante ipsum
mulierum tumulus: quę ex insulis in Aegęo positis Dionyso
auxiliantes in prelio aduersus argiuos/ac Perseum desideratę
sunt. & ob hoc Haliæ appellatæ e regione mulierum tumu
li. Cereris pelasgidos est templum a conditore Pelasgo Trio
pæ filio. est & Mechanei Iouis statua: nec non & Neptuni co

gnomiento Prosclystii fanum, nam cum Inachus; cæteriq; iu dices argiuum agrum Iunoni/& nō Neptuno adiudicassent, ipse regionem inundauit: sed cum Iuno ab eo impetrasset, ut unda recederet, Argiui: unde fluctus retrocessit, Neptuno cognomine Prosclystio templum exędificarunt. ulterius progredienti Argi: quem Iupiter ex Niobe Phoronei filia susceperat, tumulus occurrit. post quem Castoris & Pollucis extat ędes. statuę uero & ipsi/& filii Anaxis/& Mnasinus: cunq; ipsis etiā matres Ilaira/& Phoebe, Dipoeni/& Scyllidis opera ex ebeno. Equi autem plurimum ebeno/ebore etiā ex parte constant. haud inde procul Ilithyię est sacellum, Helenę dicatio. Theseo. n. cū Perithoo ad Thesprotos profecto a Castore/& Polluce capta Aphidna recepta Helene ducta est Lacedęmona. uterum autem tunc tulisse ferunt: enixāq; argis Ilithyię templū erexisse: filiamq; genitam Clytemnestrę Agamemnonis uxori dedisse: mox uero Menelao nupsisse. unde Ephorion Chalcidensis/& Pleuronius Alexander: & antea Stesichorus Himereus Iphigeniam Thesei filiam scripserunt. LVD. Thesprotia inquit Stephanus, ciuitas est: ac regio extra sinum ambracicum: cuius gentile est Thesprotus: Aphidna ut idem Stephanus scribit, populus est Atticus tribus Leontidis ab Aphidno indigena. Est & ciuitas Aphidnę in Laconia: ex qua oriundę Leucippides/Phoebe/& Elaira, ubi notandum Elairam non Ilairam apud Stephanum legi. DEM. Gymnasium Cylarabæ est Argis a Schendi filio sic cognominatum. Sacadę monimentum paululum ad Cylarabeu conuersis occurrit: qui Cantum Pythicum primus tibia cecinit Delphis: Apollinisq; in tibiciniasodiū iam inde a Marsya: & a Sileni certamine permanens per hunc Sacadān fuisse sedatum/ac compressum uidetur, in Cylarabę gymnasio Pallas est Pania nūcupata. Batonis sacellum erat Argis. fuit autem Baton ex Amphiarai genere: qui cum esset eius auriga una cum eo hiatu terrę absorptus est. Sphyrus Machaonis filius Alexanoris frater: qui colitur apud Sicyomos in Ti

tane loco. Dianam Pherçam uenerantur argiui, q ex Pheris Thessalica ciuitate delata sit, ut ipsi memorãt. IOAN. Pheræ ciuitas Thessaliæ, ut scribit Stephanus, a Pherete Crethei filio: uel a Phera Aeoli filia sic denominata. sunt & aliæ uetustæ Pheræ ab his quæ nunc sunt octo stadia distantes. sunt et aliç Iapygię & Aetolię & Parthorum. DEM. Deianiræ Oenei filiæ: Heleniq; monimentum: palladiumq;: quod ex Ilio delatum est, apud se esse mentiuntur argiui: quibus nequaq̃ assentior. Nam Aeneas Palladis simulacrum: quod ex Ilio exportatum in causa fuit: ut troia caperetur, in Italiam detulit: Deianira autem apud Trachina uitam finiuit: cuius tumulus est iuxta Heracleã: quæ sub Oeta monte iacet. LVD. Trachis, inquit Stephanus, Ciuitas est Thessaliæ sub Oeta monte ab Hercule condita: & ob asperitatem sic denominata: ciuis tam Trachinius q̃ Trichinius/& Trachineus dicitur. Heraclea, ut idem Stephanus memorat ciuitas est Thraciæ insignis in ponto. secunda Sicilię: tertia Lydię: quarta Libyę: quinta Sardiniæ: Sexta Italiæ: septima Celticæ: octaua Thessaliæ: nona Carię: decima in tauro Lydio: undecima inter Scythiã & Indiam: duodecima insula in mari Carpathio: tertiadecima Syriæ: quartadecima Phoeniciæ: quintadecima Perierię: sextadecima & ciuitas & Insula: septimadecima Cretæ: octauadecima Pissaica: nonadecima Cariæ Acmanios Mesogeos dicta: Vigesima ciuitas ad Aeolidis cumeam: uigesima prima Acarnanię ciuitas: Vigesima secũda insula in Atlantico oceãno: uigesima tertia Macedonię ab Amynto Philippi condita. DEM. Sunt Argis & alia q̃ plurima spectatu digna: & subterraneum domiciliũ: super quo æneus ille erat thalamus: quem Acrisius quidem ad filiæ custodiam struxerat: Perilaus uero Tyrannus demolitus est: & Bacchi templũ: qui propterea Cresius dicitur, q defunctam Ariadnen ibi sepeliuerit. Larissan appellant argiui arcem a Pelasgi filia: a qua alię preter ea duę in Thessalia ciuitates nomen acceperunt: quarum altera maritima est: altera iuxta peneum sita. IOAN. Larissa,

ut Stephanus ait, ciuitas est Thessaliȩ ad Peneum sita:quam Acrisius condidit:secunda a quibusdam Cremaste:a nonnul lis uero Pelasgia dicta:Tertia in ossa monte uilla : quarta est in Troiade:quam Homerus larissam ἐριβόλακα dicit:quin ta in Aulide, circa Cumē:sexta in Syria:quā Syri Sizara nun cupant:septima in Lydia:octaua in Thessalia ad Macedoniā sita:nona in Creta.est & in Attica Larissa : & Argiuorū arx Larissa dicitur:cui⁹ ciuis Larissaeus:& Larissaeus Iupiter. Stra bo autem uicum ait esse Ephesi:in quo Apollo Larissenus. DEM. Ad arcem subeuntibus Acreȩ Iunonis templum oc currit/& Apollinis fanum a Pythato delphis profecto exędifi catum.simulacrum aeneum rectum Diradiotes Apollo uoci tatus:quoniam & locus Diras appellatur, eius autem uatici nium, nam nostra etiam tēpestate uaticinatur, hoc pacto con stitutum est. Mulier a uiri congressu prohibita dat responsa. singulis.n.mēsibus noctu mactat agnum:cuius sanguine epo to dei numine afflatur. Iuxta hoc Palladis est fanum ὀξυδερ κοῦς, Diomedis dicatio, q̄ ad Troiam pugnanti ab oculis cal liginem eiecerit. Danai filiae Aegypti gnatos occiderūt in Ler na:ubi eorum cadauera sepulta, preter capita:quae arcem ascē dentibus ad dexteram condita sunt. In summa Larissa Iouis stat templum cognomine Larissei sine tecto : & Palladis fa num.hic & aliȩ sunt dedicationes:& Iouis statua lignea ter tium habens in fronte oculum.hunc Iouem priamo Laome dontis filio patrium fuisse ferunt sub dio in aula erectum : ad cuius aram cum Troia a graecis caperetur, confugit Priamus: sed cum prędam gręci partirentur, Sthenelus Capanei filius hoc cepit simulacrum.trium autem oculorum haec ratio ha betur, q̄ Iupiter Coelestis/terrestris/& marinus dicatur. Nā poetȩ Iouem, Neptunum quoq;/ac Plutonem appellāt Δία. Helycone mons est in dextera parte uiae:quȩ Argis fert Te geam Arcadiae urbem cyparissis maxime consitus : in cuius uertice Orthias Dianȩ templum uisitur.a monte descenden tibus ad sinistram uiȩ publicȩ. rursus Dianȩ occurrit tem

plum:& paulo ulterius in dextera parte uię mons nomíe cha on:iuxta quem Erasini fluuii aqua apparet.nam usq; ad hunc locum haud secus ex Stymphalo arcadico fluit:atq; ex Euripo iuxta Eleusina:& uicinum mare:qui dicitur ę ει̃λοι.Ad Erasini autem fluminis circa montem effusiones Baccho & Pani sacra faciunt. Dionysio uero festum celebrant Ἰύβερν appellatam. Hysię in Argolide quondam fuit ciuitas:ubi q̄plurimos Lacedęmonios quandoq; aiunt occubuisse.Charadrus torrens est iuxta uiam:quae argis ducit Mantineā: ultra quē locus est:quem Argiui Oenoen appellant ab Oeneo Aetoliae rege: qui ab Agrii filiis regno expulsus confugit Argos ad Diomedem filium:qui Calidona cum exercitu profectus ultus est patrem: Sed Oeneus ibi permanere haud posse dicens secutus est filium: & cum decessisset eo loci sepultus est: qui ab eo Oenoe denominatus est. HIER. Charadros portus et nauale Ciliciae, ut Stephanus ait. Hecataeus in Asia, post autem Charadrus fluuius. Charadra uero, ut apud eundem Stephanum legitur, ciuitas est in Phocide non procul a Lylęa: cuius gentile est Charadręus. Oenoe est una de duabus in Icaria ciuitatibus eodem Stephano authore, gentile Oenoęus. Oene uero ciuitas argiui agri, ut Hecatęus historiarum primo testatur. Horus Oenoen ipsam appellat: cuius gentile Oenoates:& foeminimum Oenoatis Diana a Proeto erecta. Oenoanda lycię est ciuitas, ut Alexander in primo lyciacorum memorat. at Oechus oppidum est Laconię Androtomi, & Didymoea quo gentile Oenuntius. Oenusae insula Chio adhaerens Hecataeo in Europa, unde Oenuseus & Oenusius. Oenone autem insula est una Aeacidarum: cuius incolae Oenonęi dicuntur, ut Partenius in Hercule. q̄ autem Pausanias dicat Oeneum ad Diomedem filium confugisse, id non uehementer mirari haud quaquam ualui, cum praesertim Diomedes ipse apud Homerum se Tydei filium fateatur, nam in eo Iliados libro qui. ξ. inscribitur, sui generis seriem ita memorat, Portheo tres fue-

re prestantissimi filii, Agrius/Melas/& Oeneus. ex Oeneo natus est Tydeus: cuius me esse filium glorior. DEM. Artemision mons est supra Oenoen: in cuius uertice Dianę stat fanum. hic autem sunt Inachi fontes. LVD. Artemision ciuitas Oenotrorum mediteranea: ut in Europa ait Hecatæus: cuius ciuis Artemisiates. at Philistus Artemition ipsam appellat, fortasse Dorica dialecto inquit Stephanus. Est & Euboea ciuitas. DEM. Lyncea quę postea Lyrcea a Lyrco Abantis filio notho dicta est, sexaginta ab Argis distat stadiis. in hunc locum Lynceum ex quinquaginta fratribus unum sospitem euasisse: indeq; faculam erexisse ferunt, Conuenerat. n. cũ Hypermestra, ut cum Danaum fugiẽs in tutum peruenisset locum, faculam tolleret, Ipsa quoq; a Larissa idem fecit se nullum adhuc subiisse discrimen face indicãs. huiusce rei causa singulis annis argiui festum nomine πυρσὸν celebrant: Orneæ ciuitas sexaginta stadiis a Lyrcea distat, ab Orneo Erechthei filio. huic Orneo filius fuit Peteos: cuius Mnestheus: qui ad Troiam profectus est. Tiryntha ciuitatem a Tirynthe Argi Ioue geniti filio dictam uolunt: cuius muri Cyclopũ est opus. IOAN. Cyclopes genus est Thraicium a Cyclope rege sic denominatum, ut author est Didymus: qui ex Thracia pulsi uarias tenuerunt regiones: Imprimisq; Curetida. Cum autem Abanti argiuorum regi duo essent filii, ex Aglaia Proetus/uidelicet/& Acrisius post patris obitum de tyrannide inter se certarunt: in quo prælio primum Argiui ligneis usi sunt Clypeis. cum autem superior factus esset Acrisius, ita inter se cõuenere, ut Proetus nauigabili reddito mari discederet. Cæterum cum ibi hyemaret, & argiui rursus ipsi facti sunt amici: & auxilia ex Lycia & curetide uenerunt, externa itaque auxilia timentes his conditionibus argiui res inter eos composuerunt, ut Acrisius Argis imperaret; Proetus Tiryntha obtineret. uerum cum uterque alterius metueret insidias, ciuitates muris cingere placuit; quos Cyclopes ex Curetide duxerunt, Curetida autem cum dicit, Acarnaniam

innuit:quam curetes tenuerunt, ut & strabo & Stephanus te stantur. DEM. Electryonem Alcmenę patrē in Midea ar giua ciuitate regnasse ferūt. HIER. μιδεία inquit Stepha nus ciuitas argiua, nunc uicus est:quę Persei ciuitas prius di cebatur/a Midea Aloei filia sic cognominata. dicitur & absq; iota μιδέα. ciuis mideates/& Midięus. fœmininū Mideatis. Est & in Bœotia Midea ut Homerus testatur, & in Lycia, ut idem Stephanus author est, hic autem est Electryio:quē Per seus Iouis & Danaes filius ex Andromeda Cephei filia genu it:qui deinceps ex Euridice Pelopis genita Alcmenam pro creauit:ex qua & Ioue natus Hercules:ut in quito siculus aic Diodorus. DEM. Lessa uicus est Epidaurum uersus: supra quam mons est nomine Arachnęum : qui Sapyselaton sub Inacho dicebatur:ubi Iouis ac Iunonis stant aræ:quibus Im brem exoptantes sacra faciunt. LVD. Arachnęum inquit Stephanus mons est argiui agri : quod propterea in penulti ma circumflectendum dicit:quia nomina in æon simplicia su pra tres Syllabas, quartam a fine per a & sequentem per. a. uel. u. habentia in penultima circūflectuntur:ut Chalastręō/ Canastręō/Amyschnæū. additum est simplicia propter Ca tagæum:quod in antepenultima acuitur. DEM. Extra Epi daurum templū est Aesculapii. nomen aūt accepit ab Epidau ro filio, ut Elii quidē dicunt, Pelopis. ut argiui uolunt, Argi Iouis filii:ut uero Epidaurii fingunt, Aesculapii. huic. n. deo sa cra est regio. nam Epidaurii dicunt Phlegyam uirū sui tempo ris fortissimū uenisse speculatum Peloponnesum:quē filia ex Apolline grauis patrem latens sequebatur : quæ cum iuxta Epidaurū peperisset, Phlegyas infantē in monte:qui Titthe us nunc cognominatur, cū prius Myrtius diceretur, exposuit Capra infantem aluit. Canis custodiuit, Caterum cum Are sthanas pastor capellam/canemq; quęritaret : inuenissetq; apud puerum, eum uoluit occidere, uerum fulgente pueri coruscatione deterritus recessit . Statim itaq; uulgatum est, eum inuenire q̄ plurima ad sanandos ęgrotos maxime ido

nea.alii dicunt Coronida utero ferentem Aesculapium Ischyi
Elati filio nupsisse:quam Diana fratris iniuriam ulta interfe
cit.Aesculapiũ Mercurius ab ardente iam pyra eripuit.sunt
qui uelint Aesculapium Arsinoes ex Leucippo genitae filiũ,
quod nequaq̃ probo.nam cũ Apollophanes Delphos uenis-
set, sciscitatusq; esset utrum Aesculapius Arsinoes filius eẽt,
pythia respondit, ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστῶν ἀσκλη-
πιὲ πᾶσιν ὃν φλεγυὶς ἔτικτεν ἐμοὶ φιλότητι μιγεῖσα ἱμερόεσ-
σα κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ ἐπιδαύρῳ. IOAN. postq̃ Epidau
ri mentionẽ fecit Pausanias, quid de hac re Stephanus dicat
in medium proferemus.Epidaurus ciuitas est ad Argos posi
ta, foeminino genere inflexa.sunt qui Limeren eam appellant
quasi multa habentẽ prata.dicebatur & Milissia/& Aemera
ꝗ quam sepissime hostiarum sanguine Aesculapii ara cruen-
taretur.postea Epitauros & Epidauros nominata.nonnulli
Limereti unam e centum Laconiae ciuitatibus fuisse uolunt,
ꝗ multos haberet portus, sic cognominatam. DEM. Epi-
dauria nominant Athenienses diem Aesculapio cõsecratam.
Archias Aristaechmi filius in Epidaurio morbo liberatus de
um adduxit Pergamum.a Pergamenis aetate nostra ad smyr
neos transiit:ubi in mari Aesculapii conditum est templum.
at in Balanagris Cyrenensiũ Aesculapius est ἰατρός cogno
minatus.ex Epidauro & ipse, ex eo autem qui apud Cyrenen
ses colitur.est in Lebene cretica Aesculapii templum.Cyre-
nenses capras Aesculapio immolant.quod minime faciũt Epi
daurii.Lucum autem Aesculapio consecratum circumsepiũt
termini:intra quod septum nec moriuntur mulieres:nec pa-
riunt:quod & in Delo accidit.Aesculapii simulacrum ex au-
ro/atq; ebore a Thrasymede pario Arignoti filio elaboratũ
in Throno sedet baculum tenens.habet aũt super draconis
caput alterã manum:cui adsistens effictus est canis.Tholos
aedificium est rotundũ lapide constans candido ultra ędem
Aesculapii: ubi supplices dormiunt. Hippolytus uiginti
equos Aesculapio dicasse dicitur. Intra Aesculapii septum ue

tustissima stat columna: cuius Epigramma iis adstipulatur. quę de Hippolyto ab Aricinis memorantur, cum .s. Aescula pii ope uitae restitutum in Italiam uenisse: Aricinisq; imperitasse: nec non & Dianae nemus consecrasse: ubi nunc quoq; singularia erant certamina: uictorq; sacerdotium capiebat. Certamen autem nulli libero proponebatur: sed seruis tantū fugitiuis. Cotyos porticus diruta est. Antonius senatorii ordinis uir Aesculapii Balineum struxit, & deorum templum: quos Epidotas nominant, condidit: & Hygeae fanum/& Aesculapio & Apollini cognomine aegyptiis. HIER. Epidotas Iupiter est in Lacedęmone inquit Hesychius. Hygea, ut Suidas ait, Palladis est cognomentum, ut Nice/Hippia/& Ergane. nō erit fortasse absurdum si Hygea hoc loco pro Aesculapii filia accipiatur, cum pręsertim nomen ipsum a bona corporis ualetudine declinatum sit. alias. n. habuit id genus filias ut Panacean/Aeglen/Iaso. licet Iaso Amphiarai quoq; filia fuerit, ut Aristophanis interpres ait. DEM. In Cymortio monte Maleatę Apollinis est sacellum/& Elytri acceptabuli fons: in quod dei aquam colligunt Antonini opera. i uertice montis Coryphaeae est Dianę templum: cuius in odis meminit Telesilla. Dracones subflaui Aesculapio dicati sunt: quos Epidauria tantum nutrit tellus, ut Libya crocodilos terrestres duobus cubitis haud minores: & India Psittacos. Hyrnithion locus est oleastris consitus non procul ab Epidauro, ab Hyrnithone muliere ibi sepulta sic denominatū. LVD. Huius loci meminit & Stephanus: quē & ipse ab Hyrnithone Temeni filia nuncupatum dicit: ubi & Pausaniam citat: cuius gentile est Hyrnithias Hyrnithię. DEM. Non procul ab urbe Melissae est monimentum. fuit autem Melissa Periandri quidem Cypseli filii uxor: Patroclis uero filia: qui quādoq; Epidauriis imperauit. Nepionē Aesculapii fuisse uxorē ferunt. IOAN. Hermippus tamen in prio trimetrorū Iambo scribit Aesculapiū ex Lampetia solis filia hos suscepisse liberos Machaonem, Podaliriū/Iaso/Panaceam/Aeglen. sunt

qui addant Ianiſcon/Alexenora. DEM. Ciſſeam cognomi nant in arce Palladem delubrum ſpectatu dignum. Aegina inſula e regione Epidaurię ab Aegina Aſopi filia: cum qua Iupiter concubuit, ita cognominata, cum prius Oenone dicere tur: in qua Aeaci precibus cõmotus Iupiter homines e terra edidit. HIER. Aegina inquit Stephanus inſula eſt una e Cycladibus: quę Oenone dicebatur: poſtea uero Aegina ab Aſopi filia Aegina, Aeaci matre: cuius ciuis ut Straboni placuit eſt Aegineus, ut uero multis Aeginetes. Eſt etiam Aeginetes oppidum/ac fluuius Paphlagoniæ, eodem Stephano authore. DEM. Peleus/& Telamon Aeaci filii ob Phocũ interfectum fugerũt ab Aegina: in qua Pater regnabat, & a Peleo Epiri reges originem duxerũt, ab Aiace Telamonio Miltiades Athenienſium imperator: & eius filius Cimon. LVD. Aeacus, ut Philoſtephanus ſcriptum reliquit, cum Endeida uxorẽ duxiſſet, duos ſuſcepit filios, Peleum .ſ. & Telamonẽ. Compreſſit autem & Pſamathen nereiden: quę ipſi Phocum peperit. hunc Peleus cum interfeciſſet, in Magneſiam Theſſalicam ad Chironem aufugit: at Telamon in acie: quę aduerſus Calydonium miſſa eſt aprum, cum e uenatoribus unũ ipſe quoq; imprudenter occidiſſet, in Salamina confugit: ubi Peribœam Alcathi filiam uxorem duxit: ex qua Aiacem ſuſcepit. DEM. Teucridæ reges Cypriis imperare uſq; ad Euagoram perſeuerarunt. IOAN. Teucer ex Telamone & Heſione Priami ſorore genitus in Cypro ut Iſocrates ait, Salamina condidit: a quo Euagoras Hicoclis pater generis ducens originem Teucridarum imperium a Phœnice quodã exule interce pto parua manu recepit. Fuit & alius Euagoras Lindius hiſto ricus ut Suidas ait: qui Timagenis uitã ſcripſit: aliorũq; facũ diſſimorum uirorũ quæſtiones per elementa. Thucydidis quoq; rhetoricen quinq; cõplexus eſt libris: quęq; apud eundem Thucydidem quęruntur. ſcripſit & hiſtoriam Aegyptiorũ imperia cõtinentẽ. DEM. Panopeus & Criſus Phoci fuere filii, ut Aſius poeta ſcriptũ reliqt. Panopei Epeus q ligneũ equum

nitę maxime colunt Hecaten:cuius sacra se ab Orpheo acce
pisse ferunt,intra huius septum ædes est,& ξόανον una facie/
unicoq; corpore contentum,Myronis opus.Alcamenes aũt
ut mihi uidetur,tria Hecates simulacra inuicem adhærentia
primus fecit:quam Athenienses Epipyrgidiã uocant.Aphææ
templum est in Aegina: quod euntibus ad Iouis Panellenii
montem occurrit:in quam Pindarus cantum Aeginitis com-
posuit.Est autem Aphæa eadem:quę apud Cretenses Dicty
na:& Britomartis:quæ Iouis & Carmes filia,& Dianæ ami
cissima Minoa amantem fugiẽs proiecit se in retia capiendis
piscibus intenta:quam a Diana deam factam non modo Cre
tenses uenerantur:uerum & Aeginitæ/sibi in insula apparuis
se dicentes. LVD. Dictynam in Creta insula genitam tra
dunt ex Ioue:& Carme Eubuli filia,ut libro sexto author est
Diodorus.hęc retia ad uenandum inuenit.unde Dictyna de-
nominata est.consuetudine autem Dianę utebatur,quod cau
sam prebuit,ut quidam Dictynam/Dianamq; eandem esse
existimauerint.Phurnutus Dictynam scribit,dictamq; uult
q̃ huc πάντα ἀκοντίζειν iaculetur. DEME. Carmanor Apol
linem a Pythonis cęde expiauit,ut Cretenses memorant.fuit
autem Eubuli filius:ex quo nata est Carme Dictynæ mater
ex Ioue. Orus Trœzeniorum regionem primus tenuit:& a
se oream nuncupauit:post quem Althepus Neptuni ex Lei
de Ori genita filius imperauit:& a se Althepiam nominauit
hoc regnante Pallas & Neptunus de regione inter se certa-
runt:quam Iupiter iussit esse communem.hinc est.q; colunt
Palladem Poliada/& Stheniada nominantes:Et Neptunum
Basilea.eorum quoq; nummus uetustissimus in altera parte
tridentem:in altera Palladis os impressum habebat.Althe-
po successit Saron:quem Dianæ saronidi in Ornoso mari tẽ
plum construxisse referunt.ut Phœbæa palus propterea uo
caretur.mox Saronem uenationis studiosissimum fugientem
Ceruam in mare secutum/fluctibusq; obrutum,intra sacrũ
dianæ septum fuisse sepultum tradunt: et id circo mare illud

Saronida:paludem pro Phœbæa nominasse. IOAN. Saronicus sinus dictus est inquit Eustathius uel a Saroni fluuio: uel a Sarone uenatore, qui suem insequens in mare decidit: uel quod ἀπὸ τοῦ σύρεσθαι quod sylla Nisi filia per id mare a Minoe tracta sit. DEM. Hyperies autem et Anthas Neptuni/& Alcynois Atlantidis filii multo post tempore imperarunt. Hypereamque & Antheam ciuitates habitarunt. post quos Aetius Anthę filius regnum obtinuit/& ciuitatum alteram posidoniada nominauit. huic Trœzen/& Pittheus a Pelope geniti se regni socios addiderunt. Cæterum Trœzene defuncto, Pittheus hominibus a fratre nomen imposuit, Trœzęna/Hyperean/Antheamque complexus. IOAN. Trœzen, ut inquit Stephanus, ciuitas Peloponnesi a Trœzene Pelopis filio, decebatur & Aphrodisias/et Saronia/et posidonias/& Apollonias/& Anthanis: Cuius gentile est Trœzenius. Est & alia Trœzen in Italiæ Massalia: quam Charax Trœzenida regionem appellat. ἐν Τροιζῆνι δεῖ ῥαλίζειν adagium est in eos: quibus rara ac deformis est barba. nam πώγων portus est ad Trœzena. Hyperesia inquit Stephanus, ciuitas est Achaiæ homero: quam male Theon Hyperean appellat. Est & Hyperea fons Messidis & sicula ciuitas. nomen autem accepit ab Hyperete Lycaonis filio. Anthea autem, ut Philon tradit, ciuitas est Peloponnesi iuxta Argos: cuius gentile Antheus. Est et ponti ciuitas ad Thraciam uergēs. Milessorum/ac Phocensium colonia: cuius & alii quam plurimi: & Phileas meminit. Est & Libyę pagus. Est & in Italia haud procul a Roma: quæ & Antium cognominata est. DEM. Anaphlystus & Sphettus Trœzenis filii in Atticam migrarunt: a quibus populi sunt denominati. HIER. Anaphlystus, ut Stephanus ait, populus ē Atticus in Antiochide tribu, ab Anaphlysto Heroe: cuius popularis Anaphystius. Sphettus, ut idem Stephanus tradit populus est Acamantidis tribus a Sphetto Trœzenis filio sic cognominatus. DEM. Diomedes & Euryalus Mecistei filius Cyanippum Aegialei filiū adhuc pue-

rum sub tutela habentes argiuorum duces ad Troiam fuere. Dianę Soterę templum in Troezeniorum foro condidit Theseus ob superatum Asterionem Minois regis filium Ardalus Vulcani filius haud procul a Dianę templo musarum ędem condidit: quem tibiam inuenisse ferunt: & a quo musas ardalidas appellant. Est & Ardali ara: in qua somno & musis sacra faciunt dicentes somnum deorum maxime musis gratum. IOAN. Ardalides atq; Ardaliotides colūtur musæ in Troezene, inquit Stephanus, ab Ardalo quodam: qui eas erexit: uel a loco sic nominatę. DEM. Iuxta Theatrum Dianæ lyceę est ædes ab Hippolito condita, q̄ forte lupos inde Hippolytus expulerit. Ante ædem Lyceæ Dianæ lapis est sacer: in quo nouem de Troezeniis uiri a matris nece Orestem expiarunt. haud procul a Lycea Diana, duę paululum inter se distantes arę, quarum una Dionysi est ex oraculo σαώτου appellati. secunda θεμίδων nominata. hanc Pittheus dicasse dicitur: nec non & solis Eleutherii ara, q̄ a Xerxe/ac Persis erepti sint. Est & Thearii Apollinis templum: omnium/quæ nouimus, uetustissimum simulacrum ab Aulisco dicatum est, Hermonis Troezenii opus. In porticu quæ est ad forum, lapideę sunt mulierum cū filiis statuæ: quas Athenienses Troezeniis seruandas tradiderunt σκηνὴ ὀρέστου appellata. domicilium est pro templo Apollinis: ubi Orestes priusq̄ lustratus est morari consueuerat. Equi fons est etiam Troezeniis: ex cuius aqua expiatus est Orestes. Pegaso .n. equo aiūt aquam effudisse fontem/pauimentum ungula tangenti. uenisse autē Troezena Bellerophōtem Aethram in uxorem a Pittheo petentem. HIER. Hæc est illa Aethra Pitthei filia: quam Aegeus Pandionis filius: uel ut alii uolunt, Scyrii: aut, ut Lycophroni placuit, Phemii, uino per Pittheū attonitus compressit. nam cum filiis careret: monitusq; esset a Pythia uate, ne cum muliere coiret priusq̄ Athenas accederet, his uersibus, ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα ὦ φέρτατε ἀνδρῶν μὴ λύσειν πρὶν ἐς ἄκρον ἀθηναίων ἀφίκηαι Troezenen uenit: Pit

theumq; de oraculo consuluit, uirum illa ætate prestantissi-
mum. at Pittheus ebrium factum Aegeum ut Lycophronis
interpres ait, ad Aethræ filiæ coitum impulit: quam cum se
compressisse cognouisset: grauidam factam ratus, ensem/cal
ceosq; sub eximiæ magnitudinis cauato lapide reliquit: & hoc
uni Aethrę indicauit: monuitq; eam, ut si filium pareret, cum
ad ęam ætatem: in qua arma ferre: ac lapidem tollere posset:
calceiq; pedibus conuenirent, peruenisset, ad se eum cum iis
mitteret. quo facto statim discessit. DEM. Est & Mercuri-
us Polygius uocitatus: cui Herculem clauam dicasse ferunt:
erat autem ex oleastro: quam rursus pullulasse memorant: &
adhuc extat enatus oleaster. aiunt. n. Herculem ex oleastro
ad Saronidem inuento clauam decidisse. LVD. Sunt qui
summam Herculis clauam æneam fuisse uelint: & propterea
a Poetis χαλκοβαρὲς ῥόπαλον appellatum. Pisander uero
non supremam tantum clauę partem: sed totam fuisse ęneam
asserit. DEM. Chrysoroan appellant aquam: quæ in sicita
te annorum nouem nunq̄ defecit. Hippolyto est & lucus: &
templum Thesei filio: quod a Diomede structum ferunt: sa-
craq; Hippolyto ab eo instituta: cui uirgines ante nuptias cri
nes dicant. nam qui in Cælo auriga dicitur, eum esse Hippo
litum censent. IOAN. Hunc Hippolitum adeo fuisse &
modestum/& prudentem perhibent, ut cum Phedra eius no
uerca se eum preter cæteros diligere/atq; amare dixisset, re-
sponderit ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει. DEM.
Intra septum Hippolyto dicatum Apollinis ἐπιβατηρίου est
templum, Diomedis dicatio, postq̄ eam euasit tempestatem:
qua græci de Troia redeuntes agitati sunt: primumq; Diome
dem Pythiorum certamē constituisse ferunt. Lithoboliam ap
pellant festum: quod in Lamiæ/atq; Auxesiæ cresarum mu
lierum honorem celebrant: quæ in Trœzeniorum seditiōe la
pidibus obrutæ sunt. Veneris catascopiæ templum est supra
stadii partem: in quo se Hippolytus exercebat. unde Phedra
Hyppolytum spectare consueuerat. Hippolyti quoq; domū

uidi:ante quam fons est ἱεράκλειον appellatus, q͂, ut Troezenii tradunt, aquam Hercules inuenerit. Est Troezeniis & Lyterii Panos sacellum: quod per quietem Troezeniorũ principibus famis: qua urgebantur remedia ostẽderint: & Asreae Veneris templum. Hylycum fluuium Taurium prius uocitabant: iuxta cuius fontem est petra Thesei nominata mutato nomine, postq͂ Theseus Aegei calceos/atq; ensem sub ipsa conditos cepit, cum prius Sthenii Iouis ara diceretur. Extra murum Neptuni cognomento Phytalmii est fanũ: quod eorum precibus motus non amplius aquam salsam fructibus inspergeret. Genethlion appellant locum: in quo natus est Theseus. Oleaster rhachos streptos nominatus ad Psiphaeũ mare euntibus occurrit. nam quicquid oleę sterile est rhachos Troezenii nuncupant, Cotinon/Phylliam/Elęon. Strepton uero hunc oleastrum cognominant: q͂ inuolutis ei atq; implicitis habenis Hippolyti currus euersus sit. Sphaeria insula est Troezeniorum haud procul a continente a Sphero Pelopis auriga ita prius nominata: mox Hiera hac de causa appellata est. nam cum Aethra per quietẽ a Pallade monita, ut Sphęro immolaret/in Insulam traiecisset, a Neptuno cõpressa dicitur. quare Aethra ibi Palladis Apaturias templum erexit: & pro Sphęria Hieram insulam appellauit. Constitutũ preterea est, ut Troezeniorum uirgines zonam ante nuptias Palladi Apaturię dicarent. HIER. Apaturia, ut inquit Suidas, festum erat athenis: quod per triduum celebrabatur: in quo Sitalici Thracum regis filius ciuitati adscriptus est. primum autem diem Dorpiam appellant, q͂ curiales ad uesperam in unum coacti epularentur. secundum Anarrhysim a sacrificando. nam Ioui curiali ac Palladi sacra faciebant. Tertium curcotim, q͂ pueros/ac puellas curię adscriberent. Curos. n. pueros/curas puellas appellãt. Huiusce autem festi talis fuisse causa dicitur. Bellum erat Atheniensibus aduersus Boeotios de Celęnis uico in confiniis existente. Xanthius autem Boeotius Thymoeten Atheniensium regem prouocauit:

quo recusante, Melanthus Messenius a Periclymeno Heleifi
lio generis originem ducens imperii causa pugnare sustinuit.
quare cum singulari certamine pugnarent, quidam hircina
pelle indutus nigra post Xanthii terga Melantho apparuit.
Ipsum igitur iniq; facere dixit, q; secundus ueniret. quo dicto
respicientem Xanthium interfecit. unde & festum apaturia
cognominatum: & Dionysii Melanægidos templum struxe
runt. Sunt qui festum ipsum apaturia pro homopatoria dictũ
uelint, q; patres, ut liberos curię adscriberent, conuenirent: ut
a particula simul significet. DEM. Calauria insula Troeze
niorum: quæ Apollini quondam fuit cõsecrata: ut Delphi Ne
ptuno: quæ loca dii ipsi inter se pmutasse memorãtur. LVD.
Stephanus autem ait Calauriam insulam esse ad Cretam tri
ginta stadiorum magnitudine, a Calauro Neptuni filio deno
minatam: quę & Irine dicebatur: ut Anticlides testatur. He-
catęus iuxta Troezenen esse asserit: cui Plinius adstipulatur.
DEM. In Calauria insula est Neptuni templum: cui uirgo
usq; ad ętatem nubilẽ sacrificat: in cuius templo Demosthe-
nis est monimentum. IOAN. In Calauria ut octauo libro
refert Strabo, Neptuno dicatum erat Asylum: cuius dei uenẽ
ratio tanta apud grecos extitit, ut Macedones rerum potiti
securum loci profugium/inuiolatumq; seruarent: lociq; suppli
ces reuellere sint ueriti, adeo ut Archias comitatu septus mili
tum Demosthenen uiolare minime sit ausus: cui iusserat An
tipater, ut eum uiuum ad se perduceret. quare uerbis cum in
ducere frustra conatus est. nam sumpto prius ueneno uolun-
tariam sibi consciuit mortem. Demosthenes adulatores a cor
uis hoc differre dicebat, quod illi uiuos: hi mortuos essent. rur
sus cum uidisset auarum efferri, hic inquit ἀβίωτον βίον βιώ-
σας ἑτέρῳ βίον κατέλιπεν. dicere preterea consueuerat
τὴν μὲν ῥίζαν τῆς παιδείας εἶναι πικράν, τοὺς δὲ καρποὺς
γλυκεῖς. Cum uero Demostheni quidam dixisset, quid est q;
agrum negligis: tibi autem ipsi uacas, respondit, hunc maxi-
me curo: per quem agrum adeptus sum. Obiurgatione preter

ea affectus, q improborum/ac scelestorum cosuetudine uteretur, ille inquit optimus esse medicus existimatur: qui eos suscipit curandos: de quorum salute iam Caeteri desperarunt. Interrogatus nonnunquam quid homo habet deo simile, respondit, beneficia conferre: nec mentiri. DEME. Troezeniorum agri Isthmus in mare progreditur: ubi Methana ciuitas est non magna: unde Therme triginta distat stadiis. Incolae Methanorum galli pennis niueis insignis remedio utuntur aduersus africum uineis germinantibus infestum: quem duo uiri in diuersa trahentes discerpunt: perq; uineas discurrunt: moxq; in eundem locum: unde discesserant reuersi sepeliunt. Troezeniorum regioni insulae paruae numero decem adiacet: quae Pelopis dicuntur: quarum unam aiunt nunq pluuiis tangi. Intra Troezenis Isthmum finitima est Hermione: cuius ueteres coditores fuere Hermiones: Hermionem autem Europis fuisse filium referunt: Europem Phoronei. mox Dorienses ab Argis eam habitarunt. HIER. Hermion/& Hermione inquit Stephanus, ab Hermionos genitiuo, ut a Calycos Calyce: dicebatur & Lacerea. Hermion autem est nominata ἀπὸ τοῦ ὁρμισθῆναι, q Iupiter/& Iuno ex Creta profecti eo delati sint .o. mutata in .e. quo circa Iunonis uirginis templum. DEM. Est autem uia: quae Troezene fert Hermionen circa petram: quae prius quidem Schenii Iouis ara: nunc uero Thesei dicitur. Ad hanc igitur petram montanam euntibus uiam Apollinis cognomento Platanistii templum uisitur: & ειλεοὶ locus: in quo Cereris/ac Proserpinae sunt sacella. in Hermionidis autem finibus circa mare Cereris cognomine Thermesiae est sacellum. octuaginta inde stadiis promontorium scyllaeum a Nisi filia denominatum distat: quam Minois iussu a Cretensibus de naui in mare deiectam tempestas ad hoc eiecit promotorium. nullum autem ipsius tumulum indicant: sed cadauer neglectum ab auibus dilaceratum ferunt, a Scyllaeo ad ciuitatem nauigantibus alterum occurrit promontorium Bucephala nominatum: & insulae Haliusa/Pityusa/& quam Ari-

fteras uocant: & Colierfia promontorium/Tricrana insula/ Buporthmos mons: in quo Palladis est templum: quę Promachorma cognominatur. Ad Buporthmum Aperopia iacet insula: unde non longe distat altera insula Hyidrea nominata. Pontiam/& Limeniam uenerem colunt Hermionii: cui ante nuptias uirgines/& siqua uidua ad maritum accedat, sacra faciunt. Melanaegidi Baccho musices/natandi/& nauium annua fiunt certamina. Diana Iphigenia cognominata colitur: & Neptunus alterum pedē ęneum super delphine tenens.
LVD. Iphigeniam Agamemnonis fuisse filiā maxima scriptorum pars testatur. Duris tamen iis adstipulatur: quorum superius meminit Pausanias: qui Iphigeniam a Theseo/atque Helene genitam scripsere. Phoedimus historicus ait Iphigeniam tunc Dianae miseratione in ursam transformatam, cum in Aulide ad aras staret immolanda, Nicander in taurum: alii in anum: nonnulli in ceruam: quae omnia fabulose dicta sunt. Nam ut Lycophronis interpres scribit: res ipsa sic se habuit. Cum Iphigenia ad aram staret, ursa: uel taurus: uel anus medium percurrit gręcorū exercitum. uatis itaq; iussu, quod medium pertransiuit exercitum, immolatum est. Iphigenia autem in Scythiam profecta: ubi Dianae ciuitas dicitur, gręcos qui eo peruenissent, Dianę mactabat: donec ipsa una cū Oreste fratre surrepto dianae simulacro: quod e Caelo ceciderat, inde in atticā aufugit: ubi ab Oreste Palladis iussu Dianae: quae Tauropolos cognominata est, conditum est templū. DEM. Sunt & Apollinis templa tria: totidemq; statuę: & huic quidem nullum est cognomentum: hunc uero Pythaeum nominant/& tertium ὅριον. Pythaei autem nomen ab Argiuis acceperunt. ad hos.n. graecorum primos Pythaeum Apollinis filium peruenisse dicit Telesilla. de Orio nihil habemus certi. Coniicere tamen licet Hermionenses de terrae finibus bello aut iudicio uictores factos, Apollini terminali sacra facere. Chthonia appellata est Ceres a Chthonia puella argiua: quam dea secum ex argolide Hermionen duxit conflagrata

domo:& Colonta puellę patre:a quo ipsa dea fuerat contem pta. Chthonia igitur in Hermione Cereris Chthoniæ appel latę ædem condidit. sacra quoq; ipsa Chthonia dicuntur: quę ęstiuo celebrantur tempore. Comosandalon appellant florē: quo festum celebrantes coronari consueuerant. Hyacinthum esse tā ex colore/q̄ ex magnitudine reor. Ad templi huiusce dexteram Echus est porticus: quæ uiro mediocriter clamanti ter respondere consueuit. post templum loca sunt: quorū unū Clymeni uocant: alterum Plutonis: tertium Acherusiam pa ludem. in Clymeni regione terræ extat hiatus: unde Hermio nenses aiunt ab inferis herculem duxisse canem. Thornax lo cus appellatus est Coccygios, q̧ Iupiter ibi in cuculū sit trans formatus. IOAN. Est etiam Thornax ut Nicolaus in quar to scribit, Laconię mons. DEM. Mases ciuitas quondam celebris, nunc est Hermionum nauale. HIER. Mases ciui tas argiuorum, inquit Stephanus. Homerus οἵ τ᾽ ἔχον αἴγι ναν μάσητά τε κοῦροι ἀχαιῶν. dicitur & Masetus ipsa ciuitas: ciues Masetii/& palus/& uicus Masetis/& Insula. DEM. a Masete uia est ad dexteram uersus promontorium Struthun tem appellatum: a quo ad Philanorium nominatum/ac Bole os. ccl. intersunt stadia. sunt autem Bolei delectorum lapidum aceruí. alius autem locus quem Didymos appellant uiginti inde distat stadiis. inde est quondam argiuorum Asine nomi nata: quam ipsi solo ęquarunt, q̧ Lacedæmoniis in bello con tra se affuisset. πυλαίων tamen templo pepercerunt. LVD. Asine inquit Stephanus, ciuitas est Laconica, ab Asine Lace demonis filia. secunda Messenes preter Laconicam ab Argi uis condita. tertia Cypri. quarta Ciliciæ. DEME. Erasinus fluuius est in uia: quę Argis fert Lernam: labitur autem in Phrixum: phrixus uero in mare, quod est inter Temenium & lernam. IOAN. Est & ciuitas Lycię nomine Phrixus, ut Stephanus ait, nec non & Phrixi portus ad os ponti in Pe ræa Chalcedonia: cuius meminit Nymphis. Temenium aūt

ut Idem Stephanus ait, locus est Messenes: inquo Temenos sepultus est. DEM. Haud procul a lerna Chimarus est fluuius: iuxta quem septum est lapideum: ubi Plutonem rapta Proserpina ad inferos descendisse ferunt. Lerna sita est ad mare: ubi in Cereris honorem Lernea festum celebrant. Est autem nemus sacrum a Pontino monte incipiens: qui quidem mons aquam a Ioue missam effluere nequaquam permittit: sed in se excipit: unde fluuius pontinus nomine delabitur. In montis autem uertice σαΐτου est Palladis templum. Amymone fluuius est Lernae a Danai filia sic denominatus: ad cuius fontem nata est Platanus: sub qua Hydram educatam ferunt: cuius felle Hercules sagittarum cuspides infecit. hanc feram unum habuisse caput existimo, licet Pisander camireus multa illi capita fuisse dixerit. uidimus & nominatum Amphiarai fontem: & Alcyoniam paludem: per quam Bacchum ad inferos ut Semelẽ reduceret, descendisse argiui memorãt: hunc q; ad inferos descensum Polymnum indicasse. Alcyoniae profundũ multis Nero funibus conatus ẽ inuenire. HIER. Amymone, ut Lucianus ait, una fuit de quĩquaginta Danai filiabus: quę a Neptuno compressa nomen dedit flumini, cũ eius fons tridentis percussu editus Lerna dicatur. a Lerna declinatum est adagium λέρνη κακῶν & λέρνη θεατῶν, alii propter Hydrã. nonnulli q, argiui sordes illuc exportarent. Nã Danaus Aegyptiadarum capita in Lerna deposuit: & ut par est credere, in eorum contumeliam quicquid mali esset auspicii, eo deferri iussit. Hydram Lerneam ex Thyphaõe & Echidna genitam Iuno Herculi irata educauit, ut Hesiodus ait in Theogonia. erat autem immanis fera, octo munita capitibus: inter quae unum erat immortale. hanc Hercules Eurystheo iubente interfecit. nam cum currum ascendisset Iolao auriga ad eius lustrum quod in Lerna erat, profectus est: statimq; telorum iactu e latebris eam exire coegit. sed cum eius capita abscinderet, nihil tamen perficere poterat. uno enĩ ab

sciſſo duo erumpebant. quare coactus eſt Iolaí auxilium implorare: cui mandauit, ut proximæ ſiluę partem combureret: titionibuſq; loca unde capita decíſa eſſent exureret, quod cũ feciſſet Iolaus, immortale etiam caput Hercules amputauit: infectaſq; Hydræ felle ſagittas letiferas reddidit. hinc deductum eſt adagium illud ὕδραν τέμνειν, quo in rebus arduis ac difficillimis uti conſueuimus. Cæterum huiuſmodi unquã feram fuiſſe arbitrari, nedum credere ſtultum eſſet. quare ut rem ipſam in grecorum commentariis ſcriptam offendimus, ita ordine percurram. Lernus in argiuo agro regulus fuit. tũc autem homines uicatim habitabant. at Euryſtheus hominũ numero preſtantior Lernum ſubigere conabatur: cui parere cum recuſaret Lernus, inter utrunq; exortum eſt bellum. Erat autem Lerno nomine hydra munitiſſimum, ac tutiſſimum Caſtellum: quod quinquaginta ualidiſſimi die noctuq; tutabantur ſagittarii. Miſſus itaque ab Euryſtheo Hercules caſtellum obſidet: qui autem in turribus ſtabant, ignem, ac tela in ſubiectos iaculabantur. & ſi forte quiſpiam eorum ſaucius cecidiſſet, duo pro uno ſagitarii in defuncti locum ſubſtituebantur: ut eius qui ualidiſſimus fuerat, uicem ſuſtinerent. Verum cum Herculis impetu iam Lernus urgeretur: nec ſe domeſticis uiribus tueri poſſet, externum conduxit exercitum: Cui uir fortiſſimus, ac bellaciſſimus præerat Cancer. quare cum Herculi facile reſiſterẽt, Iolaus Herculis nepos Thebanum adduxit auxiliũ: ſtatimq; turrim munitiſſimam: quæ ante Hydram erecta erat, conbuſſit. unde effectum eſt, ut q̃ celerrime Hercules & hoſtium exercitum uicerit: & Hydram expugnauerit: quę quidem res fabulę locum dediſſe uideri poteſt. Plato tamen in Euthydemo tam hydram, q̃ cancrum Sophiſtas fuiſſe his uerbis indicat. Herculé quidem ſum imbecillior: qui pugnare non ualuit aduerſus hydram Sophiſticam: cui propter ſapientiam pro uno Sermonis capite amputato multa repululabant: ac etiam aduerſus Cancrum Sophiſtam quendam ex mari aduen

tantem: a quo cum Hercules ad sinistram angeretur: uerbisq;
acriter morderetur, Nepotis sui Iolai auxilium implorauit:
qui summopere illi succurrit. DEM. Nauplia ciuitas est a
Nauplio Neptuni/& Amymones filio condita: ubi fons est
Canathus: in quo singulis annis lotam Iunonem uirginem
fieri argiui memorant. LVD. Stephanus ait Naupliam ci-
uitatem argiui agri dictam esse ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσ-
πλεῦσαι. DEME. Quę autem de Asino Naupliæ dicun-
tur, q; scilicet palmitem adrodens/uitem reddiderit feracio-
rem, proptereaq; factus sit lapideus: utpote qui uitium osten-
derit putationem, ut memoratu minime digna omittam. ex
Lerna uia est ad locum Genesium appellatum: cui contiguus
est & alius locus Apobathmi nominatus: in quem cum fi-
liabus Danaum primum descendisse ferunt: ascendenti ad cō-
tinentem Thyrea occurrit: pro qua.ccc.delecti argiui aduer-
sus totidem Lacedæmonios pugnarunt: in quo prelio inter-
fectis omnibus preter Spartanum unum/ac duos argiuos,
qui occidere ibi sepulti. Lacedæmonii uero publico superatis
argiuis bello Thyrea continuo fruebantur: quam postea Ae-
ginensibus ab Atheniensibus expulsis tradidere. nostra ta-
men tempestate argiui eam possidebant. aiunt enim se Iudi-
cio eam consecutos. a polyandriis euinti Athene occurrit: in
quam Aeginenses quondam migrarunt: & alter uicus Ne-
ris: tertia Eua uicorum maximus: in qua Polemocrates Ma-
chaonis filius Alexanoris frater colitur. IOAN. Eua ciui-
tas est etiam Arcadię: ut libro octauo refert Theopompus.
DEM. Hermæ uicus est a statuis dictus. Tanus fluuius a
Parnone argiuum agrum in Thyreaten sinum delabitur.
HIER. Hermæ statuę erant quadratę: quę Athenis pro fo-
ribus tam priuatarū ædium, q̄ templorū (ut author est Thu-
cydides, statuebantur: quarum fere omnium capita una no-
octe amputata sunt: Cuius rei authores latuere. Mene-
cles: siue Callistrates in libro de Atheniensibus hæc de
Hermis scribit. a poecile/ac regia porticu sunt qui appel-

bitur. Hermę, dicebantur autem quidam & Hipparchei Hermæ ab Hipparcho Pisistrati filio, sic denominati. Sinus Thyreatę in octauo meminit Strabo. DEM. Iam non minus tempus q̃ res ipsa hodierno sermoni finem imponere nos admonent. nam & serum est dici: & in Secundo Pausanię libro nihil fere scitu dignum legitur: quod a nobis, quantũ meminerim, omissum sit. Quare Cras tertium deo uolẽte auspicabimur. IOAN. Valebis igitur: & ad crastinam te orationem preparabis. DEM. Vellem utiq; summo ad me mane uenissetis, & ut heri, hodie quoq; mecum pransi essetis. uestra namq; mirum in modum oblector consuetudine: quos preter omnes huiusce ciuitatis adolescentes tanto uideo literarum ardore inflammatos, ut nisi optime sperare de uobis liceat. Verum postq̃ matris, (ut dicitis) precibus coacti domi pransi estis, & ad me iam sumpto prandio redistis, reliquis omissis colloquis tertium adeamus Pausaniæ librum: quo Laconiam complectitur. HIER. Tu cum uolueris, dicere incipias. nos ad audiendum parati sumus. DEM. In Laconia omnium primus (ut Lacedęmonii tradunt) Lelex indigena imperauit: unde Leleges quibus imperabat dicti. huic Myles, ac Polycaon filii fuere. defuncto Mylete Eurotas filius imperium suscepit. hic stagnantem in campis aquam deduxit in mare, & Eurotam flumẽ ipsum a suo nomine appellauit. huic successit Lacedęmon ex matre priuignus: Iouis dictus filius, hic Spartem Eurotę filiam uxorem duxit: & ab ipso Lacedemon regio ab uxore Sparte ciuitas nomen accepit. LVD. Lacedæmon, inquit Stephanus, ex Peloponnesi ciuitatibus maxime inclyta est, quę Sparte prius a Sparto Amyclantis filio dicta est: uel q. Leleges: qui primi ciuitatem construxere dispersi in unum conuenerint: unamq; fecerint habitationem: Sed Lacedęmona alii a Lacedemone appellatam uolunt: nonnulli ἀπὸ τοῦ λαχεῖν quod post heraclidarum reditum: qui sorte primam hanc consecutus est, Lacedemona cognominauerit. Est & alia in Cypri mediterra-

neis Lacedemon: cuius ciuis Lacedęmonius, possessiuum Lacedæmonicus. dicitur etiam per syncopen Lacon ut Apollodorus asserit, ut á Cydoniatæ Cydones. uidetur autem primitiuum esse, & non syncope: Sunt qui Lacon diminutiuum uelint: cuius femininum Lacęna: & possessiuum Laconicus: & Laconica fæmininum species calciamenti. Est & Laconicą saltatio. sunt & scuticę Laconicæ. Est & Laconicæ clauis species, & Laconicum ferrum, nam ex ferri temperamentis, aliud Chalybdicum: aliud Sinopicum: aliud Lydium: Laconicum aliud nuncupatur. quod autem Sinopico, ác Chalybdico ad fabrilia: Laconico ad limas, & ferrea terebra: & characteres: Lydio & ipso ad limas, gladios, nouaculas, cuspidesque uterentur, Daimarchus in trigesimo quinto testatur commentario. Lacedemon dicta est, ut Moscopulus ait, ἀπὸ τοῦ λαχος καὶ λαίμων quod ibi dii ciuitates sortiti sint, mutatione scilicet. ch. in. c. Sparte, ut alibi Stephanus memorat, ab iis: qui cum Cadmo fuere Spartis nomen accepit: quos Timarchus ait expulsos in Laconiam uenisse: & a se Sparte nomen imposuisse. huius gentile Spartiatę: fœmininum Spartiatis: & spartias: possessiuum sparciaticus. Est & Spartou mons, & sparte uicus iuxta pontum Euxinum. DEME. Amyclas Lacedęmonis filius a se urbem conditam, Amyclas nominauit. huius formosissimus filius Hyacinthus uiuente adhuc patre mortem obiit: cuius monimentum sub Apollinis simulacro Amyclis uisitur. Amyclæ successit Argalus filius: cui Cynortas filius. Hic filium habuit Oebalum: Oebalus Gorgophonen argiuam Persei filiam duxit uxorem: ex qua filium suscepit Tyndarum: qui. Seditione ab Hippocoonte pulsus Pellam confugit: uel ut Messenii aiunt, in Messeniam ad Aphareum.. sed. Tyndarus postea est per Herculem patriæ restitutus: cuius etiam filii regnarunt, nec non & Menelaus Atrei filius, Tyndari gener, & Orestes: qui Hermionem Menelai filiam uxorem duxit: Vnde natus Tisamenus. IOANNES. Amyclæ, ut etiam scribit,

Stephanus, una eſt de centum Laconiæ ciuitatibus: quam
Amyclas Lacedęmone natus condidit. Conditor autem ip-
ſe Amyclas amiclæ & amyclantis flectitur, ut in menſi-
bus Simias indicat. ait enim ὅι ἐ ἀμύκλαντοσ παιδὸσ
ἀποφθιμένου λαοὶ κικλήσκουσι. ab Amycle gentile deduci-
tur Amyclæus & Amyclæeus. ab amyclęus fœmininum fit
amyclæa/& amyclais. dicitur & amyclaites. Eſt pterea Amy
clęon in Creta tam ciuitas q̃ portus. DEM. Thera inſula
Calliſte prius nominata a Thera Argię fratre: quę fuit Pro-
clis & Euryſthenis mater: cum quibus Theras coloniam in
inſulam deduxit, ſperans fore ut a Membliaro oriundi ſibi im
perium cederent. quod & fecerunt rati Theran a Cadmo ge
neris originem trahere. erat. n. Membliarus uir popularis: quē
Cadmus colonorum ducē in inſula reliquerat, Procles & Eu
ryſthenes Ariſtodemi gemelli Euryſthenes filiū habuit Agin:
unde Euryſtenis genus Agidas appellant. HIER. Theras
ut Pindari interpres ait Autesionis filius in inſulam coloniā
deducturus uiros a Laconibus petiit: quibus acceptis, in inſu
lam migrauit: cum quo & Samus profectus eſt: a quo Battus
oriundus: qui primus Cyrenas coloniam in Libyam deduxit.
Thera inſula eſt una ex Sporadibus, inquit Stephanus a Me
maliaxo Cadmi comite condita: in qua nec octauo: nec ſepti
mo ętatis anno morientes lugebant. Vbi notādum Memalia
rum apud Stephanum legi, cum Membliarus a te ex Pauſa-
nia dicatur. quare ut in alterutro ſit menda neceſſe eſt. Eſt &
in Rhodo ciuitas, ut in Caria: & in Sodiane, ut idem Stepha
nus ait. cuius incola Thereus/& Theraicus. Theraſia uero in
ſula eſt inter Creten/& Cyrenen. Inſularis Theraſius dici-
tur. DEM. Patræ in Achaia ciuitas a Patreo Preugenis filio
condita & a ſuo nomine ſic appellata, Agide regnāte. LVD.
Patræ Achaiæ ciuitas, ut Stephanus queq; ait a Patreo quo-
dam. DEM. Echeſtratus Agidus filius ſpartanis imperauit.
quo regnāte Lacedęmonii Cynurēſes iuuenes expulerunt cri
mini dantes, q' cū ipſi ex generis origine argiui eſſent, argoli

da diriperent. nam Gynurenses Cynurum Persei filium conditorem habuere. Echestrato Labotas filius successit. huic Doryssus filius: qui Agesilao a se genito imperium reliquit. quo regnante Lycurgus leges tulit: quas aut ab Apolline: aut a Cretensibus acceperat, ab Agesilao Archelaus filius imperium accepit: cui Teleclus filius successit huic Alcamenes filius: cui Polydorus filius hoc imperium administrante Lacedęmonii in Italiam in Crotonem: atque in Locros ad promontorium Zephirium sitos coloniam deduxere. IOAN. Croton ut Stephanus scribit, insignis ē Italię Ciuitas circa Rhegium. graui autem notatur accentu, cum mõtem significat, unde Axius fluuius delabitur: acuto uero cū pro Rediuo uermiculo canes maxime infestante accipitur. Est & alia ciuitas Tyrrheniæ metropolis: tertia Italiæ, ciues Crotoniatę/& fœminino genere crotomatis/& Crotoni9/& Crotonia/& Crotoniates/& Crotonias. Locri epizephyrii ciuitas Italiæ, ut in Europa author est Hecatęus, ciues Locri: gentile Locrius, ut cyprius. DEM. Polydoro a Polemarcho interfecto Eurycrates Polydori filius regnauit, cui Anaxander filius successit. huic Eurycrates filius: cui Leo filius. quibus regnantibus Lacedęmonii apud Tegeam multa passi sunt. Leoni Anaxandrides filius successit: qui Lacedęmoniorum solus uno tempore duas habuit uxores: duas habitauit domos: quarum ex una Cleomenem suscepit: ex altera Doricum/Leonidā/Cleombrotum. defuncto Anaxandride Cleomenes imperium ē consecutus. hic aduersus argiuos uictoria potitus est, contra Athenienses bellum gessit. Leonidas post Cleomenē regnauit: qui trecentis Lacedemoniis comitantibus ad Thermopylas Xerxis exercitui restitit: nec unq̄ Thermopylas intrasset: ni Trachinius quidam tramitem per Oeten montem illi ostēdisset: quare circumuentis/ac circumuallatis a barbaris gręcis, Leonidas cum illis. ccc. strenue dimicans occidit. Pausanias Cleombroti filius Plistarcho Leonidę filio tutor relictus Lacedęmonium exercitum Platęam duxit, Is Pausanias co

am mulierem Hegetonidæ filiam: quam inuitam Pharandates uir Persa pro pellice apud se habebat, Mardōio barbarisq; apud Platæam interemptis, in patriam ad patrem misit: additis etiam ornamētis: quæ a barbaro acceperat. Plistarcho plistoanax Pausaniæ: cuius modo mentionem fecimus filius successit. huic Pausanias: qui ob compositam cum Thebanis pacem pulsus/a Tegeatis susceptus est, Palladis cognomento aleę supplex factus: quam Peloponnenses maxime colebant. Pausanię successit Agesipolis filius: huic Cleombrotus frater: cui Agesipolis filius. huic Cleomenes frater, cui Argeus nepos Acrotati filius: huic Acrotatus filius: cui Arcus. hoc adhuc puero defuncto, Leonides Cleomeni filius imperium cum iam esset senio confectus consecutus est. Cleombrotus dempto Leonidę imperio regnauit. sed Leonidę mox restitutum est imperium: cuius filius Cleomenes eorum postremus: qui Agidę appellabantur Spartanis imperauit. Quæ uero ad alteram spectant regiam Spartanorum domum sic esse audiui. Procles Aristodemi filius filium a se genitum Sum appellauit. Euryponem autem Soi filium ad id glorię peruenisse ferunt, ut ab hac domo oriundi Eurypontidæ sint denominati, cum Porcidę prius dicerentur. Eurypontí Prytanis filius successit. Prytani Eunomus. huic Polydectes: cui Charillus. Charillo Nicander. huic Theopōpus: cui Teuxidamus. huic Anaxidamus. Anaxidamo Archidamus: cui Agasicles. huic Aristo. Aristoni Demaratus: quo ad Dareum regem ob contractum odium profecto, Leotychides rex creatus expeditionē contra Alebadas in Thessaliam fecit. ubi cū uniuersam Thessaliam euertere posset, ab Alebadis muneribus corruptus est. quare ne in Lacedęmone iudicium subiret, Tegeam sponte aufugit: aleæq; Palladis supplex extitit. huic q Zeuxidamus filius ante patris exilium decesserat, Archidamus Zeuxidami filius imperium assecutus est. Is atticam inuasit/ac diripuit. Platęensium urbem Atheniensibus amicam per obsidionē cepit. Cui Agis natorū maximus successit. Agidi Agesilaus

Archidemi filius. fuit Archidamo & filia Cynisca nomine: quę mulierum prima equos aluit: & in olympico certamine uictoriam est consecuta. Artaxerxes Tissaphernem supplicem ab Agesilao spartanorum rege superatum morte mulctauit. Agesilao Archidamus filius successit: quo regnante Phocenses Apollinis templum occuparunt post quem Eudamidas filius imperium suscepit: cui Agis filius successit. Agidi Eudamidas filius. Scotitas locus est qui ab Hermis uico uenientibus occurrit, quercubus consitus. tenebras autem non arborum densitas fecit: sed Iupiter cognomento Scotitas. nam in dextera parte uiæ ad decimum maxime stadium diuertentibus Iouis Scotitę est templum. HIER. Scotina locus est inquit Stephanus, in Lacedęmone: in quo Iupiter Scotinas, citatq; Pausaniam in decimo. Euntibus autem inquit ab Hermis locus hic occurrit quercubus plenus. nomen autem loco Scotina: quod non arborũ densitas fecit: sed Iupiter cognomento Scotias. unde suspicari licet in alterutro mendam esse librariorũ incuria contractam: quam si librorum copia unquã dabitur, emendare conabimur. DEM. Hippocoonte cum filiis haud inde procul interfecto Hercules Tropęum erexit. Caryę est Dianæ/ac nympharum locus: est q; Dianæ Caryatidis simulacrum sub dio: ubi Lacedęmoniorũ uirgines annuas ducunt Choreas. LVD. Caria in Laconia locus, ut Theopompus in quinto & quinquagesimo ostẽdit. Incola Cariates dicitur & Cariatis: & Carœęus inquit Stephanus. dicitur & Carœeus/& Carœatis apes pro Laconica. Carœa. n. ibi locus est. DEM. Inde reuertenti/& ad publicam uiam eunti selasiæ rudera occurrunt: quàm Achiui pręlio superatis Lacedęmoniis/atq; eorum rege cleomene Leonidæ filio in seruitutem redegerunt. In Thornace est Apollinis simulacrum: ad quẽ Croesus lydiæ rex aurum misit: quo lacedęmonii ad exornandum Apollinem amyclęum abusi sunt. IOAN. Thornax Laconiæ mons, ut in quarto Nicolaus scribit: unde Thornacius gẽtile. DEM. Sparte ac Lacedęmon eadem est ciuitas, tamẽ

hoc nomen agro quoq; impositum erat. Lacedemoniis sparten incolentibus forum est spectatu dignum: & in foro senatus curia/& Ephororum/ac legum custodum/& dictorum Bidięorum prętoria sunt. senatus autem consessus Lacedęmoniorum reip. maxime dominatur. nam reliqui sunt magistratus. Ephoris autem & Bidięis quinis numero existentibus, his quidem ut platanista nominata: cęteraq; ephebōrum pro ponant certamina: constitutum est. Ephori uero & alia studio digna administrant: et Eponymum prębent, ut & qui apud Athenienses nouem appellantur. est autem Eponymus magistratus. Interea quę in ipso foro prę clarissima recolentur, porticus est quam Persicen uocant, ex Medorum manubiis ędificatam. stant autem in columnis marmore candido & alii Persę/& Mardonius Gobrię filius. Est & Artemisia Lygdamidis filia Halicarnasei regina: quam Xerxi contra gręcos sponte auxiliatam ferunt. Iuliiq; Cęsaris & Augusti in foro templa sunt, ad ara Augusti Agię ostendunt ęneam statuam. hic Agias Agelochi filius Lysandro prędixit fore, ut apud Capręflumina Atheniensium nauticam potentiam preter triremes decem caperet: quod & factum est. Lacedamonii enim reliquas cum uiris ceperunt triremes. Solę decem in Cyprum confugerunt. Διπαιέα oppidum Arcadum in Menalia: ubi Lacedamonii Arcades superarunt. HIER. Dipaea, ut ait Stephanus ciuitas Arcadię: cuius gentile Διπαιεύς, sed & ciuitas Dipęeus appellatur. DEME. Chorus locus est in foro Spartano: ubi Lacedamonii Ephebi in gymnopędiis Choreas ducunt Apollini. Gymnopędię enim festum est Lacedęmoniorum. LVD. Gymnopędia, ut Suidas ait, palęstra est: in quam Lycurgus Ephebos cogebat. Gymnopodia uero chori ex pueris in Laconica sparte in deos laudes canentes ad eorum honorem Spartanorum: qui in Thyrea periere. DEM. Est Lacedamoniis Telluris sacellum/Iouisq; Agorai, hoc est forensis/& Palladis Agorae/nec non et Neptuni: quem Apphalion nominant. Orestis

Agamemnonis filii tumulus est iuxta parcarum sacellum. de
lata. n. ex Tegea Orestis ossa ex oraculo ibi sepulturae man-
data sunt. ad Orestis monimentum Polydori Alcamenis filii
est simulacrum: quem usq; adeo uenerantur, ut qui magistra
tus gerunt; quęcunq; conicere oportet, Polydori simulacro
conicctont. Aphetam hac dę causa uiam appellant. aiunt. n.
Icarium Penelopes procis cursus certamen proposuisse: q; au
tem in eo certamine uictoriam sit Vlysses cōsecutus, cōstat;
ipsam autem Penelopen ad cursum per Aphetaidem uiam
missam dicunt: Danaum in hoc cursus certamine uidetur Ica
rius aemulatus. nam cum omnes filiarum conubium ob scele
ris foeditatem declinarent, edixit se eas sine dote daturum, ut
quisq; sibi pulchritudine placuisset: cum autem nonnulli con
uenissent, eis cursus proposuit certamen: in quo qui primus
erat, primus eligebat. qui secūdus, secundus: ac deinceps pari
modo. Booneta est in Apheta uia domus quondam Polydori
regis: quam ab eius uxore emerunt, datis pro illa bobus: neq;
enim tunc erat aureus, aut argenteus numus: sed rerum per-
mutatione utebantur. Palladis cognomento κελευθέας simu
lacrum erexit Vlysses post superatos cursu procos. Est & ne-
ptuni Tenarii τέμενος in Apheta uia. Hellenium locus est,
in quo greci quo modo esset Xerxi resistendum, statuerunt:
uel ut alii uolunt quo pacto esset ad Troiam nauigandum:
Poenęq; de Alexandro ob Helenes raptum sumendę essent;
qui Menelaum secuti sunt consultarunt: IOAN. ἑλλήνιον
uero locus est circa Canopum, ut in libycis Hecataeus testa-
tur. DEM. Talthibii monimentum est iuxta Hellenium:
nec non & Apollinis ἀκρίτα ara, & Telluris aedes gasepiū
cognominata. Apollo preterea Malcates erectus est. Alius
est a foro exitus: ad quem porticus nomine Scias exaedificata
est. ubi nunc quoq; conciones habent. hanc sciada Theodori
samii opus esse ferunt: qui primus & ferrum diffundere: & ex
eo statuam fingere excogitauit. HIER. Est etiam scias Ste
phano, arcadiae regio: cuius gentile sciastes. Sciam uero oppi

dum eſt Euboeę unde ſcicus. DEM. Timotei mileſii citha-
ram in ſciadę porticu Lacedęmonii ſuſpenderunt, q ad ſeptē
ueteres chordas quattuor adinuenisſet. LVD. Timoteus;
inquit Suidas, Therſandri ſiue Heominę: aut Philopolidis fi-
lius Mileſius lyricus decimam/ac duodecimam chordam ad-
didit/ueteremq; muſicen molliorem reddidit. decem ac nouē
muſicas leges ſcripſit/Procemia ſex & triginta/ Dithyrābos
decem & octo, hymnos unum & uiginti: multaq; preterea
alia. uixit autem quo tempore Euripides tragicus, cum Phi-
lippus Macedonię imperaret: cuius filius Alexander Muſi-
ces ſemper fuit q̄ ſtudioſiſſimus, quare cum Timotheum tibi
ciuam Palladis Nomon orthion appellatam canentem audi
ret, ad arma excitabatur. Fuit Timotheus Athenienſis comi
cus medię comedię: cuius meminit Atheneus. Eius dramata
fuere pyctes/paracatathecę/Metaballomenos: ſiue Metaphe
romenos/Cynarion. Quid de Thimotheo Athenienſium im
peratore Cononis filio dicam: cuius eximię/ac prope ſingu-
lares uirtutes a q̄plurimis celebrantur: unum tamen eius ſci-
tum/ac memoratu dignum reſponſum ab Atheneo literis
mandatum/non pretermittam. Nam cum Threſſa cum me
retrix Cononi peperiſſet: idq; illi probri cauſa obiiceretur, ego
maximam inquit ipſi gratiam habeo, q per eā Cononis ſim
filius. Ariſtophanis interpres ait. Timotheum Athenienſiū
ducem: qui ſibi ingentem illā turrim ſtruxerat: cuius mentio
nem in Pluto facit Ariſtophanes, adeo fuiſſe opulentū/ac for
tunatum, ut fortunam ipſam in eius conſpectum uenire om-
nibus eſſet perſuaſum: pictoreſq; in tabellis fortunas ei dor-
mienti irretitas ciuitates ferentes pingerent, eius felicitatem
innuentes: ſed cum nimio rerum ſucceſſu elatus iactanter di-
xiſſet, ſe non fortunę nutu/ac fauore: ſed propria uirtute tan-
tas res geſſiſſe, ad ſummam eſt redactus inopiam. DEME.
Caſtorem ac Pollucem Tyndari filios quadrageſimo anno
poſtq̄ aduerſus Idam/ac Lynceum pugnarunt, inter deos fuiſ
ſe relatos tradunt. IOAN. De Caſtoris ac Pollucis ortu

abunde superius dictum est. DEM. Carneus: quem οἰκέ-
ταν cognominant: prius etiam q̃ Heraclidæ redirent, Spar-
tę colebatur. Erectus autem erat domi κρίου Theoclis filii ui-
ri uatis. huius filię occurrentes Doriensium speculatores/&
ipsam allocuti sunt & ad Crion patrem profecti spartes ca-
ptiuitatem edocētur. at Carnus ex Acarnania oriundus Apol-
linis oraculo monitus, ut Dorienses omnes carneum Apolli-
nem colerent, instituit: quo ab Hippote Phylantis filio inter-
empto Apollinis ira in Doriensium castra incidit. quare &
Hippotes cędis causa exulauit: & ut apud dorienses Acarnã
uates placaret, institutum est. Praxilla scripsit carneum Euro
pes filium ab Apolline/ac Latona educatum. alii dicũt in Ida
Troiana graecos καρνείας in apollinis luco natam ad equum
ligneum fabrefaciendum excidisse: deumq; ob id iratum pla-
cari: & craneum per literæ. r. transpositionem appellari.
HIER. Carneum Apollinem appellatum tradit Callema-
chi interpres, Acarno uate ab Alete interfecto: qui unus de
Heraclidis fuit. quare iratus Apollo pestem immisit. consul-
tus idem ut Carneum Apollinem colerent, admonuit. uene-
rabatur autem hoc cognomine Apollo primum spartę: dein-
de in Thera insula: mox Cyrenis, ut author ē Callimachus.
DEM. Aphetæi simulacrum est: ubi Penelopes proci cursum
auspicati sunt, Est & locus quidam porticus habens quadran-
gulares: ubi uetustis temporibus ὀρ ὤνος uendebatur. ad-
hoc Iouis Ambulii/Palladisq; Ambuliæ extat ara/nec nõ &
Castoris ac Pollucis: qui & ipsi Ambulii appellantur. & e re-
gione quę Colona dicitur: ubi Dionysii colonatę templum ui-
situr. ad ipsum autem Herois est Temenos: quē Dionyso uię:
quę fert sparten, ducem fuisse ferunt. huic Heroi Dionysiades
ac Leucippides priusq̃ Dionyso sacra faciunt. nec procul inde
Iouis est ἱκετέμου templum. Arcus inquit, Thestium Ledæ
patrem Agenoris fuisse filium: Agenorem uero Pleuronis. Eu-
rydice Lacedęmonis filia uxor Acrisii Abantis filii: quæ Iuno-
nis argiuę ędem in colle haud procul existente condidit. Iuno

nis autem ὑπερχειρίας facellum ex uaticinio conditum, Euro ta in multa terræ parte stagnante:delubrum aũt uetus ἀφροδίτης ἥρας appellant:cui deę pro nupta filia matres sacra facere consueuerunt.appellatur autem Spartæ Theomilida locus ubi Agipadarum regum sunt tumuli:& iuxta hunc locũ est:quę nominatur Lesche κροτανῶν.sunt autem Crotani Pitanatarum portio.non procul ab Aesculapii Lesche corũ est sacellum:qui Enapadę nominantur. Appellant Lacedęmonii δρόμον:ubi nostra quoq; tẽpestate cursu se iuuenes exercent.a curriculo procedentibus Dianę ἰσιμάχης est ędes, ad curriculi principium.Castor & Pollux sunt Apheterii cognominati.sunt Lacedamoniis Neptuni Hippocurii/& Dianæ Aeginęæ/atq; Ilorę sacella.σφαιρεῖς sunt qui ex ephebis ad uiros conferre incipientes ad uetustissimum Herculis simulacrum sacra faciunt.Agnitas cognomentum est æsculapii:cuius templum ad curriculi dexteram erectum est, q ex agno.i. amerina eius delubrum constaret.Plataniſtas locus est iuxta Neptuni sacellum: quem πλαταννιστᾶν nominant ab arboribus platanis deducto nomine.Phœbęum haud multum distat a Therapne ciuitate: ubi Lacedæmoniorum ephebi pugnam inter se inituri Marti canis catulum immolant, ualidissimo deo Cicurum ualidissimam uictimam offerre iudicãtes. Catulos caninos græcorum nullos sacrificãtes nouimus:preter Colophonios:qui nocturno tempore Catellam nigram triuię sacrificant. Iuxta Plataniſtãn porticus est:cuius a tergo Heroa sunt Alcimi/Enaræphori:& non multum inde distãs Dorcei/ac Sebri Hippocoontis filiorum:a dercęo fonte iuxta Heroum:δερκείας appellant. Sebrium uero locũm a sebro uocant.ad dexteram Sebrii Alcmanis poetę est monimentum/Helenesq;/atq; Herculis sacella.in Herculis ęde statua est Herculis:quam propter bellum in Hippocoontem/ac liberos esse armatam ferunt. Odium autem Herculis in Hippocoontis domum inde conflatum aiunt, q Iphiti cæde pollutum expiare noluerint:sed ad belli initium tale quid acces-

sit, Oeonus adolescens lycimnii Alcmenes fratris filius una
cum Hercule Sparten concessit: ubi cum urbem specularetur,
Hippocoontis domum peruenit: cuius canem allatrantē
Lapide percussit. quare ab Hippocoontis liberis interfectus
est. hoc maxime Herculem in Hippocoontem, ac liberos irri
tauit. sed tunc uulneratus clam discessit. postea cōtigit ei exer
citum in Sparten mouenti: ut tam patrem q̄ liberos ulcisce-
retur. unde Mineruæ ἀξιοποίνου ędem condidit: quoniam ul
tiones ueteres ποινὰς nominabant. Lacedæmonii ea ratione
Enyalium habent pedicis uinctum, statuam uetustissimam:
qua Athenienses uictoriam apteron. nam ut hi implumem ha
bent uictoriam: ne Athenis discedat, Sic Martem uinctum il
li, ne quopiam recedat. Iunonem Aegophagon appellant La
cedęmonii: quam aiunt Herculem erexisse: q̄ Iuno sibi aduer
sus Hippocoontem pugnanti non sit aduersata: cui Capras
primus immolauit, aliis deficientibus hostiis. Haud procul a
Theatro Neptuni cognomento genethlii est sacellum. Arma
tę ueneris delubrum est in templo uetustissimo in colle exæ-
dificato. huic uni templo ex iis quę unq̄ uidi superædificatum
est tabulatum Morphus sacellum. Est. n. Morpho ueneris co
gnomentum. LVD. Veneri armatæ simulacrum posuerūt
Lacedæmonii, ut Lactantius ait, q̄ eorum uxores Messenios
fugassent: cū quibus armatis armati Lacedęmonii promiscue
permixti sunt. unde nati parthenii. DEM. Venus Morpho
cognominata est in æde sedens: habet autem capitis tegumē
tum: & circa pedes pedicas. aiunt Tyndarum pedibus impo
suisse pedicas mulierum in uiros stabilitatem ac constantiam
huiusmodi uinculis assimilantem. nam quod nonnulli ferunt,
uenerem a Tyndaro in uincula coniectam, ut opprobria in fi
lias ulcisceretur, non admitto. est. n. ineptum. Chitonem ap-
pellant domicilium: in quo singulis annis texūt tunicā Apol
lini amiclęo. IOAN. Chiton, ut Suidas ait, uirile est indu
mentum: quod Gamisiam appellant παρὰ τὸ εἰσχεῖσθαι τοῖς
μέλεσι. Chitone & Diana nominatur, ut Stephanus testatᵉ:

nec non & Chitonia: ut Sphinge Epicarmus indicat καί τὰ τὰν χιτωνίαν αὐλησάτω τίς μοι μέλος. DEM. Limnęũ locus est: in quo Dianę Orthię sacellũ uisitur: cui forte ductos homines imolabãt, q; oraculũ habuissent αἵματι ἀρδεύειν τὸν βωμὸν ἀνθρώπων. sed Lycurgus id in Ephoborũ flagra cõmutauit: quo fit ut humano sanguine ara repleatur. hoc Dianę simulacrum Iphigeniã atq; Orestem ex Taurica regione detulisse memorãt. Lygodesmon eandẽ appellãt: q; hac planta inuolutũ simulacrũ erectum sit. HIER. Limnea: inquit Stephanus: uicus est in argiuo agro: cuius gentile Limnæus. Est & limnę ciuitas Hellesponti circa Sestũ: ut Hecatæus in Europa scribit. Cęterũ ut Lygodesmon Dianæ cognomentũ iis quoq; innotescat: qui gręcã ignorant dialecton: id exponẽdum duximus. Est. n. dictio cõposita ἐκ τοῦ λύγου καὶ δεσμοῦ: quod & Plinius. lxxiiii. capite. ix. euidentissime ostendit. DEM. Anaitidos Dianæ sacellũ est lydis. In spartanorũ arce ædes ẽ Palladis πολιούχου cognominatę: & χαλκιοίκου: cuius æneũ simulacrũ Gitiadas uir indigena effecit. ęri insculpta sunt multa Herculis certamina / & Leucippi filiarum raptus / & Perseo ad medusam ituro nymphę dona dantes galeam / & calciamẽta: quibus per aera ferretur: nec non & uulcanus matrem uinculis soluẽs: & que ad Palladis genesin pertinent / Amphitriteq; / & Neptunus. LVD. Poliuchi comuni genere appellãtur inquit Suidas: qui Ciuitatibus imperãt: ac chalciœcos Minerua ut idem refert Suidas: appellata est a Spartanis: uel quod οἶκον χαλκοῦν, uel quod Chalcidenses ex Eubœa exules eam straxerint: cuius in primo meminit Thucyddes. DEME. Est ibidem & Mineruæ ἐργάνης sacellum: & ad porticum quæ meridiem spectat Iouis cognomento κοσμήτα templum: & iuxta ipsum Tyndari tumulus. post Mineruæ templum ἀρείας Veneris est ędes. Musarum ædem condiderunt Lacedemonii: quod non ad tubarum sonitum: sed ad tibiarum / lyræque / ac Citharæ cantum in pugnam exirent. Veneris ἀμβολογήρας cogno-

mine simulacrũ est Spartanis ex oraculo erectum:aliaq; pre terea Somni & Mortis:quos ex Homeri sententia esse fratres arbitrantur. IOAN. Homerus ἐν τῷ .ξ. Iliados libro Iunonem facit in Lemnum insulam profectam somno occurrisse:quem mortis germanum appellat.ait.n.

λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο θόαντος·
ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο.

DEM. Mineruæ opthalmitidis ædes a Lycurgo cõdita:ad Alpion uocatnm euntibus occurrit: q altero sibi ab Alcandro eruto oculo:cum ad hunc locũ cõfugisset: Lacedæmoniis succurrentibus reliquũ seruauerit oculũ. HIER. Plutarchus in Lycurgi uita Mineruæ inquit fanũ lycurgus statuit:quam optileten appellauit:nam apud illius regionis Doricos oculi optili dicuntur. Alcander ut idem est author Plutarchus, Lycurgo oculum baculo eruit:quẽ sibi a populo traditũ:ut quo uellet supplicio afficeret, Lycurgus sibi eũ ministrare coegit & ex insolenti mansuetissimũ/ac probissimum reddidit, idẽ ait spartiatas:post Lycurgi calamitatem:baculũ in contionẽ ferre destitisse:cui oculus:ut nonnulli uolunt, erutus est baculo:ut alii uero tantũ percussus. DEM. Ammonem in libya existentem græcorũ maxime Lacedęmonii consuluerunt:cũ q; summopere coluere:eiusq; ædem struxere:præsertim postq̃ Lysander Aphytim in Pallene ciuitate obsidens eius monitu obsidionem soluit, ne quid mali nec sibi:nec Lacedęmoniis accideret. Nã Aphytensis Ammonẽ uenerabantur. LVD. Ammon:ut Siculus scribit Diodorus:libyæ partis rex uxorẽ duxit Rheam Coeli filiã. sed iuxta Ceraunios montes cõspectã Amaltheam adamauit:filiũq; ex ea genuit Dionysiũ:qui patri templũ in Libya erexit:& ut deo honores impendit:quendam instituẽs qui diuinatiõis curã haberet. Ammonis oraculo Cyrenaica eadẽ pentapolitana regio illustratur, q̃d a Cyrenis abest. cccc. M. passuũ. author Plinius libro quinto. Ammoniacũ Libyæ mediterranea:tũ tota ipsa libya nuncupatur:ut: Stephanus ait:ab Ammone:cuius incola Ammonius dicitur.

hęc penultimam habent iota. ἀμμωνεῖον uero dypthongō.e. & iota ut Apolloneum. Aphyte autē: siue aphytis ciuitas est: inquit Stephanus: ad Pallenen Thraciæ ab indigena nomine Aphyo. habuit autem ciuitas Apollinis oraculum: cuius ciuis Aphytęus. Thucydides ī primo ἐξ ἀφύτιος ὁρμώμενον. dicitur & Aphytea forte ab Aphyte / & Aphytieus / & Aphyteus / & Aphytesius. DEM. Cnagiam Dianam colunt Lacedęmonii a Cnagio quodam Spartano sic denominatam: q in bello a Castore & Polluce in Aphidnam gesto captus: ac Cretensibus uenditus cum deę simulacro inde in pratiam aufugit. Tiasa fluuius a Sparte Amyclas descendentibus occurrit. Tiasam aiunt Eurotę fuisse filiam: iuxta quem gratiarum Pharennę & Clitæ extat sacellum. Amyclę ciuitas Doriensibus euersa: indeq uicus permaneus Alexandrę habet simulacrum: q̄ esse Cassandram Priami filiam ferunt: & deorum maxime colit Amyclæum & Dionysium Psilam nominans. nam Dores Psila pennas appellant: uinum autem non minus homines extollit: & mentem eleuat: quam aues pennæ. In uia: quæ ex sparta Therapnem ducit Alcę Mineruæ est delubrum: & Iouis πλουσίου sacellum. Eurotam transeuntibus Aesculapii cotylei templum occurrit, ab Hercule structum sanato uulnere: quod in Cotyle .i. manus concauitate acceperat In priore aduersus Hippocoōtem / ac filios pugna. Est & Matris simulacrum ex Colchis a Castore ac Polluce allatum. θηριτὰν autem appellant Martem ἀπὸ τῆς θηροῦς: quam Martis fuisse nutricem memorant, Colchorum .s. sententiam secuti. ego autem Martem ita cognominatū reor: q deceat uirū bellacem in prælio constitutū non amplius mitē esse / ac clementem: ut de Achille scripsit Homerus: λέων δ᾽ ὣς ἄγρια οἶδεν. Therapne nomē accepit a Lelegis filia. hic Menelaus / & Helene sepulti. Rhodii aiunt Helenen a Nicostrato: & Megapēthe pulsam Rhodum uenisse: ad Polyxo Tlepolemi uxorem: quę misit ancillas diras mentientes: ut illam dum se lauaret: arriperent: arboriq suspenderent. hinc est Rhodiis Helenes

dendritidos sacellum. Quod aũt Crotoniatæ de Helene di-
cunt: quibus Himerei adstipulantur, id referam. Leuce insu-
la est in Euxino ad Istri ostia Achilli consecrata. uiginti stadio
rum ambitu: Syluis densa / ferisq; / ac cicuribus animãtibus re
ferta. in qua Achillis est templũ / ac simulacrum. in hanc Leo
nymus Crotoniata ab Aiace Oileo Locris in Italia existenti
bus aduersus Crotoniatas fauente uulneratus ex oraculo pri
mus nauigasse dicitur. fore. n. prędixit ut ibi ab Aiace uulnus
curaretur. Itaq; cum sanatus ex insula rediisset, uidisse aiebat
Achillem: & Oilei / ac Telamonis Aiacem: & cum iis Patro-
clum / atq; Antilochum. Helenen preterea cum Achille habi
tare asserebat: sibiq; mandasse: ut Himeram profectus Stesi
choro nunciaret: ex Helenes ira ipsum oculorũ morbo labo-
rare. Stesichorus quidem hac de causa Palinodiã composuit.
IOAN. Therannę inquit Stephanus, ciuitas Laconica: quã
nonnulli sparten dicunt. Est & locus Castoris / ac Pollucis
templum habens: q; ibi eos colant θεραπεύειν. n. colere signi
ficat: gentile Therannęus therannæa therannęũ. insula est
in ponto: ut in Heroicis scribit Philostratus, Leuce nomine:
quam Euxinum ingredientes sinistrã habent: triginta stadio
rum longitudine: quattuor latitudine. hanc Neptunus The-
tidi gratificans in lucem edidit: ubi Achilles una cũ Helene:
quam licet nunq̃ uidisset, mutuo tamen amore prosequebã-
tur, habitaret. Iliacis namq; temporibus Helene Aegyptum
colebat. Achillemq; sola nominis celebritate diligebat. in hac
itaq; insula mutuo se oblectant. mutuũ canunt amorem. Ilio
dos carmina: ipsumq; Homerum huiusmodi cantu celebrãt.
ἠχὼ περὶ μυρίον ὕδωρ μεγάλου τὰ ιονίου πλευρὰ πόντου,
ψάλλε σὺ λύρα διὰ χερὸς ἡμῶν, σὺ δὲ θεῖον ὅμηρον ἀει-
δέ μοι, κλέος ἀνδρῶν, κλέος ἀμετέρων πόνων. δι' ὃν οὐ θά-
νον, δι' ὃν ἔστι μοι πάτροκλος, δι' ὃν ἀθανάτοις ἴσος αἴας ὁ
ἐμός. δι' ὃν ἀδορίληπτος ἀειδομένα σοφοῖς κλέος ἔρα-
τον οὖσα τροία. Palinodia antepenultima breui, inquit Sui
das: cõtraria dicitur uia. at producta eadẽ cõtraria est ode uel

prioribus dictis opposita dicere.unde adagiū ē illud deductū ἄλλοι παλινωδίαν: quo in eos uti possumus:qui mutata snia prioribus contraria peragunt. DEM. Messeida fontē uidi in Therapne:q Polydeucea quoq; appellatā ferunt. Est nō procul a Therapne Phœbaeum:ubi ephebi Enyalio sacrificant:iuxta quod Neptuni est ędes cognomento γαιαούχου. Alesias locum appellant ad Taygetum.Myletem Lelegis filium hominum primum molam inuenisse:& in his Alesiis moluisse dicentes. HIER. Taygeton mons est Laconię: inquit Stephanus: qui & masculino/& fœminino/& neutro dicitur genere.a Taygete Eurotæ matre gētile est Taygetius. DEM. Pharis in Laconia ciuitas quandoq; habitabatur. LUDV. huius ciuitatis meminit & Stephanus:cuius ciues Pharitę:& Phariatę:ut spartiatæ dicuntur. Homerus φάριν τε, μυσέ ἐς τινι, πολυτρήρωνά τε μέσσην. DEM. Iouis messapei τέμενος est in uia:quæ ad Taygetum fert montem.ita autem cognominatum dicunt a uiro deo consecrato. IOAN. Messapeę χωρίον est laconica, inquit Stephanus. Cuius gentile Messapeeus.sic.n.Iupiter ibi colitur. Theopompus libro septimo. DEM. Bryseę ciuitas:supra quam est Taleton uertex Taygeti Soli consecratus.cui & alia: & equos persarum more immolant.haud procul a Taleto ē:qui appellatur Euoras:& alias feras:& capreas in primis Aleus.præstat autem Taygeton & caprearum:& ceruorum: & ursorum plurimā prędam.quod aūt inter taletum & Euoram iacet, θήρας nōminant. Helos ciuitas ad mare:cuius meminit Homerus οἵ τ' ἄρ' ἀμύκλας εἶχον ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον. hāc Helius Persei filius condidit. Lacedęmoniorum autem publici facti sunt serui: & Hilotes primi ut erant appellati. Postea factum est ut omnes Lacedæmoniorum serui Hilotes dicerentur: ut uniuersum Gręcorum genus Hellenes ab Hellene Thessalica ciuitate appellatum. HIER. Helos ciuitas Laconica, inqt Stephanus:q̄ in palude esset.cuius ciues Hilotes & Hilotę dicūtur. Est & in Aegypto Helos.ip̄erabat & Ne

ſtor ciuitati cui nomen Helos: cuius in Catalogo meminit
Homerus. DEM. Lapithęum a Lapitho indigena nomina
tum abeſt ab Eleuſinio ſtadiis decem. Eſt autem Lapithęum
in Taygeto. nec inde procul Derrhium: ubi ſimulacrum eſt
Dianæ Derrhiatidos ſub dio: & iuxta fons Anonus. LVD.
Derrha, ut Stephanus ſcribit. locus eſt Laconiæ, gentile Der
rhæus: uel Derrheates. a quo Dianę Derrheatidos ſacellum,
populum etiã Diradas dicunt: & populares Diratiotas a quo
dam Heroe. DEM. Poſt Derrhium ad uiginti ſtadia pro-
gredienti Harplea ſunt/ad campum uſq; deſcendentia. Eunti
bus uero Sparte in Arcadiã Mineruæ cognomento παρεῖας
ſimulacrum occurrit ſub dio: Poſt quod Achillis eſt ſacel-
lum: quod apperire minime conſueuerunt. quicunq; aũt Ephe
bi in plataniſta ſunt pugnaturi Achilli prius de more ſacra fa
ciunt. Praca autem Pergami Neoptolemi filii trinepotem ſa-
cellum feciſſe Spartani ferunt. procedentibus Equi dictũ mo
nimentum occurrit. Tyndarus. n. immolato equo: & iureiurã
do adactis Helenes procis: ut & ipſi: & marito iniuria affectis
ſuccurrerent: ibi equum defodit/atq; humauit. ſeptem autẽ co
lumnæ quę ueteri more paululo diſtantes interuallo ad tumu
lum ſtant: planctarum ſimulacra feruntur: & κεραριου τίμω-
νος cognomento ſtématii circa uiam eſt: & Myſiæ Dianæ ſa
cellum. Pudoris autem ſimulacrum triginta ferme ſtadia ab
urbe diſtans ab Icario hac de cauſa dicatum eſt. Icarius cum
Vlyſſi filiam Penelopen deſpondiſſet: conatus eſt efficere, ut
in Lacedemone Vlyſſes habitaret. quod cum aſſequi minime
ualuiſſet, filiam in Ithacam deſcedentem ſequens: ut apud ſe
maneret, rogabat. Vlyſſes antea quidem abſtinebat: demum
uero iuſſit: ut aut ſponte ſequeretur: aut patri morẽ gerens La
cedæmona rediret: ſed cũ ipſa tecta facie nihil reſponderet, pa
ter eã malle abire coniiciens dimiſit: pudoriſq; ibi ſimulacrũ
dicauit. haud inde procul Ladæ eſt monimẽtũ: qui pedũ per-
nicitate ſui tẽporis homines ſuperauit: & Pellana ciuitas. ubi
Tyndarus Hippocoötẽ/& eius liberos ſparte fugiens habitã

uit, ubi Pellanida fontem uidimus:in quem uirginem aquam haurientem decidisse ferunt:qua nusq̃ apparente, eius capitis tegmentum in fonte altero Lancea appellato apparuit.a Pellana centum distat stadia quæ Belemina nominatur.totius autem Laconicę regionis Belemina maxime irrigatur.nã & per ipsam Eurotas transit:& alioqui multos ipsa præbet fontes. Croceę uicus ad mare uersus Gythium descendentibus occurrit:ubi est lapidicina: ante uicum Iouis croceatę marmoreum stat simulacrum. IOAN. Stephanus tamen ait Crocea singulariter declinata ciuitas est una de centum Laconię: cuius incolæ Croceatæ dicuntur. Gytheum, ut idem Stephanus ait, ciuitas Laconica. sunt qui dicant Pythion appellatũ: quod non probo. cuius ciuis Gytheates. DEM. Post Doreceas ad dexteram conuersus a uia quę fert Gytheum, ad oppidum Aegias peruenies: quod Homerum Augea dicunt nominare: ubi Neptuni dictus lacus est: cuius pisces capere uerentur: q̃ piscatorem in piscem conuersum dicant. DEME. Conchas ad purpuræ infecturam maxime idoneas post phœnicum mare Laconiæ prębent maritimæ. ciuitates liberorum Laconum ab Augusto libertate donatę octo sunt supra decẽ: Gytheon/Teuthrõe/Las/Pyrrhichos/Canepolis/Octylos/Leuctra/Thalamę/Alagõia/Geremia/Asopus/Acrię/Beęę/Zarax/Epidaurus: quæ & limera/Brasiæ/Geronthræ/Marios/Argos. Lapis a Gytheo tribus distat stadiis. Orestem ferunt super ipso sedentem insania liberatũ: quocirca lapis ipse Iupiter Cappotas lingua Dorica appellatus est. Cranae insula Gythico adiacet: in qua Homerus ait Alexandrum cum rapta Helene primum consueuisse. circa insulam in continente Veneris est Migonitidis templum: totusque locus Migonium uocatur. Iuxta hanc Venerem Menelaus post captum Ilium: & in patriam reditum, Thetidis/ac deę Praxidicæ erexit simulacrum. HIERO. La ciuitas Laconica, inquit Stephanus. Lycophron καὶ λᾶν πεἰρειν. hanc cum cepissent Castor & Pollux, Lapersæ cognominati sunt.

dicitur & masculino genere, hanc soluens Homerus dixit οἵ τ' ἀλαὰς πόλιν εἶχον. sita autem est in edito saxo. hinc est quod La nominatur, incolentes Lai dicuntur. Cranae, ut idem Stephanus ait insula est Laconica. Homerus νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγης, quę Gytheo adiacet. sic & Attica dicebatur a Cranao. nonnulli Homericum illud sic ceperunt tamquam in Attica Paris primum cum Helene rem habuerit. nunc autem Helene appellatur. DEM. Mons Dionysio sacer Larysius cognominatus est, supra Migonium: ubi aduentante uere Baccho sacra facientes se maturum inuenire racemum ferunt. ad dexteram Gythei ad triginta ferme stadia Τρινασοῦ τεῖχος in continenti est perinde ac Castellum: quod a tribus proximis insulis nomen acepisse uidetur. Acriæ sunt iuxta mare. Geronthrę centum & uiginti stadiis ab Acriis distat. LVD. Geranthę, inquit Stephanus, ciuitas Laconię: ut Pausanias in tertio. Ciuis Geranthrotes: ut ipse Pausanias. quare in alterutro est menda. DEM. Asopus ciuitas sexaginta stadiis ab Acriis abest: ubi Romanorum regum templum extat. Aesculapii templum: quem Philolaō appellant: ab Asopo ciuitate duodecim distat stadiis. In Asopi arce Palladis cognoměto Cyparissiæ extat templum. Hyperteleaton uilla quinquaginta stadiis abest ab Asopo: ubi Aesculapii templum uisitur. ὄνου γνάθον promontorium appellant. cc. stadiis ab Asopo distans: post quod in sinu booti co appellato tres fuerant uetustissimę ciuitates. Etias/Aphrodisias/& Side. Etiada ab Aenea uentorum uiolentia illuc appulso conditam: & a filię nomine appellatam tradunt. Side a Danai filia nomen accepit. ex his tribus structę sunt postea Boeę: quam urbem Boeus Heraclidarum unus condidit. IO. Etia, ut Stephanus scribit, populus Laconię: uel Cretæ ciuitas. unde erat Myson unus de septem sapientibus. Aphrodisias, ut idem ait Stephanus, Ciliciæ ciuitas: de qua Alexander polistor in libro de Cilicia dicit Zoporum ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης appellatam contendere. secunda Iberiæ ad Celtas. Tertia insula Erythea prius nominata inter gades & Iberiā. quar

ta in Cnido.quinta inter Lydiam:& Cariam.sexta insula Libyes ad Cyrenen.Septima ciuitas Laconię una de centum. Octaua Scythię maritima ad piraticã/latrociniaq; pulcherrime sita.Nona Ethiopię.decima Cypri.sunt & duę paruę insulæ iuxta Libyam.est & Alaxandrię:gentile Aphrodisicus. Side Pamphyliæ ciuitas, ut Hecatæus in Asia.dicta est autẽ Side a Side centauri filia, Moli uxore:a quo insula.ciuis Sidetes.Bœon quam Homerus Bœben dicere uidetur, Dorica ẽ ciuitas neutro dicta genere, ait Stephanus : & fœminino:& Boeę in Creta ciuitas:ciuis Bœates dicit & Bœęus ut Ephorus.at Herodianus Bœcites ait.sunt & Bœi gens celtogollatarum.est Bœanon ciuitas Samnitum. DEM. Cythæra insula e regione Bœarum sita est:in qua Vranię ueneris ẽ templum:omnium quæ apud græcos uisuntur uetustissimum.in Cytheris Scandia est nauale. HIER. Cythera inquit Stephanus, insula ad cretam cognominem habens ciuitatem a Cythero Phœnicis filio.dicebatur & Porphyrusa a purpurarum pulchritudine:ut Aristoteles ait:incolæ Cytherii, insula quoq; & mulier dicitur Cytherea. DEM. Supra Maleę promontorium lacus est Nymbæum appellatum:& Neptuni rectum simulacrum:& spelunca mari proxima.Epidelium locus, est in finibus Bœotiorũ Apollini consecratum:quo Apollinis simulacrum a Menephane Mithridatis præfecto:qui Delum euertit:templumq; spoliauit, in mare deiectum delatum est:Indeq; locus nomẽ accepit.unde & Menephanes/& Mithridates tanti sceleris pœnas luerunt.nam ipse a mercatoribus:qui ex Delo profugerant, per insidias interfectus est: Mithridates paulo post a Romanis coactus est sibi manum cõscire. Inus aqua est tãq̃ Lacus profundissimus, in hanc aquã festo die farinarum offas demittunt optimo proiicientis omine si aqua admiserit, contra uero pessimo. Idem in ætna monte indicant crateres.etenim si quid ex auro argento ue confectum : omnesq; preterea hostias in eos demiserint : bono id demittentis omine fit:cum ignis admittat:contra cũ reiiciat.

Brasię ultima Eleutherolaconum ciuitas: sic ut aiunt denomi
nata, quod arca: in qua Cadmus Semelen deprehensam Diony-
sium peperisse una cum filio imposuerat, illuc fluctibus eiecta
sit. nam quae in littus tempestate extruduntur ἐκβεβρᾶσθαι
nunc quoque multi appellant, cum ad id tempus ciuitatem ip-
sam ὀρεαιάτας nominassent. Brasiatae aiunt Ino errantem ad
se uenisse: sponteque Dionysii nutricem factam. ostendunt pre
terea speluncam: in qua Ino Dionysium aluisse memorant.
Apellant autem & campum Διονύσου κῆπον. Smenos fluui
us in Taygeto fontes habet. Daphneae Dianę sacellum est in
finibus Spartiatarum. In Ariano loco dicto sepultus est Las:
qui Lan ciuitatē condidisse dicitur: qui a Patroclo occisus est.
Pyrrhichos ciuitas a Pyrrho Achillis filio nomen accepit: alii
Pyrrichium deum fuisse ex curetibus uolunt: nonnulli Silenū
qui ex Malea uenerat, ibi asserunt habitasse. educatum quidē
in malea Silenū Pindarus ait: sed quod Pyrrhichus diceretur, ne
quaq̄ scriptum reliquit. Astrateę Dianae sacellum est in Pyr-
rhichi agro, quod Amazonum expeditio ulterius progredi desie
rit: nec non & Amazonii Apollinis. a Pyrrhicho ad mare de
scendenti Theuthrone ab Atheniensi Teuthrante condita oc
currit. hic Issoria colitur Diana: & ipsis fons est Naia. Tęna-
rum promontorium in mare prominet. sunt & portus Achil
leus. s. & Psamathus. in ipso autem promontorio templū est
speluncae assimilatum: & pro ipso templo Neptuni simula-
crum. finxerunt gręcorum nonnulli Herculem hinc Pluto-
nis canem ab inferis eduxisse, cum nec ullus sit ad inferos adi
tus: nec ulli sint inferi, Caeterum Hecatęus Milesius serpen-
tem in Taenaro fuisse ait, plutonis canem propterea cognomi
natumque eius morsu homines statim interirent. quem Her-
cules ad Eurystheū deduxit. Homerus qui primus plutonis
canē nominauit, qualis fuerit minime descripsit. posteri Cer-
berum nuncuparunt: tricipitemque fuisse memorarunt: canique
similem. LVD. Taenarum inquit Suidas: Laconicum est
promontorium: ubi ad inferos erat aditus. nec non & Neptu

ni cognomento Asphalii .i. tutelaris sacellum . illuc autem cũ Nilotes supplices confugissent, a Lacedemoniis nihil uerentibus in templo interfecti sunt: quo circa impii, ac Scelesti habebantur: unde Tęnarium malum dicimus: cum maximum malum uolumus indicare, q. Lecedamonii aduersus Hilotas supplices impientissime se gesserint. Sed quoniam in Herculis, ac Cerberi mentionem incidimus: quid super hoc Herculis certamine in græcorum comentariis legerimus, silentio nequaq̃ supprimam. Expletis iam ab Hercule certaminibus annorum octo & unius mensis interuallo, cum Eurystheus & Augiæ fimi: & hydrę certamen non admitteret: ut Cerberũ ab inferis deduceret undecimum iniunxit certamen. Erant autem huic tria canum capita: draconis cauda: dorsum uariis serpentum capitibus refertũ: hoc itaq; subiturus certamen Hercules ob Centaurorum cedem ab Eumolpo expiatus: sacrisq; Eleusiniis initiatus ad Tenarum Laconię promontoriũ profectus est: ubi cum ad inferos aditum inuenisset, descendit: quẽ cum manes uidissent, preter Meleagrum, ac Medusam gorgonem statim effugerunt: quare ensem in Gorgonem e uestigio strinxit. sed a Mercurio inanem eẽ umbram admonetur. Cum autem ad inferorum portas peruenisset: Theseum in sede immobili sedentem excitauit. Pirithoo frequenti terrę motu idem efficere non ualuit. Euoluit autem & Ascalaphi lapidem: quod cum uellet sanguinem animabus apponere, unam de plutonis bobus iugulauit: Cerberum ad superos adduxit. hunc Typhaonem ex Echidna suscepisse: & πεντηκοντακέφαλον fuisse ait Hesiodus. DEME. Tænaros ciuitas a Tænaro promontorio quadraginta distabat stadiis. IOAN. Tænaros, ut Stephanus scribit: ciuitas est a Tænaro Geresti quidem fratre: Iouis uero filio: qui cum Calabro fratre nauigans cum in Peloponneso locum quendam occupasset, Neptuni templum erexit: quod Tęnarum appellatur. Est & Tænerus Icarii filius: a quo & promontorium, & ciuitas & portus nomen accepit, dicitur autem tam masculino q̃ fœminino genę

re.dicitur & Taenarius/Taenaria/Taenarium. Sunt & Taenariç Thebae, ut inquit Charax graecarum rerum secundo. Horus in orthographia ait Taenerum campum esse laconiae: cuius incolę Taenaritę. DEM. θυρίδων ἄκρα τε ἱππόλεω. Hippolaitidos Mineruę fanum est in Hippola ciuitate: a qua nō multum distat Messa & ciuitas & portus. HIER. Hippola inquit Stephanus, uetusta est Laconię ciuitas. gentile Hippolaites/& foemininum Hippolaitis. DEM. Oetylos ciuitas nomen accepit ab Oetylo heroe genere Argiuo, Amphianactis filio. inter Thalamas & Oetylum Inus est sacellum atq; oraculum. oraculum petunt dormientes. nam quęcunq; audire ac percipere exoptauerint dea. per quietem suggerit. LVD. Thalamae ciuitas Meseniae: ut Theopompus trigesimo secundo philippicorum ait. gentile Thalamatę. DEM. Pephnos maritima ciuitas: Iuxta quam insula est magno lapide haud maior: quę & ipsa Pephnos dicitur. In qua Thalamatae castorem/& Pollucem genitos ferunt: a Mercurioq; Pellanam delatos: ibiq; educatos. In hac insula formicae sunt caeteris candidiores. IOAN. Pephnon inquit Stephanus ciuitas Laconica neutro genere. Apollodorus uero insulā esse ait. dicitur autem & foeminino & neutro genere. gentile Pephnites: ut a Lycnon Lycnites. a foeminino uero Pephnis: ut Siphnios. at & Pephnęus dicitur. DEM. Leuctra a Pephno uiginti absunt stadiis. Cardamyle cuius Homerus in policitatione Agamemnonis munerum meminit, subdita est Lacedęmoniis sparten habitantibus, Cęsare augusto a Messeniis abscindente. Europen uocat Homerus: quae nūc appellatur Gerenia, Messeniorum ciuitas: in qua Machaon colitur: cuius ęneo simulacro corona imposita est: quam Messenii sua ipsorum lingua Ciphos appellant. Rhodon uero locum consecratum. Geranię mons est Calathion. Alagonia autem a Gerania triginta distat stadia. Sed iā ad Tertii Pausaniae libri calcem peruenimus: quare cum aliquantum presentis diei adhuc superfit: quartum, si uobis quoq; minime molestum est: ag-

grediar. HIER. Moleſtum utiq; eſſe nihil poteſt: quod libē
ter fiat: uerum cū ſingulis libris ſingulos impendere dies ſta-
tuerimus: quarti libri narrationē in poſterum differemus diē.
IOAN. I puer & Demetrio nos adeſſe nunciato. DEME.
Nihil mihi iſto ueſtro ad me reditu tempeſtiuius accidere po
tuit: nam iam quartum Pauſanię librum percūrreram: quaeq;
dicenda atq; omittenda eſſent: mente collegeram: cū puer uos
adeſſe mihi nunciauit: quare quod bonum: fauſtumq; ſit, cum
aggrediamur. Polycaon iunior ex Lelegis filiis Meſſenē Trio
pę filiam. Phorbantis nepotem uxorem duxit argiuā: qui col
lectis cum ex argis: tum ex Lacedaemone uiribus in eam re-
gionem Venere: quae Meſſenia a Polycaonis uxore cognomi
nata eſt: ubi & aliae ciuitates conditae: & in qua erat regia An
dania. HIER. Meſſene & regio eſt & ciuitas: inquit Stepha
nus. Strabo in octauo: regio autem Meſſenia: & Meſſe p Syn
copen: uel Meſſe: & Meſſene: ut nonnulli uolunt. gentile: & ci
uis Meſſenius: & foemininum Meſſenis. Eſt & alia Meſene in
Sicilia: & meſene regio ſimplici. ſ. Andania ut idem Stepha-
nus ſcribit, ciuitas eſt Meſſenes regioni cognominis: nā Meſ-
ſene Andania quoq; dicebatur: quam eorum quoſdam: qui cū
Creſphonte fuere cōdidiſſe aiunt: ſicq; διὰ τὸ ἀνδάνειν αὐ
τοῖς appellaſſe. gentile Andanienus ut Phylon in libro de ci
uitatibus. ex hac fuit Ariſtomenes Illuſtriſſimus imperator:
quē Lacedemonii ſępius ab eo uicti admirantes cū in Meſſe
niaca ęgre ſuperaſſent diſſecuere uidēdi cauſa: nūquid illi pre
terq̄ cęteris ineſſet. quare & immutata exta: & hirſutum cor
repertum eſt: ut Herodotus: & Plutarchus: & Rhianus teſtā
tur. oemininum Andanias dicitur & Andanicus ut Rhianus
ait. DEM. Caucon qui magnorum deorum ſacra ex Eleuſi-
ne Meſſenē tulit: fili9 fuit Celęni: Celęnus uero Phlyi. Phlyē
Terrigenam fuiſſe Athenienſes ferunt. Lycus Pandionis fili
us Aegeum fratrem fugiens multo poſt Cauconem magno-
rum deorum ſacra produxit in maius. Lyci autem lucum ap-
pellant: ubi ſacrorū diſcipulos expiabat. Methapus Atheni ex

sis genere, Cabirorum festum Thebanis constituit. Perieres
Aeoli filius Messeniorum rex Melaneo prętantissimo sagit-
tario/proptereaq; esse Apollinis credito Carmasion ciuitatē
habitandam dedit: quā ipse Melaneus ab uxoris nomine Oe
chaliam nominauit. LVD. Oechalia ciuitas est inquit Ste
phanus: quā Homerus in Pelasgico Argo constituit dicens.
Qui habebant Oechaliam Euryti ciuitatē. at Iuniores in Eu-
boea eam collocant. Est & Messenis Oechalia: & alia in Tra
chine: & in Thessalia: & in Arcadia: cui9 ciuis Oechalieus: &
ut ab Hęmonia Hæmoneus & Hæmonis: sic & Oechalis: &
Oechaliotes: ut Ambraciotes: & sicoliotes. Aenus. n. histori-
cus Oechaliotes fuit. dicitur & Oechalius. DEM. Perieri
nati sunt filii ex gorgophone Persei filia Aphareus & Leucip
pus. Arenen in Messenia condidit Aphareus: cuii uxoris Oc-
bali filiæ nomen indidit. IOAN. Arenæ duæ ciuitates, in-
quit Stephanus: Messenes: & Triphyllię. Homerus & Arnē
amabilem: gentile Arenęus. DEME. Neleum Crethei ex
Aeolo geniti filium/ac sibi nepotem: ex Iolco Peliam fugien-
tem hospitio suscepit Aphareus. cui maritima habitanda tra-
didit: ubi & alię erant ciuitates: & Pylus in qua ipse Neleus
habitauit: regiamq; posuit. HIER. Iolcus ciuitas est Thes
salię, ut Stephanus ait ab Iolco Amyri filio cognominata: a
quo Amyricus campus Larissęorum: gentile Iolcius & Iolcia
& Iolcis & Iolcias. DEME. Idas & Lynceus Apharei filii:
quorum Idas & fortior: & natu maior ex Marpessa Cleopa-
tram filiam suscepit: quæ Meleagro nupsit. Lynceus uero ut
Pindarus ait, adeo acute intuebatur: ut per quernum truncum
cerneret. LVD. Hinc adagium est illud deductum λυγκέως
ὀξυωπέστερον βλέπειν: quo in eos uti consueuimus: qui uisu
sunt q̄ acutissimo: nam lynceus & a Pindaro trans arbores:
& ab Apollonio intra terram spectasse dicitur: q; propterea:
ut Aristophanis interpres ait, fictum uidetur: quia omniū pri
mus auri/argenti/ferri q; metalla inuenisse dicatur. nam cum
in metallorum inquisitione in subterraneis cuniculos accēsas

lucernas ferret:ibiq; relictis lucernis aurum/atq; argẽtum ex portaret:homines ipsum ea quoq;:quæ terra teguntur:specta re dicebant. DEM. Protesilai qui primus ad Troiam occu buit:uxorem fuisse Polydoram Meleagri ab Oeneo geniti fi- liam ait: qui Cypria fecit carmina. IOAN. Protesilaus ut in heroicis tradit Philostratus uiginti annos natus ad Troiã profectus est:cuius corporis proceritas decem fuit cubitorum. existimabat Protesilaus luctam esse ociosi:Sagittariam timi- di:dicebat se in Aulide in cursus/ac saltus certaminibus Achil lem superasse.cum grecorum primus in Troianum litus de siluisset:a Dardanio uiro interfectus est:ut Iliados secundo cã nit Homerus.accepit autem in fœmore uulnus:ut idem Phi lostratus ait.eius tumulus est in Cherrhoneso loco edito ubi nymphæ ulmos hac lege posuerunt:ut spectantes Illum ra- mi cito florescerent:statimq; foliorum profluuium paterẽtur: anteq; tempus perirent:quod Protesilai casum indicant:alte ra uero arboris pars uiueret/ac uigeret.ipse Protesila9 ex Phy lace Thessala ciuitate oriundus patrem habuit Iphiclũ:uxo- rem Laodamiam Acasti filiam. DEM. Aphatei Domo ma scula prole priuata/Messeniorum imperium ad Nestora Ne- lei filium peruenit:& aliorum:& quibuscunq; Idas imperaue rat:iis tamen exceptis:qui Aesculapii filiis parebant. Aescula pii filii Messenios existentes ad Troianum bellum profectos asserunt Messenii.Nam Arsinoes ex Leucippo genitæ:& nõ Coronidis filium fuisse contendunt.& Triccam desertum in Messenia locum appellant.Doriensium exercitus:& Hera- clidarum reditus Nelei nepotes ex Messenia eiecit. Doriensi bus autẽ Temeno Argos habere permittentibus/Cresphon tes utpote Aristodemo:qui iã decesserat senior ab ipsis Mes- seniam petebat:cui Theras Autesionis filius maxime aduer- sabatur:genere Thebanus: & a Polynice Oedipi filio quin- tus.tunc autem Aristodemi liberorum tutelam gerebat:cum eorum esset auunculus:nam Aristodemus Autesionis filiam nomine Argiam duxerat.Caeterum Cresphontes, Messeniã

enim sibi obtingere summopere exoptabat: Temeno prius ad fraudem instructo: rem sorti permittit: Temenus igitur in hydriam: cui adhuc aqua inerat: ea lege & Aristodemi filiorũ & Cresphontæ sortes coniecit: ut cuius sors prius exiliisset: is prior regionis deligeret portionem. Temenus autem utranq; fecerat sortem: Aristodemi quidẽ filiorum sole arefactã: Cresphontę uero igni coctam: quo factum est: ut Aristodemi filiorum sors delicuerit: & cresphontes Messeniam elegerit. Is regiam in Stenyclero constituit: quæ primum Andanię: deinde Arenę: mox Pyli fuerat. HIER. Hinc est illud Chalini Plautini in Casina optatum: utinam tua quidem sicut Herculeis prędicant: Quondam prognatis: ita in sortiendo sors delicuerit. Stenyclerus ciuitas Messenes: inquit Stephanus. Gentile Stenyclarius. DEME. Cresphontes Meropen Cypseli Arcadibus tunc imperantis filiam uxorem duxit: ex qua & alios filios: & Aegyptum suscepit: qui cęteris fratribus una cũ patre q popularis eẽt: ab optimatibus occisis solus superstes euasit: cum adhuc puer apud Cypselum auunculum educaretur. sed cum ad uirilem ętatem peruenisset: Arcades eum / & reliqui Doriensium reges Aristodemi. s. filii / & Temeni filius Simus in Messenen reduxere. qui cum primum regnare cœpit patris ac fratrum cędem ultus est. ad tantum autem & magistratus obseruando & populum muneribus sibi conciliando honoris dignitatem prouectus est: ut Aepytadę pro Heraclidis posteri appellarentur. Aegyto successit Glaucus: uir pientissimus: utpote q in Ithomes uertice Iouis temenos Doriensibus colendum tradiderit: primusq; Machaoni Aesculapii filio in Gerenia sacra fecerit. Glauco successit Isthmius: Isthmio Dotadas: Dotadæ Sybotas: qui instituit ut singulis annis flumini Pameso reges sacra facerent. regnãte Phinta Sybotę filio Messenii primum sacrificium / ac uirorũ Chorum in Delum misere: quorum cantum Prosodiõ Eumelus edocuit. Androcle Phintę filio imperium obtinente inter Lacedęmonios ac Messenios auctum est odium: bellumq; Lacedęmonii ce-

perunt. cum iurassent: nec belli diuturnitate: nec calamitatibus id prius remissuros: quam Messeniam regionem in serui tutem redegissent. appellatum est autem a Messeniorum calamitatibus Messenium: ut quod in Troia a graecis gestum est, Troicum non graecum nominatum est. Rhianus Benensis equestri oratione: Myron prienensis pedestri Messeniorũ bellum prosecuti sunt. quod uiginti durauit annos. LVDV. Bene ciuitas in Creta insula, inquit Stephanus: Gortyne subdita. gentile Benęus: Rhianus enim poeta Benaeus erat uel Cereates: uel Cres. Priene uero ciuitas Ionię, ut idem Stephanus testatur. Gentile Prieneus: & prienius/& prienĩas: DEME. Aristodemus Messenius filiam pro patriae salute interfecit: ad cuius tumulum ipse postea desperata patrię salute sibi manum consciuit. Ophioneus Messeniorum uates a natiuitate. Caecus existens huiusmodi habebat diuinationem. percunctatus quid unicuique & priuatim: & publice accidisset, futura predicebat. Is postea uehementi capitis dolore lucem consecutus est. Ithome Messeniorum ciuitas: quã Lacedęmonii solo aequarunt: est autem in monte sibi cognomine. IOAN. Ithome ciuitas Thessalię pelasgiotidis: cuius in Catalogo Homerus meminit. Est & messenię, inquit Stephanus: ab Ithomo rege. Locus autem Thessalię Thumęon appellatur. gentile Ithomęus: & Ithomaea/& Ithometes: & more dorico Ithomates: a quo ciuis Ithomatas: & Iupiter Ithomatas: καὶ ἱερὰ Ithomęa & Ithomais. DEM. Messenii reges defunctos: nec non & proceres: tum coronis: tum candidis uestibus ornati efferebant. Lacedęmonii uictis imperarũt ut in regis: & in magistratuum funeribus pulla ueste tam uiri: q̃ mulieres uterentur. Tyrtaeus litterarum magister altero pede claudus: & qui nullam habere mentem uidebatur, ab Atheniensibus per contemptum missus est Lacedęmoniis consultorẽ Atheniensem ex oraculo petẽtibus. HIER. Lacedęmonii ut Suidas ait, Iurauerãt aut se Messenẽ capturos: aut interituros, sed cũ oraculo cẽnt moniti ut Atheniẽsem ĩperato

rem acciperent. Tyrtæum poetam uirum claudum accipiũt:
qui ad uirtutem ipsos exhortãs uigesimo tandem anno Messe
nen subegit: quam Lacedęmonii solo ęquarunt: & Captiuos
inter Ilotas constituerunt. DEM. κάπρου σῆμα locus est
in Stemyclero Messeniæ: ubi Herculem immolato apro Ne-
lei filiis iusiurandum dedisse: atq; ab iisdem accepisse ferunt.
erat Lacedæmoniis Hecatus uates & Nepos/& cognominis
Hecato: qui cum Aristodemi liberis sparten uenerat. Messe
niis uero Theoclus/ab Eumantide oriundus: Eumantidem
autem ab Eleis Iamidis generis originem ducentẽ Cresphon
tes Messenen adduxerat. Pharis ciuitas Laconiæ: quam ipsi
Pharas appellant. LVD. Pharis: inquit Stephanus: ciuitas
Laconię. ciues Pharitę: & Phariatæ: ut Spartiatæ: cuius ciuita
tis Homerus meminit: at Pharę: ut idem ait Stephanus ciui-
tas Messenes: ex qua erant Apharitiadę. Est & Achaiæ. sunt
& Pheræ penultima producta: ciuis Pheręus. Sunt & Pharę
Bœotiæ: gentile phares Pharetis. Est & alia in Creta: colonia
eius: quæ est in Messenia: ut Philon testatur: gentile eius: quæ
est in Messenia Pharaites: ut Thebe Thebaites: & Syce Sy-
caites: eius uero quę est in Achaia Phares dicuntur: & constat
q̃ a Pharæus fit pharęus: possessiuum pharaicus a Pharæus.
pharan uero inter ęgyptum & Arabiam ciuitas fuit: cuius ci
uis Pharanites: possessiuum pharaneticus. DEM. Lacedemo
nii omniũ quos nouimus primi hosti munera dedere: primiq;
armatũm robur uenale reddidere: nam Aristocratem trape-
zuntium: arcadum regem: Messeniorum ducem pecuniis cor
ruperunt: & ad αἰγὸς ποταμοὺς Adimantum Athenien-
sium ducem emerunt. sed ipsi demum in Neoptolemeam ul-
tionem inciderunt. Neoptolemo. n. Achillis filio accidit: ut
cum Priamum ad Hercei Iouis aram occidisset: ipse quoque
Delphis ad Apollinis aram interficeretur: unde pati: quod
quisq; fecerit: νεοπτολέμειον τίσιν appellant. Nam cum La
cedęmonii in Asiam expeditionem fecissent: multaq; ibi subε
gissent: coruptis pecunia a barbaro Corinthiis: argiuis: Athe-

niensibus ac Thebanis:ut in Lacedæmonii bellum mouerint
Agesilaum regem ab Asia reuocare coacti sunt. In Ceadan
Lacedęmonii eos precipitaut:quos ob maxima puniunt deli
cta:quo Aristomenes captus cum quinquaginta Messeniis
deiectus est.quare Cæteri quidē Messenii statim occiderunt:
ipse uero Aristomenes ab aquila subleuatus:ut non nulli dixe
re:nihil est mali perpessus:quinimo duce uulpe exitu reperto:
inde ad suos aufugit.tertio captus a Cretensibus sagittariis:
dum induciæ essent inter Lacedæmonios:& eos:qui erant in
Ira monte solutus est uinculis a uirgine quadam custodibus
uino grauatis.Datum est Messeniis oraculum hoc:ἔυτε τρά
γος πίνησι νέδης ἑλικόῤῥοον ὕδωρ, οὐκέτι μεσσήνην ῥύο
μαι, σχεδόθεν γὰρ ὄλεθρος.Nedes fontes in Lyceo sunt mō
te:cuius flumen in Arcadiam labens:rursusq; in Messeniam
uersus/Messeniæ/atq; Elidis maritima disterminat.Erineum
ficum alii quidem gręcorum olynthon appellant.Messenii ue
ro Tragon:quæ arbor in Nedes ripis genita ita in aquam de
curuata est:ut eius folia madefierent:quod cum Theocles ua
tes aspexisset:coniecit Tragon esse ex Nede bibentem a Py
thia prędictum. IOAN. Nede, ut Stephanus ait:ciuitas est
Arcadica:a Nede nympha sic appellata.Euphorion uero Ne
deen dicit:possessiuum Nedeesius/at Nedon ciuitas est & lo
cus Laconię:locale Nedusius & Nedusia Minerua.declina
tur autem Nedontos:ut idem est author Stephanus: Suidas
tamen tam fluuium:q̄ locum ait esse Laconiæ:flectiq; Hedo
nos. DEM. Aristocratem proditorem Arcades lapidibus
obruerunt:extraq; fines insepultum abiecerunt:Columnāq;
in Lycei templo erexerunt hac inscriptiōe πάντως ὁ χρόνος
εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλεῖ, εὗρε δὲ μεσσήνης σὺν διὶ τὸν
προδότην ῥηϊδίως, χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρα ἐπίορ
κον, χαῖρε ζεῦ βασιλεῦ καὶ σάω ἀρκαδίαν. Messa
na in Sicilia: quæ Zancle prius uocabatur, nomen acce
pit a Messeniis: quia Lacedæmoniis superati ducibus Gor
go Aristomenis filio: & Manticlo in Siciliam traiece

iecerunt:adiuuante Anaxila Rhegii Tyranno: qui& ipse a Messeniis oriundus fuerat. HIER. Zancle ciuitas Siciliç ut in Europa Hecatçus ait:a Zanclo terrigena:ut non nulli uolunt:uel a Zancle fonte. sunt qui sic appellatam putent: q saturnus ibi falcem condiderit:qua pudenda patri abscide rat. Nicander in decimo Siciliæ καὶ Ἴοι καὶ ζάγκλον ἰδὲ ἀρειπανίδος ἄστυ. falcem.n. Siculi Zanclon appellant. gẽtile Zanclçus:& Zanclaicus possessiuum. author Stephanus. Alii a loci curuitate dictam uolunt. Curua.n. zanclia uocant. Rhegium inquit Stephanus: ciuitas est Grçca: cuius ciuis Rheginus dicitur. DEME. Herculis sacellum condidit Manticlus: estq extra Messanam urbem erectus deus, Hercules Manticlus nominatus: ut & Ammon in Libya:& Babylone Belus. hic quidem a Belo ægyptio uiro Libyes filio nomen accepit. Ammon uero a Pastore qui eum erexit. Thebani bacchum:& Apollinẽ Ismenium maxime colebant: argiui Iunonem argiuam:& Iouem Nemeum. Messenii Iouem Ithomatan: Castoremq:& Pollucem. Adramyttium condiderunt Delii ab Atheniensibus & Orchomeniis propriis sedibus pulsi. LVD. Adramyttion: inquit Stephanus, ciuitas eius: quç circa Caicum est, Mysiç. scribitur aũt modo cum. τ. modo cum. d.& diphthongo tum iota in penultima: preterea simplici ac duplici. τ. sed simplici. τ. scribitur cum diphthongum in penultima habet: duplici cum iota. nomen autem accepit ab Adramyto conditore Alyati quidem filio: Crœsi uero fratre: ut Aristoteles in politicis ait. nonnulli ab Hermone Lydorum rege: nam Hermonem Lydi Adramyn appellant phrygum lingua. non potest autem fieri ut Rhodianus ait: qui Adramys habeat. τ. ciuis adramyttêus: ut Artacenus dicitur. & Adramyttion cum iota. ut Cratinus ait. DEME. Minyæ a Thebanis ab Orchomeno expulsi in bœotiã a Philippo Amyntæ filio deducti sunt. IOAN. Minya, ut Stephanus ait, ciuitas Thessaliæ: quç prius Almonia dicebatur. Est aũt Minya a Minyo nuncupata/& Minyeon/& Minyis

& Minyicus. Est & altera Phrygię in Lydię promontoriis. gentile Minyæ. DEME. Abia ciuitas maritima: ab Abia Hylli Herculis filii nutrice denominata cum Ire prius appellaretur. Pharę ciuitas septuaginta stadiis ab Abia distat: sex uero a mari: cuius conditor Pharis Mercurii, & Philodamię e Danao genitæ filius. Fortunæ mentionem fecit omnium primus Homerus in Cereris hymno, inter alias oceani filias cũ Proserpina ludentes annumerans & fortunam: perinde ac si & ipsa Oceani sit filia. ait. n. ἡμῶς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα λευκίππη, φαινώ τε, καὶ ἠλέκτρη καὶ ἰάνθη, μηλόβοσίς τε, τύχη τε, καὶ ὠκυρόη καλυκῶπις. hæc Homerus. at Bupalus: qui & templa exædificare: & animalia fingere optime nouerat, omnium quos nouimus, primus fortunę Smyrneis effinxit simulacrum: polum in capite habens: & quod a græcis Amaltheæ cornu appellatur, altera manu tenens. Pindarus quoq; fortunam cecinit: eamq; Pherepolin cognominauit. non admodum procul a Pharis Apollinis ẽ carnion nemus: & in eo aquæ fons. Thuriam Messeniorum Homerus Antheam appellauit: quam augustus Spartanis dedit. HIER. Thurii inquit Stephanus ciuitas Italiæ: quæ prius Sybaris dicebatur a Thuria fonte. Postea autem Copiæ appellata. dicitur & Thuria & Thurium ut in Herodoti epigrãmate ἡρόδοτον λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν γὰρ ἄπλητον μῶμον ὑπεκπροφυγὼν θούριον ἔσχε πάτρην. gentile cognominiter Thurii dicitur: & Thuriaci: & Thurinum uinum Strabo dixit. licet a Thuriũ Thurianus potius deduci debeat: ut a parion parianus: uel a Thuria quã Pausanias Antheam dicit: & gentile Thuriatę: & Thurias fœmininum: & Thuricus: nonnulli Thuniam: & Thuniates. DEME. Aris fluuius est iuxta Thuriam in campo situm. LVDV. Aris quoq; dicitur qui naribus caret: ut Suidas testatur. DEMETRI. In mediterraneo uico Calamæ: & Limnæ est prędium: & in ipso Limnatidis Dianæ

ſacellum.a Thuria uerſus Arcadiam eunti Pamiſi occurrunt fontes:in quibus paruis ſunt pueris remedia.ἰυοῖ Bacchicum nomen mons eſt iuxta Ithomen: ꝙ Dionyſius cum Bacchis illic primum hanc uocem ediderit.Arſinoefons eſt in Meſſeniorum foro a Leucippi filia cognominatus:in quem illabitur aqua ex alio fonte Clepſydra nominato.Diana cognomēto Laphria a Meſſeniis colitur: ab Aetolis accepto cognomine:cuius ſimulacrum fecit Damophon:qui & Iouē olympicum iam dehiſcente ebore faberrime compegit:cuius rei cauſa ab Eleis colitur.Omphalion pictor Nicię Nicomedis filii diſcipulus.ſunt qui uelint eius ſeruum/ac Cinedū fuiſſe. Mercurius:Hercules:Theſeus optimi luctatores . Chaldei Indorumq; magi omnium primi hominis animum immortalem eſſe dixerunt:quorum opinionem graecorum nonnulli:& Plato Ariſtonis filius eſt imprimis ſecutus.Ad Ariſtomenis Cenotaphium Meſſenii taurum immolāt:qui ſi columnam:cui alligatur reluctatione mouerit, bonum facit omen:cōtra malum.hic Thebanis contra Lacedaemonios apud Leuctra adfuiſſe etiam mortuus dicitur.Ithomes uertex Meſſeniorū eſt arx.Iouem apud ſe educatum Meſſenii ferunt. Ithomenq; & Neden eius fuiſſe nutrices aiunt:quarum altera Nedę flumini:altera monti:qui Meſſeniorum ęrat acropolis, nomen dedit.a qua Iupiter Ithomadas dictus:ubi erat fons clepſydra a κλέπτο dictus:ꝙ Curetes Iouem ſurripuerint:ibiq; primum lotus ſit.Balyra fluuius a Thamyridis lyra nomen accepiſſe dicitur:quam occecatus in eius fluxus ὄβαλειν. Fuit aūt Thamyris Philamonis & Argiopes nymphę filius:quę circa Parnaſum habitabat:ſed grauis facta:& a Philamone repudiata Odryſas migrauit:unde factum eſt:ut Thamyrim & odryſen:& Thracem uocent. IOAN. Thamyris ſiue Thamyras Philamōis filius genere Thrax pulchritudine inſignis primus:ut Euſtathius ſcribit, turpē amorē excogitauit. Is cantādi arte pręclarus cū Muſis ea lege certauit:ut ſi uictoriā aſſequeretur:cū oībus rē haberet:uel ex ipſis unā uxorē duceret.

sin uictus esset:ea re priuaretur:quacunq; ipsis libuisset:quare superatus:& oculis:& cantu priuatus est: unde adagium est illud deductum θα᾽μυρειν μαίνεται quo in eos utuntur: qui cum prudentes sint, preter rationem tamen agere uidentur. Pausanias tamẽ in suo rhetorico dictionario tradit, Amyrim quendam a Sybaritis Delphos de fœlicitate sciscitaturum fuisse missum: cui cum Apollo respondisset tunc Sybaritas perituros:cum mortales pluris q̃ deos fecissent:uidisset q; ipse seruum uerberibus cęsum, primo quidem in templũ confugisse:nec solutum:deinde cum ad eius:qui eum uerberabat, patris monimentum confugisset:solutum: ex rebus suis uenditis collecta pecunia, in Peloponnesum migrauit: quod prudenter factũ sybaritæ in amentiã uertentes dicere consueuerant: ἀμυρειν μαίνεται: qui postea ob simulatam insaniam admirationi omnibus fuit. sciendũ preterea ueteris musices authores fuisse Thraces. Orpheũ/Musæum/Thamyridẽ. Suidas quoq; de Thamyride loquens ait: hic primus puerũ hymnæum nomine calliopes/ac Magnetis filium adamauit. alii uolunt Talonem quendam cretensem primum Rhadamanthum amauisse. sunt qui ad Laium Thebanũ primos pueriles amores referant: qui Chrysippum Pelopis filium eff lictim dilexit: alii tradunt Italos in expeditionem hoc necessario inuenisse: sed ut uerum fateamur: primus Iupiter Ganymedis amore captus est. Odrysæ gens Thraces: ut in septimo ac decimo refert Strabo. dicitur, ut Stephanus ait & Odrysius & Odrysa: & Odrysioς: & Odrysiades genere fœminino: & Odrysites. DEME. Leucasia & Amphitus in idem confluunt: ultra quos est campus Stenyclericus/a Stenyclero heroe denominatus: & e regione campi: quę priscis temporibus Oechalia dicebatur: nunc uero Carnasion nemus cyparissis maxime consitum: ubi Carnei est Apollinis simulacrum. Charadrus fluuius iuxta Carnasium. Electra: & Cœus flumina sunt Achaia. fons Electram fluuium transgressis occurrit: ubi Dorii ciuitatis sunt rudera: in qua Homerus ait

Thamyridi calamitatem accidisse a musis uicto: at Prodicus phocaensis si huius sunt: quę in Mignyada scripta sunt carmina, adiacere inquit Thamyridi pœnas ad inferos: ob eam: quam in musas usus est iactationem. morbo autẽ (ut mihi uidetur) coruptus est oculos. quod & Homero postea accidit: sed hic quidem non desiit componere: nec calamitati cessit. Thamyris uero una cum oculis cantum amisit. HIER. Dorion inquit Stephanus, ciuitas una de tribus. Homerus καὶ πτελεὸν ἕλος καὶ Δώριον. Dositheus in hac ciuitate Dorion harmoniam a Thamyra inuentam tradit. gentile Dorius/& Dorieus/& Doris fœmininum: alii Dorion esse montem existimant: alii campum: ut Geographus scribit. DEM. Pamisus fluuius est: iuxta quem Corone ciuitas ad dexteram sub Temathia monte. LVD. Corone ciuitas Messenes: ut Apollodorus in septimo catalogi scribit: cui9 ciuis Coronaeus & Coronęeus & Coronęus. Est & corone Cyprię Salaminis portio: cuius incolæ Coronitę. est & Bithinię ciuitas. DEM. Bias fluuius a Biante Amithaonis filio denominatus: cuius fons ex Lata elabitur platano: descenditq; in Coronen ciuitatẽ ab Epimelide conditam: quę prius Aepea dicebatur. nomen aũt accepit uel a Coronea: quę est in Bœotia: uel q̄ ænea cornix in fundamentis inuenta sit: hic Dianæ παιδοτρόφου erat tẽplum: & in arce æneum mineruæ simulacrum sub dio cornicẽ in manu habens. Colonides oppidum est in loco edito paululum distans â mari a Colæno ex Attica deductum: cui Coloniam deducenti Corydus auis ex oraculo dux fuit. Mothone Pedasos dicebatur priusq̄ græci Ilium cepissent: uerũ Mothone appellata est a Mothone Oenei filia: ut Mothonenses ipsi testantur: qui post captum Ilium cum Diomede in Peloponnesum profecti sunt. at Mothon Lapis ciuitati nomen imposuisse mihi uidetur: qui portum efficit: nauibusq; ingressum angustiorem reddit sub mari existens: & ne a fundo tempestas excitetur impedimento est. IOAN. Mothon, ut Suidas ait: modo molestum: modo spretum/& inglorium signat:

Est & turpis/ac molestę saltationis species. Mothones appellant Lacones pedisequos. DEM. Illyri plura semper appetẽtes naues extrinxerunt: piraticamq; exercebant. HIER. Illyrica, inquit Stephanus regio iuxta Pangeum ab Illyrio Cadmi filio. Incolæ Illyrii: & Illyris/& Illyrias/& Illyria/& Illyrium & Illyricus: Eustathius quoq; dicit Illyrios ab Illyrio Cadmi & Harmoniæ filio nomen accepisse. DEM. In Mothone ciuitate Palladis Anemotidos est templum: cuius simulacrum Diomedem dicasse memorant: q̃ Palladis ope regio importunis uentis desierit infestari. Est & in puteo aquã mixta pice Cyziceno unguento usu similis: optimum preferentis odorem. LVD. Cyzicenum unguentum irinum esse hoc adductus argumento crederem: q̃ Apollonius Herophilius in libro de unguẽtis Irim herbam in Elide/ac Cyzico optime dicat prouenire. habet autem hæc herba radicem raphano similem: odoratam unguentis & medicinę utilem: caulem cubitalem: floret diuersorum colorum specie: quasi arcus cęlestis: unde nomen habet: q̃ autem Irinum unguentum præciosissimum fuerit, decimo tertio docet Plinius. DEME. Est ad Thermopylas glaucissimi coloris aqua: non omnis quidem: sed quę ἐν τῆς κολυμβήθρας defluit: quam indigenæ Chytros muliebres appellant. IOAN. Thermopylę locus est: ut Suidas ait: sic a græcorum q̃ plurimis appellatus: ab incolis uero Pylæ. Philanias Termopylas nuncupatas propterea dicit: q̃ Pallas Herculi Thermas ibi struxerit. Thermopylarum angustię, inquit Liuius, ita gręciam terra: ut mari fretum Euripi claudunt. DEM. Aquam flauam: sanguiniq; similem colore præbet Ebræorum ager: iuxta Ioppen: quæ ciuitas est maritima. Perseum aiunt iuxta hunc fontem cetum occidisse: qui Cephei filiam erat uoraturus/atq; inde fontem sanguinis traxisse colorem. HIER. Ioppe ciuitas Phœniciæ: non procul ab Iãnia: ut Philon ait: ut uero Dionysius Palestinę. Phœnicia enim est & Palestina: nomen autem accepit ab Ioppe Aeoli filia Cephei conditoris/atq; imperantis uxore: cui C as

siopeam fuisse uxorẽ græci mentiũtur: a quo Cephenes æthio
pes dicti. Est & Thessaliæ alia: prioris gentile Ioppetes dici-
tur/& Ioppia cum iota: ex Ioppeia uero cum diphthongo Iop
peites: & Ioppeus. est & Ioppis fœmininum apud Characem
author Stephanus. DEM. Astyra calida sunt balinea e re-
gione Lesbi: in Atarnensi uico: ubi aquam nigram uidimus e
fontibus fluentem. LVD. Astra neutro genere inquit Ste
phanus: ciuitas est Mysiæ ad Troadẽ: dicitur & singulariter
Astyron. est & uicus iuxta Adramyttium: ut Strabo inquit.
Est & Phœniciæ ciuitas circa Rhodum: ubi Minerua Asty-
rys colebatur. Est & in Bœotia ad Potnias: ut Charax in se-
cundo. Est & Italiæ regio. gentile Astyrenus a quo Astyre-
nes Dianæ sacellum. Atarna autem, ut idem ait Stephanus
ciuitas est inter Mysiam/& Lydiã: iuxta Lesbum. ciuis Atar
neus ut. Vlysseus fœmininum Atarnis. DEM. Romanis su
pra ciuitatem aqua est candida: quæ Armenem fluuium trã s
gressis occurrit: quam si quis ingressus fuerit: statim ob frigi
ditatem horrore afficitur: feruore æstuat. Pylos ciuitas est in
Coryphasio promontorio: a Pylo Clesonis filio condita: qui
cum Lelegibus ex Meguride illuc profectus est. unde postea
a Neleo & Pelasgis expulsus in Elea finitima Pylum tenuit.
in Pylo ab Homero Neleio appellato templum est Palladis
Coryphasiæ cognominatæ: & domus Nestoris dicta: ubi &
ipse pictus est. preterea intra urbem specus est: ubi Nestoris
ac Nelei Boues stabulantur: quas Iphicli existentes Neleus
a filiæ procis in dotem petebat: & harum causa Melampus
Bianti fratri gratificatus in Thessaliam profectus est. quare
cum ab Iphicli pastoribus uinctus esset, ab Iphiclo tamẽ est
postea solutus: & in eorum: quæ ei prædixerat/mercedem/bo
ues accepit. Sphacteria insula Pyli portui opposita est: ut De
liorum portui Rhenea. IOAN. Sphacteria inquit Stepha
nus: neutro dicitur genere. Est autem Eleorum regionis uer
sus Messenen terminus: sic autem appellata sunt: ut Eche-
philides ait διὰ τὸ ἐν αὐτῷ τοὺς ἡρακλείδας σφαγια,

ζομένους ποιήσασθαι συμβάσεις περὶ φιλίας καὶ ὁμονοίας.
Est & insula Sphacteria:ut idem ait Stephanus:citatq; Pausaniam in quarto in expositione gracię:dicebatur & Sphagia ut Phauorinus ait. Est & sphagites Scythię promontorium. gentile secundum Analogiam Sphactericus:& sphacteriotes:& a Sphagia sphagicus:ut ab Hyria Hyricus. Rhene ut idem Stephanus scribit:insula est parua iuxta Delum. dicitur & Rhenis/& Rhenaea/& Rhenaeꝰ/& Rhenius. DEM. Caphareus est in Euboea ubi naues graecorum ab Ilio reuertentium naufragium fecerunt. HIER. Chaphareus inquit Stephanus nauale est Euboeę:sic cognominatus:q; illuc nauigantes Euboei expiarent:gentile cognominiter:foemininũ Capharis & possessiuum Capharius. Ophel tes/& Zarax: ut Lycophronis interpres ait, montes sunt Euboeae:quarum alter ab Ophelte Archemoro Lycurgi Nemei Iouis sacerdotis filio cognominatus ẽ:Zarax uero a Zarace Caristi filio. ipse autem Zarax secundum philoridem/& alios Caphareus dicitur. nunc autem Caphareus peculiarius Xylophagus appellatur. DEM. Dionysida nominant fontem iuxta Cyparissias:qui Dionysio terram Thyrso percutiẽte erupit. In Cyparissiis Cyparissię est Pallados templum. In Aulone templum est Aesculapii/& aulonii simulacrum. LVD. Cyparissęa:ut Stephanus ait:ciuitas est Triphyliae:quę & Eraunia uocabatur. Gentile Cyparissaeus/& Cyparissea Minerua. Cyparissẽis uero ciuitas est Messenię. Homerus & Cyparisseenta & Amphigeneam habitabant. Gentile Cyparisseentius. Est & Cyparissus ciuitas in Parnasso circa Delphos: quę prius Eranus dicebatur. Homerus qui Cyparissum habebant: & Pythona saxosam, a Cyparisso Minyae filio. alii a Cyparissorum ibi prouenientium copia:quam Cyparissunta nonnulli:& Apolloniada nominant. gentile Cyparisseus. at Aulon:ut idem Stephanus ait ciuitas est Laconica una de centum. ciuis Aulonites. secunda est ciuitas Arcadię. ciuis Aulonius. Tertia ciuitas in Creta:uel Locus. est & locus Arabiae.

Eſt & Aulon:quem ciuitatem fecerunt Crotoniatæ:quę Caulonia eſt appellata.gentile Cauloniates. DEM. Hęc ſunt quę in quarto Pauſaniæ libro memoratu digna duximus. Cras Eleam deo optimo maximo iubente auſpicabimur:quę duobus libris continetur. IOAN. Qua iuſſeras hora:ad te hodie reuerſi ſumus.quare quitum aggredere Pauſanię librũ. DEM. Epei ab Epeo Endymionis filio denominati ſunt.at Endymiõi pater fuit Aethlius Iouis & Protogenię filius:quę Patrem habuit Deucalionem. HIER. Epei inquit Stephanus ſunt Elei ab Epeo rege.fœmininum eſt Epeas: & Epeis. dicuntur & patronymice Endymioniadę. DEM. Endymionem Luna dilexit:cui quinquaginta filios peperit.ſed qui magis ueriſimilia dicunt, Endymionem ferunt Aſterodiam duxiſſe uxorem:uel ut aliis placet, Chromiam Itoni ex Ampictyone geniti filiam:ſiue ut alii dicunt Arcadis filiã Hyperippen. unde Pœonem/Epeum/atq; Aetolum filios ſuſcepit/filiamq; preterea Eurycydam.filiis autem Endymion curſus certamen ea lege propoſuit:ut uictor imperiũ aſſequeretur.Itaq; uictoriam/atq; imperium habuit Epeus.qua re indignatus Pœon ad Axium uſq; flumen inde diſceſſit:Pœoniamq; regionem a ſedenominauit. LVD. Endymion ut libro ſecundo refert Plinius:omnium primus Lunæ errores deprehendit:& ob id amore eius captus fama traditur.ab hoc declinatum adagium illud ἐνδυμίωνος ὕπνον:in eos qui pluſq̃ ſatis eſt dormiunt. Endymionis.n.pulchritudine preſtantis amore capta eſt Luna:cui Iupiter Luna petente conceſſit:ut quicquid uellet eligeret:ipſe autem elegit: ut immortalis ac minime ſeneſcens perpetuo dormiret. unde prouerbium deductum ferunt. uel ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις in ſomnolentos dictum:q, Endymnium ſomnum adamauerit:& adhuc dormiat:& cum eo ſit uel ἐνδυμίωνος ἄλιον καθεύδει in ſomnolentos:quoniam in quadam Cariæ ciuitate ſomnus pueri cuiuſdam Endymionis nomine amore captus adhuc eum continet dormientem:cui ſimile eſt ἐπιμενίδειον ὕπνον. DEME. Endymio

nem in Latmum secessisse aiunt Heracleotæ:ubi Endymionis adytum uisitur.at Epei Endymionis monimentum ostendunt.Anaxiroe Coroni filia nupsit Epeo:ex qua nata ē Hyrmina.Oenomaus Alxionis filius : uel ut poetæ cecinerunt, Martis, circa Pisęam appellatam imperans a Pelope ex Asia profecto priuatus est regno.Pelops Mercurii condidit templum in Peloponneso:eiq; primus sacra fecit:ut Epei dicunt: ut ob Myrtili cædem iratum placaret. IOAN. Oenomaus a Marte & Harpine Asopi:uel Eurythoe Danai filia genitus:ut Apollonii interpres ait, filiam habuit Hippodamiā. sed cum oraculo monitus esset, fore ut a genero occideretur, nemini eā uxorē dare:nisi a quo equestri cursu eēt superatus, decreuerat.erant autem ipsis carceres quidem cladeus fluuius:meta uero Isthmus.Cęterum cum tresdecim iam procos: ut Pindarus inquit, interfecisset, Pelops acceptis a Neptuno equis certamen subiturus accessit:quem cum uidisset Hippodamia, eius amore capta Myrtilo/& curruum fabricatori/& Oenomai aurigę persuadet, ut e curru excuteret patrem.quare cum cereum axi rotam sustinenti clauum indidisset:uel ut Pherecides ait, nullum omnino imposuisset, effectum est ut Oenomaus curru deuolutus interiret:& Pelops Hippodamiam acciperet:Oenomai equę fuere Psylla/& Harpine.fuit autem Myrtilus Mercurii filius ex Phaetusa : siue Clymene ex Danaidibus una:uel Myrtone una ex Amazonidibus. Pisa inquit Stephanus & fons est in olympia/& uilla:ubi Iouis templum erectum est : & olympiacum certamen perficitur. gētile Pisate/& fœmininum Pisatis.dicitur/& Pisęus.habet autem Pisa utranq; syllabam productam. DEM. Aetolus Endymionis filius Epeo in regno successit:sed cum Apim Iasonis filium imprudenter interfecisset:ab eius filiis regno pulsus ad populos circa Acheloum habitantes aufugit : qui ab ipso Aetoli sunt cognominati. HIER. Aetolia : ut Stephanus quoq; asserit, regio est ab Aetolo Endymionis filio sic denominata:qui a Salmoneo Pisa expulsus a se denominatam In

luit Aetoliam:quę prius Hyantis dicebatur. gẽtile Aetolus/ & Aetolis/& Aetolius. Est & Aetolia ciuitas Peloponnesi: quam Androtion Laconicis adnumerat ciuitatibus. DEM. Eleus Eurycydes Endymionis filiæ/& Neptuni filius Epeis post Aetolum imperauit. unde incolæ Homines pro Epeis Elei appellati. LVD. Elis, ut Stephanus ait ciuitas ad Egyptam olympiam ab Eleo tantali filio. Est & alia Arcadiæ/& tertia Hyspanię. ciuis ab Elidos genitiuo proporcionabiliter Elideus ut Andronideus:& possessiua forma subtracto. d. Elieus/& Eleus: a quo Eleus Iupiter. Tryphon autem dicit Elieus/Elieius/& Eleus. Homerus Epeos eos appellat. possessiue preterea dicitur Eliacus. dicitur & patronymice Eliadæ. dicit & Elidia ut Psophidia/& Arcadia a gẽitiuo. DEM. ex Eleo natus Augeas: qui tamen ad Augeam pertinentia in maius extollebant: non ἠλείου sed ἠλίου dixere: Actor Phorbantis filius Hyrminam ciuitatem a matre Epei filia denominatam in Elea habitauit. IOAN. Hyrmine inquit Stephanus Elidis ciuitas: quam Menelaus Thebaicorum quarto Hyrminam cum/a dicit Hyrmmen uero Ecephylida appellat: quas nunc Horminas. Horminas autem & Epeos uocari dicit. Horminæ autem duæ. DEM. Hercules tunc Tiryntha argiuam ut bem incolebat: cum Actoris filios ad Isthmia proficiscentes per insidias Cleonis interfecit. nã pro Augea contra se pugnabant. HIER. Tiryns: ut Stephanus ait, ciuitas Peloponnesi a Tirynthe Ali filia/Amphitryonis sorore. dicebatur autem prius ἁλιεῖς q multi Hermionenses piscatores ibi habitauerint: gentile Tirynthios/& Tirynthias fœmininum/& Tirynthis. DEM. Hercules coacto ex Argiuis/Thebanis/arcadibusq; exercitu Elidem cepit: ac diripuit: regionem uero omnem Elidis/& captiuos cum Augea Phylleo elargitus est. LVD. Augeas solis: ut fabulę uoluere: ut uero historiæ Phorbantis filius: rex fuit Elidis: armentorum q̃ ditissimus: cuius aula ea erat fimi copia repleta: ut tantę sordes exportari minime posse uiderentur. quare cum Hercules se unius diei inter-

capedine totam aulam expurgaturum boum accepta decima
pollicitaretur. Augeas id nequaq̄ fieri posse sibi persuadens se
decimum quemq; bouem ei daturum si id faceret: teste filio
nomine Phyleo promisit. uerum cum Minyeio amne: siue ut
aliis placet Alpheo/ac Peneo fluminibus in aulam deriuatis:
id peregisset, Augeas Phyleo etiam aduersus patrem testem
agente propterea mercedem Herculi abnegauit: q; ab Eury
stheo id illi fuisse imperatum diceret. quapropter Iratus Her
cules Elidem cepit/ac diripuit: ex predęq; manubiis Ioui pa-
tri: quem olympium nuncupauit in latissimis campis: qui iux
ta Alpheum fluuium siti sunt, certamen instituit: quod quinto
quoq; anno: uel ut lycophronis interpres ait: quinquagesimo
quoq; mense celebraretur: ubi athletę uires suas pentathlo:
aliisq; bellicis meditationibus ostenderent. erat autem pentla
thlos πυγμὴ, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, καὶ πάλη. Consti
tuto itaq; ludicro Hercules fortissimum quemq; ad palestrā
prouocabat. nemine autem cum eo certare audente Iupiter
athletę assimilatus in Certamen cum filio descendit: & ali-
quamdiu ancipiti marte cum eo luctatus se tandem filio indi
cauit. sunt qui dicant Herculem in Pelopis honorem olym-
pia instituisse: quibus Papinius his uerbis adstipulatur. Pisca
per arua hunc primus Alcides Pelopi certauit honorem. quin
to die Olympiis finis imponebatur. uictor: qui Olympioni-
ces dicitur, Oleastro coronabatur: uel ut Aristoteles ait olea:
quę philostephanos appellatur. cuius folia contra q̄ ceteris
Oleis enascuntur. exterius. n. habent candidum. quamq̄ non
se uictor ipse: sed patriam coronabat: ut & plinius libro septi
mo testatur: & Simonides de Theocrito quodam olympioni
ce loquens hoc carmine indicat ὃς πατέρων ἀστεῖον ἐστεφά
νωσε. πόλιν. uictor autem domum reuertens non per por-
tas: sed per muri ruinas equo uehēs ingrediebatur. quod signi
ficabat non magnopere ciuitatibus muro opus esse uiros ha
bentibus: qui & pugnare possent: & uincere. Victruui9 libro
nono Athletis: q olympia/Pythia/Isthmia/nemeaq; uicissent

hos fuisse statutos honores ait:ut non modo in conuentu stan tes cum palma/& corona ferant laudes:sed etiam cum reuer tantur in suas ciuitates:cum uictoria triumphantes quadri gis in mœnia/& in patrias in uehantur:ęreq; publico perpe tua uita constitutis uectigalibus fruantur.omnes Athletę in quit Atheneus:post certamina multum comesse docentur: qua propter Euripides in primo Autolyco ait, infinitis in græ cia malis existentibus nullum esse athletarum genere deteri us: quippe quod uentri inseruiret/atq; inutile esset. Gręcos preterea reprehendit, q, ad huiusmodi uirorum spectaculum conuenirent. Olympiaca oratio est:ut inqt Apollonius apud Philostratum:qua apud athletas utuntur Elei:qui certaturis dicunt:si diligenter elaborastis ut in Olympiis certare possi tis, stadia audenter intrate:qui uero non ita paratus est, quo cunq; uult abeat. Cæterũ postq̃ in olympici certaminis men tionem incidimus:haud ab re fore existimaui:si reliqua græ corum certamina cum apud Pindari interpretes: tum apud alios reperta in unum colligerem/atq; huic loco insererem:ut huiusmodi rerum cupidum lectorem longę inquisitionis labo re leuarem. Pythia in Apollinis honorem [illegible] celebraban tur ob pythonem serpentem ab eo occisum.uictores lauro co ronabantur:additis tamen, ut Lucianus ait, pomis ex Apol linis templo sumptis. Ouidius tamen de Pythiis locutus, in quit. Hic iuuenum quicunq; manu/pedibus ue/rota ue uicer it, æsculeę capiebat frondis honorem.sed addidit. Nondum laurus erat. Isthmia ab Isthmo corynthiaco:ubi agebantur ap pellata sunt:de qbus Plutarchus in Thesei uita sic refert. The seus Neptuno primus certamen instituit: gloriariq; est soli tus ob Herculem Ioui olympia:ob se uero Isthmia Neptuno celebrari.quod.n.ibidem in Melicertę honorem constitutum est.noctu agebatur iniciandi magis:q̃ spectaculi speciem præ seferens.nonnulli uolunt Isthmia a Theseo in Scyronis hono rem ideo reperta:ut se ab eius cede expiaret.erat.n.sibi affini tate propinquus.quidam in Melicertæ gratiam:qui Palęmõ

a græcis: Portunus a nostris dicitur, Isthmiorum ludicrum ee constitutum prodidere. uictores pinu coronabãtur: licet apio quoq; nõnunq̃, ut Pindari interpres, coronati sint. Nemea ut nonnulli uolunt: ab Hercule post occisum Leonẽ, Nemæo Ioui instituta sunt. quidam inter quos est Aeschylus, Archemori Nemees filii causa celebrata ferunt. Sunt qui uelint pro Talai filio Adrasti fratre constituta. non desunt: qui certamẽ hoc Thebano bello uetustius censeant. plures tamen in Archemori Lycurgi/atq; Eurydices filii honorẽ Nemea tradunt instituta: qui cũ opheltes prius diceretur, Archemorus ab argiuis Thebas proficiscentibus appellatus est. uictores apio coronabantur. fiebant & alia in Græcia certamina: quę singula breui complectemur oratione. Delphino mensis erat Aeginensibus Apollini gratissimus: in quo certamen Nydrophoria nuncupatum celebrabatur. Aeacea preterea ab iisdem Aeginensibus in Aeaci honorẽ fiebãt. Tlepolemus Herculis ex Astydamia fili9 Licymnio Electryõis & Midec phrygię mulieris filio imprudenter occiso Rhodũ patriã exulans habitauit: Rhodiisq; ad Troianũ bellũ dux fuit. ubi a Sarpedone interfectus est: sed eius ossa Rhodũ delata sunt: sacellũq; conditum: ubi Tleopolemia certamẽ agebat̃. Heræa quę & Necatombęa, q͂ centũ Iunoni mactarẽtur boues, appellabant̃, Argis fiebãt, ab Archino argiuorũ rege instituta. uictores ęneo clypeo/myrteaq; donabãtur. Lycęa in Arcadia Ioui Lycęo celebrabãtur: quorũ prẽmiũ uas erat æneũ. Fiebãt in eadẽ arcadia Corea/atq; Alcęa: Thebis uero Heraclea: quę & Iolea dicebãtur. at in bœotia Thespiis quidẽ Erotia: In Lebdadia uero Basilea/& Trophonia: Plateis atq; i Eubœa Eleutheria. in Oropo Amphiarea. In opũte locrorũ Epicnemidiorũ ciuitate in Aiacis oilei honorẽ Aeantea celebrabãtur: Eleusinia siue demetria Eleusinii agebãt: quorũ p̃miũ hordeũ. Ibidẽ & in Marathone atticæ populo Heraclea celebrabãtur. præmiũ argẽteæ phialę. In Pellene achaica ciuitate philoxenia fiebãt: uictores læna donabant̃. Pythia Sicyõe quoq; agebãtur. p̃miũ argẽ

teæ phialæ. Dioclea/ac Pythia Megaris. Syracusam Isthmia idcirco celebrabant ꝙ Corinthiorum essent coloni. Gerestia autem in Neptuni honorem in Euboea fiebant: ob eam quę circa geræstum accidit: tempestatem. Amarynthia uero in Amarintho Euboeę ciuitate agebantur. Panathenæa in Palladis gratiam Athenis celebrabantur: quorum pręmium ęneum uas olei plenum: ꝙ olea Mineruæ sit inuentum. Protesilea in Thessalia fiebant. Minya in Orchomeno: Megara uere incipiente celebrabantur. Illud quoq; minime prętermittendum uidetur, ꝙ a Festo Pompeio dicitur: Pentathlon inquit nostri quinquertionem uocant: Est autem Pentathlos qui generibus illis quinq; certat: Pancratiastes: qui certauit/& uicit. at Periodo uictor: qui sacra græciæ Certamina & obiuit/& uicit. Athletæ ut Plinius uigesimo tertio refert: siccis ficis pascebantur: ꝙ corpus & uires adiuuent. Pythagoras exercitator primum ad Carnes transtulit. DEM. Eleæ mulieres Palladis cognomento. μιτρὸς templum condiderunt: ꝙ cum uiderent regionem desertam, a Pallade impetrassent: ut primo cum uiris congressu conciperent: & locum ubi primum uiri/ac mulieres congressi: fluuiumq; ibidem labentem βαδὺ regionis uoce appellant. Agasthenes post Augeam cum esset filius Eleorum imperium suscepit. Amphimachus: & Thalpius. Amphimachus Cteati filius: apud Ilium obiit. IOAN. Huius Amphimachi Cteati filii: & Actorionis nepotis meminit Homerus in eo Iliados libro qui .ν. elemento inscribitur: quem ab Hectore interfectum dicit. unde haud immerito Politianus suspicatus uideri potest Ouidianum illud Legendum esse: siue quis Amphimachum narrabat ab Hectore uictum: non autem Antilochum: qui Hectore iam interempto adhuc uiuebat. DEM. Mirandum autem est: ꝙ in Eleo agro: nec usq̃ alibi in tota græcia Byssus nascatur: ꝙ ꝙ extra fines: nec intra regionem equæ ex asinis concipiant. HIERO. Hinc est ꝙ Plinius decimo nono ait cum de Lino loquitur, Byssinum circa Elim nascitur in achaia mulierũ deliciis. DEM.

Eunti ab Elea Samicum ad mare descendens locus occurrit: supra quod ad dexteram ē:quę Triphallya nominatur: & Lepreus in Triphylia ciuitas:sunt autē lepreatę arcadum pars, sub Eleorum tamen ditione.ciuitas ipsa a Lepreo Pyrgei filio condita est:a quo nomen etiam accepit.hic Lepreus edendo Herculi haud quaquam impar: armis superatus est.sunt qui uelint Lepram morbum nomen ciuitati imposuisse:fuisse aūt ibi Leucaei Iouis templum Lepreatae ferunt:& Lycurgi Alei filii tumulum. LVD. Lepraeum ciuitas Triphylliae:inquit Suidas:ab aspero monte adiacēte denominatum.alii quod ab iis conditum sit:qui Lepra morbo laborarent, neutro autem genere dicitur Lepraeum.at Aristophanes masculino genere Leprę̄um protulit:quem Eleum appellauit ꝙ Elidis esset.fuit & Lepreus nomen proprium uiri:cuius mentionem facit Aristophanes:quem ait fuisse leprosum/mollem/opsophagum/loquacem/ac maleficū.Triphyllia est Elis:ut Stephanus ait: dicuntur & Triphylii:ꝙ a tribus condita sit tribubus:uel a tribus portis:uel a Triphyle clytii matre.incola Triphylius dicitur/& foemininum Triphylis:ut Pamphilis.Lepreus Cauconis Neptuni filii & Astydamiae Phorbantis filius.cū Herculem praemium ab Augea exigentem ad edendum prouocasset, superatus est:ut Zenodotus scribit:Mitris quoq; in Herculis laudatione ait. potionibus etiam cum Lepreo certasse Herculem:superioremq; fuisse. DEM. Arene Lepreatarum fons ab Apharei uxore cognominatus.Anigros fluui9 de Lapitho arcadico monte descēdit:cuius aqua statim a fonte male olet:nec priusq̄ Acidantē admittit:pisces nutrit.sunt qui dicant Acidantem Iardanum quondam appellatum. Malcolētię autem causam fuisse aiunt:quod Chiron/uel alius centaurus Polenor ab Hercule sagitta ictus Hydrae Venenum ibi abluerit.sunt qui in Melampodem Amithaonis filium:& in filiarum Proeti expurgamenta in eum coniecta causam referant.ego malcolentiae causam terrę unde erumpit adscriberē Minyeium uetustissimum fuisse Anigri fluminis nomen fa-

centur Arcades: Est in samico Anigridum nympharum spe-
cus: haud procul a flumine: q uitiliginibus/& huiusmodi mor
bis laborant: specum ingressi sacrificium supplices Nymphis
pollicentur: quo facto Anigrum tranatant: & in eius aqua op
probrium illud relinquunt: saniq; redeunt. transgresso Ani-
grum & in olympiam eunti Samicus occurrit: quam candem
esse & Arenen credibile est: cum non procul ab Anigro sit.
IOAN. Samicum neutro genere: inquit Stephanus: ciuitas
est Triphyliaca: gentile samiceus tamq̃ a neutro. DEM. Si
linus fluuius scilluntium perfluit agrum. Scillunta Lacedæ
monii ab Elea dirimentes Xenophonti Gryli filio Athenis
exulanti dederunt. HIER. Scillus ciuitas Triphyliaca ut
Stephanus ait: gentile Scillusius/& scilluntius/& scilluntis.
DEM. Circa uiam: quæ in olympiam ducit: priusquã Alphe
um transeas: Typeus preruptus est mons: de quo eas detur-
bare mulieres Eleis mos erat: si qua olympicum ingressa cer-
tamen deprehensa fuisset: uel Alpheum diebus interdictis trã
sisset. nulla tamen unquã preter callipateram: quam alii Phe
renicem appellarunt: deprehensa est: quæ uiro iam defuncto
habitu assimilata olympicum ingressa est certamen. quam ta
men patri/ac fratribus/filioq; olympionicis condonarunt:
sed legem sanxerunt: ut deinceps nudi athletę agonem ingrẽ
derentur. Alpheum uirum fuisse uenatorẽ/& Arethusę amo
re captum ferunt: quæ cum & ipsa uenationis esset studiosissi
ma: uirosq; negligeret: in insulam nomine Ortygiam Siciliæ
appositam traiecit: ibiq; in fontem trãsformata dicitur: cuius
desiderio Alpheum quoq; in flumen mutatum memorant.
q; autem Alpheus subter mare fluuens Arethusæ misceatur,
Apollinis oraculum Archię Corintho datum testatur: qui
ad condendas Syrecusas mittebatur ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἠ
εροειδεῖ πόντῳ θρινακίης καθύπερθεν ἵνα ἀλφειοῦ στόμα
βλύζει μισγόμενον πηγαῖσ εὐρυπίης ἀρεθούσης, sunt au-
tem Alphei fontes i Arcadia: in quẽ ex magna ciuitate Heli
son ex megalopolitarũ agro Bretheates iuxta Gortynã Gor

tynius:ex Mellęniis phagus:ex Clitoriis Ladon:ex Erymantho Erymanthus:ex Elide Cladeus illabuntur. LVD. Arethusa, inqt Stephanus ciuitas est Syrię/Thraces/& Eubœę/& Siciliæ fons/& Ithaces. Homerus πὰρ κόρακος πέτρη ἐπί τε κρήνη ἀρεθούσῃ. hæc Cypera dicebatur. Didymus in commentariis duodecimi Odysseæ libri: octo ait esse Arethusas. at Heracleon Glauci filius in eiusdem Odyssęę libri commentariis ἀρῶ est inquit τὸ ποτίζω, cuius ἄρδω deriuatiuũ. ex hoc ἀρέθω, ut a φλίζω φλιτίζω: ex quo omnis fons adiectiue sic dicitur, gentile Arethusius. Brenthe, inquit Stephanus ciuitas Arcadię/& fluuius Brenthiates: gentile Brenthięus: uel Brenthieus. Erymanthus: ut Stephanus quoq; testatur tam mons est quã fluuius. DEM. Mare mortuum cęteris aquis contrarium patitur, in quo uiuentia quidem solent non natantia fluitare: mortua uero ad ima descendere. Eleorum uetustissima celebrantes aiunt/Saturnum primum in cœlo regnum obtinuisse: templumq; in olympia Saturno ab iis conditum: qui aureum genus dicebantur Iouem uero genitum Rheam Dactylis idæis: qui iidem: & curetes uocantur: commendasse uenisse autem ipsos ex ida Cretensi Herculẽ. Pœonęum/Epimeden/Iasiumq;: & Idam. Herculem uero ludentẽ erat. n. natu maximus: cursus certamen fratribus proposuisse: uictoremq; oleastri ramo coronasse. delatũ namq; aiunt oleastrum ab Hercule ex hyperboreis regionibus in gręciã. Herculem igitur primum certamen constituisse: olympiaq; appellasse dicunt. decreuisse pretera ut quinto quoq; anno id circo ageretur: q: quinq; essent frates. sunt qui dicant Iouem hic cũ Saturno de imperio fuisse luctatum: alii ob res gestas proposuisse certamen ferunt: in eoq; Apollinem cursu Mercurium: martem lucta superasse: factumque inde esse ut Tibiarum Cantus Pythiacus cursui ex Pentathlis adhibitus sit: ut pote tibiarum cantu Apollini consecrato. Cæterum quinquagesimo post Deucalionis Diluuium anno Clymenum cardis filium ab Hercule idæo oriundum ex Creta uenis-

se:certamenq; renouasse memorant. Herculiq; auo aram statuisse παραστάτηνq; cognominasse: mox Pelopem: deinde Herculē Amphitryonis filium adauxisse. Altin autem appellant lucum Ioui consecratum. Iouis olympici simulacrum phidias fecit. quod testatur ad Iouis pedes positum epigramma Φειδίας Χαρμίδου υἱὸς ἀθηναῖος μ᾽ ἐποίησε. Templi uero structura dorica est. IOAN. Hoc est illud Iouis simulacrū: quod ex ebore Phidias ad horum Homeri carminum exemplar se fecisse ingenue fassus est.

ἦ καὶ κυανέοισιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο, μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Euphranor quoq; pictor cum Athenis duodecim pingeret deos, Ignarus qua forma Iouem pingeret: hæc Homeri carmina tanq̄ exemplar ęmulatus ē: author Eustathius. Aristodemus: ut apud Pindari interpretem Legimus: Altin ait circa olympiam locum appellari. Indeq; Altion Iouem ex epitheto dicit. DEM. Lapitharum pręlium aduersus centauros in Pirithoi nuptiis extitit. HIER. Lapithe ciuitas Thessaliæ: ut in homericis Epaphroditus inquit. a Lapitho Periphantis filio: eius incolæ Lapithę dicuntur: inquit Stephanus: non a ciuitate: sed gente: ut Pisidę & Iones & Thessali. Nam Lapithę gens est Thessalica: est & Lapithæ montis Laconici nomen: sed quoniam in centaurorum mentionē incidimus: quid super iis in græcorum commentariis legerimus: ne pigeat audire. Ixione in Thessalia imperante Taurorum armentum in Pelio monte usq; adeo efferatum est: ut & reliquos montes inaccessos facerent: & planiciem omnem infestam redderent: fructusque/ac iumenta uastarent. edixit itaq; Ixion ingentem se pecuniarum uim iis esse daturum: qui tauros perdidissent: quare Iuuenes quidā ex uico nomine Nephale singuli singulos conscendere equos eosq; instituere primū cepere. prius enim curribus tantum uehebantur: quibus iam edoctis in taurorum gregem inuecti in eos Iaculabantur: q̄ si quandoq;

a tauris in fugam uertebantur: equorum pernicitate.sunt.n.
tauris equi uelociores, in locum se tutum recipiebant/atq; e ue
stigio eos ab insectatione quiescentes inuadebant:hastisq; pe
tebant:donec eos ad unum hoc pacto interfecere: unde cen-
tauri sunt nomen consecuti:dicti.n.sunt centauri παρὰ τὸ κεν
τᾶν τοὺς ταύρους nã nihil tauri inest centauris:sed uiri atq;
equi species fuisse dicitur.accepta igitur ab Ixione laboris mer
cede/centauri tum pecuniarum copia:tum rei nuper gestę suc
cessu elati Iniurias finitimis inferebant: ne ipsi quidem Ixioni
parcentes:qui ciuitatem Larissam appellatam habitabat:cu-
ius incolæ tunc Lapithæ dicebantur:a quibus centauri ad epu
las inuitati cum uino incaluissent: eorum uxores rapuerunt:
equisq; impositas domum unde profecti erant: statim uexe-
runt.Bellum igitur aduersus Lapithas gerentes noctu quidẽ
in planiciem descendebant:insidiasq; parabant:interdiu uero
direptis hostium rebus:ad montes confugiebant: quibus ita
recedentibus equorum tantũ caudæ:hominumq; capita cer
nebantur:quod homines admirati dicere consueuerãt:centau
ri ex Nephale incursionem facientes multa nobis damna in
ferunt:quo factum est ut centauros ex nube genitos:nã Ne-
phele nubem significat, fabulose a poetis dictum sit. DEM.
Panænus pictor Phidię frater fuit. Alcę cornua in supercilijs
habent si mares fuerint:nã fœminæ cornibus penitus carent.
Aethiopici tauri edunt e naribus cornua:non est itaq; miran
dum ex ore quoq; nasci cornua:quod in Elephante uidemus.
sunt.n.cornua:nõ dentes:nam si dẽtes essent singulis annis
non deciderent:rursusq; nascerentur:nec igni mollirentur:fle
cterenturq; ut cornua. LVD. idem quod Pausanias:sensit Iu
ba:qui ut refert Plinius: elephanti cornua non dentes appel-
lauit.Quantum insit Elephantis ingenium: quanta docili-
tas:quanta memoria:quantus deorum metus:multis ac ma-
ximis argumentis docet Plinius.Nos quid de fidissima ele-
phanti amicitia græce referat Aelianus in Latinum uerte-
mus sermonem: ut si quis hęc legerit: qui uerum mentiatur

amicum: se etiam a feris in obseruandis/ac defendendis amicis superari erubescat. Indus quidam a teneris annis ita aluit: atq; educauit Elephantum: ut Paulatim cum q̄ mansuetissimum reddiderit/ac pro equo uteretur: quod cum Indorū rex intellexisset: ut sibi Elephantum daret: ab eo petiit. Is belluæ amore captus: anxiusq; animi: q; ei alius esset dominaturus: regi se daturum negauit: elephantoq; insidens solitudines/ac deserta Indiæ adiit. quare indignatus rex mittit: qui indo Elephantum eripiant: ipsumq; ad supplicium trahant. Itaq; cum ad Indū peruenissent: uimq; ei inferre cepissent, Indus ex Elephanto eos feriebat. ipsa quoq; bellua utpote iniuria affecta eosdem ulciscebatur: quę, cum Indus tandem percussus delapsus esset, haud secus educatorem suum tuebatur/ac propugnatores in pręliis protegere suos consueuere. quare ex inuadentibus multos interfecit: reliquos in fugam uertit: sublatumq; Proboscide Indum ad stabula detulit: & perinde/ac fidus amico amicus adsistebat. DEM. Electrum quo Augusti statua confecta est, quantum in Eridani arenis sponte reperitur, rarum est/ac maxime ad multos hominum usus præciosum: reliquum uero aurum est argento comistū. IOAN. Electrum uocatur inquit Plinius: ubicūq; quinta argenti portio est: cuius natura est ad lucernarum lumina clarius argento splendere: quod est natiuum ueneria deprehendit. Ab Eliadibus in arbores conuersis stillare electrum ferunt. Ouidius Stillataq; sole rigescunt de ramis electra nouis. at Celtę: ut Apollonii interpres ait, Electrum memorant Apollinis esse lachrymas: tunc ab eo fusas cum Esculapii filii cædem lugens ob Iouis increpationem ad Hyperboreos profectus est. alii tunc effudisse lachrymas Apollinem uolunt: cum ob Cyclopum interitum Admeto seruire iussus est. DEME. ξιλωϛ unus est de Iouis famulis: cui hęc iniuncta est prouincia: ut tā ciuitatibus q̄ priuatis uiris ligna ad sacra facienda statuto stipendio suggerat. sunt autem ligna ex populo alba: nec aliarum arborum ulla. Ilium capi haud quaquam posse canebāt

uates:ni Herculis arcus.Pelopisq; ossa afferrentur : Philocte tes itaq; accersitus:Pelopisq; scapulę ex Pisa delatę. HIER. Philoctetes Poeantis filius:ut in heroicis tradit Philostratus optimus/ac peritissimus extitit sagittarius:ut pote ab Hercule edoctus, a quo arcus acceperat:solusq; nouerat:quo pacto traherentur.unde in Troię expugnatione magna:precla raq; est premia consecutus.neq;.n.ad Troiam morbo affectus uenerat:ut quidam arbitrati sunt:nec ab Esculapii liberis ab Hydre ueneno sanatus est.uerum cum in Lemno insula ægritudine laborans relictus esset, non sine tamen multis comitibus,iis.n.imperabat:qui Melibœã habitabant, Gleba Lemnia:super quam Vulcanus cecidisse dicitur:statim sana tus est:Eumæoq; Iasonis filio dum cares ex paruis insulis expelleret, auxiliatus est:cuius auxilii causa Lemni portione est ab eo donatus:quam Acesam:q; in Lemno sanatus esset appellauit.unde Diomedes/ac Neoptolemus pro græcis supplicantes:sponte eum ad Troiam adduxerunt : cum oraculũ de Herculis arcubus:quod ex Lesbo uenerat, ci legissent.erat autem sexaginta natus annos Philoctetes cum ad Troiam uenit:ualidus tamen/ac uigens. Hercules apud Sophoclem in ea Tragœdia:quæ Philoctetes inscribitur, nec Philoctetem sine Pyrrho:nec Pyrrhum absq; Philoctete posse Troiam capere:contendit. Ilio tria fuisse audiui fata inquit Plautinus Chrysalus:quæ illi forent exitio:signum ex arce si periisset:alterum etiam est Troili mors:tertium cum portæ Sceæ limen superum scinderetur. DEM. Veneris simulacrum ex Myrto pullulante fecit Pelops:quod est ad Hermũ fluuium:unde Hippodamiæ consecutus est nuptias. Est in olympia Iouis olympii ara ab Hercule Idæo:uel ut alii uolunt:ab indigenis Heroibus duabus post Herculem ætatibus structa:quæ hostiarum Ioui immolatarum ex fœmorum cinere constat. Alpheo enim Cineri immixto lutum faciunt:quod ex alia aqua fieri haud quaquã possit.quo fit:ut Alpheus omnium fluminum Ioui sit gratissimus:cum Hercules in Olympia sacra faceret;

a muscis impediebatur: quare Ioui Apomyio sacrificauit: quo facto muscę inde trans alpheum fluuium abierunt: hinc est ꝙ Elei Ioui Apomyio ex olympia muscas abigenti sacra faciũt. Populum albam Hercules ex Thesprotide regiõe iuxta acheruntem in Thesprotia fluuium genitam ad gręcos transtulit: cuius rei causa Acheroida ab Homero appellatam ferũt: qua sola arbore Elei in sacris olympicis utebantur. LVD. Hinc est ꝙ Leuce. i. populus alba Herculi dicata ē: quam propterea Herculem ab inferis transtulisse ad superos fabulose memorant: ꝙ Acheron fluuius esse etiam ad inferos dicatur. DEME. Menander fluuius alit Myricas: Asopus Bœotius Iuncos. Nilus arborem nomine perseam: Alpheus Oleastrũ: Padus populum: Acheron Leucen. Mercurius: ut gręci memorant inuentor est lyrę: Apollo citharæ. Ion chius scripsit τον καιρὸν ex Iouis filiis maxime esse iuuenem. Telluris oraculum uetustissimum fuit in olympia. Cotinos. i. oleaster unde uictores coronantur olea est Callistephanos: iuxta quam est Nympharum ara: quę Callistephani appellantur: sunt in Olympia Iouis his cognominibus arę Arei: Nercei. Ceraunii post Oenomai domum fulmine ictam. Catharsii/Chthonii/Catæbatę/Agorei/Mœragetæ: ꝙ quæ mortalibus a parcis dentur: non ignoret: & Hypsisti. Coccocam nominant Dianam nescio unde: agoraę quoq;: & agroteræ Dianæ aras habent. Thecmion Apollinem. Paramnon Mercurii est cognomentum. dicitur & Iuno Ammonia Elei Thure: cum tritico/melle subacto: additis & oleę ramis suffiunt aras. utuntur & uino: solis autem Nymphis καὶ ταῖς δεσποίναις uinum libare minime consueuere: nec ad aram omnium deorum comunem. Hippodamiam τὰ ἡραῖα /ac certamen in quo sexdecim mulieres cursu certabant: constituisse aiunt Elei: ut Pelopis nuptiarum deæ gratiam referret. hæ mulieres peplum texunt Iunoni: ducũtq; choreas: quarum alteram Physcoæ Hypodamię alteram appellant: quæ physcoa elea existens ex populo Orthia nominato Dionysio filium nomine Narceon pe

perit:qui bellum cum finitimis gessit:magnamq; potentiam adeptus mineruę cognomento Narcetę ędem condidit. Piera fons est inter Olympiam & Elidem. IOAN. Pieram esse fontem nusq̃ me legisse memini:q; autem Pieria regio sit Macedonię:docet Plinius:quam esse montem Suidas ait:& ab eo musas Pierides denominatas censet. Strabo libro decimo. Piera inquit & olympus:& Pimpla:& Libethrum:quondam loca fuere Thracię:& montes:quos nunc Macedones possidet. Pieria, inquit Stephanus, ciuitas est in cognomini loco:cuius ciuis Pieriotes:& pierites & pierieus. DEM. Victoria alata est in olympia in Iunonis templo. Cypselidę arcam dicarunt in olympia:in qua Cypselus infans a matre conditus est:& cum a Bacchidis quęreretur, tunc.n. Corinthii arcas Cypselas uocabant:unde & nomen puero inditum. In hac arca pictus erat boreas Orithyiam capiens. cui pro pedibus erant serpentum caudę. Est & Milanion & Atalanta cerui tenens hinulum;nec non & Agamemnon habens clypeum:in quo est timor Leonino capite. hoc adhibito epigrammate: οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων ἀγαμέμνων. Est in eadem arca Diana in humeris alas habens nescio qua ratione:& dextra quidem Pantheram:sinistra uero Leonem continens. Est & Aiax e Palladio Cassandrã trahens hac inscriptione αἴας κασάνδραν ἀπ' ἀθηναίας λοκρὸς ἕλκει. HIER. De Cypselo dictum est superius:fuit autem Corinthiorum tyrannus quo tyrannidem occupante Demarathus Lucmonis pater Corintho pulsus Tarquinios Ethruscorum urbem profectus est. erat.n. de Bacchidarum familia:ut libro tertio Alicarnasseus scribit Dionysius:licet in codice latino facto non Bacchidarum sed Bacchiadum familia legatur. Quod autem ad Orithyię raptum pertinet Chœrilus ait eã iuxta Cephissi fluminis fontem flores colligentem a Borea raptam. Heragoras in Megaricis Boream inquit:a quo rapta est Orithyia Strymonis fuisse filium non uentum. Erat autem Orithyia Erechthei filia:ex qua Boreas Zeten & Calaim filios suscepit:ut in nau

machia testatur Simonides. Hermias Platonicus ait Orithy
iam regiam puellam de precipitio a uento Borea deiectam.
hincq; locumq; esse fabulæ datum. Milanionis in Atalantã
amoris meminit his carminibus Musæus παρθένος οὖσα λά
λαθον ἀπ' ἀρκαδίης ἀταλάντη ἥ ποτε μειλανίωνος ἐρασσα
μένου φύγεν εὐνὴν παρθενίης ἀλέγουσα χολωσαμένης δ' ἀ
φροδίτης τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν ἐνὶ κραδίῃ θέτο πάσῃ.
Et Propertius Milanion nullos fugiendo Tulle arbores sęui
tiam duræ contudit Iasidos. Cassandram: ut Philostratus in
heroicis ait: Palladi inhærentem/ac supplicantem de templo
extraxit Aiax Locrensis: nec uiolauit: ut fabulæ mentiuntur:
uerum in tentorium suum adduxit: Cuius conspectę statim
amore captus Agamemnon eam Aiaci eripuit. Cęterũ in pre
dę diuisione cum Aiax sibi esse reddendam Cassandram cen-
seret. Agamemnon ne eam redderet Aiacem falso apud græ
cos uiolati templi accusauit: unde maxima inter eos est orta
inimicitia: quare cum Agamemnon instaret deam esse uiola-
tam: forè q; contenderet: ut uniuersus exercitus periret: in Aia
cem perderent: ueritus Aiax ne sibi: quod Palamedi accideret
nauigio admodum paruo noctu: procelloso existẽte mari au
fugit. Quare apud Gyras petras undis obrutus periit. quod
cum græcis relatũ esset: tanta sunt omnes huiusmodi uiri mor
te solicitudine/ac dolore affecti: ut pauci cibũ sumpserint om
nesq; manus ad Cœlum sustulerint: eumq; uocantes ad ma-
re accesserint: Agamemnonémq; odio sint prosecuti: & Lo-
crensem nauim: qua ad Troiam uectus erat: pyra intus stru-
cta: mactatisq; nigris hostiis: uelisq; nigris additis: subdito pri
us pyræ igni: utpote illi parentantes uentis dederint: quæ uen
tis in altum uecta ante solis ortum: cum iis: quæ Aiaci ferebat
conflagrauit. DEM. Eriphyle Amphiarai uxor fuit: quorũ
filiæ Eurydice: & Demonassa. Acsius Alcmenam quoq; ho-
rum fuisse filiam scriptum reliquit. Baton Amphiarai auriga.
Nox mortis & somni nutrix. Pluto fert clauem: qua appella
tum Haden clausum ferunt: neminemq; ab eo redire. LVD.

Plutonem quasi πλούτου datorem nominamus quoniam diuitię ex terrę uisceribus eruuntur: author Plato in Cratylo. Idem Haden multitudinem ait interpretari quasi ἀειδῆ quod nomen inquit horrentes Plutonem uocitant: se tamen dicit existimare ἀπὸ τοῦ εἰδέναι deductum: q; omnia pulchra cognoscat: ait preterea Plutonem fuisse sophisten. Plutonem uolunt: ut Siculus scribit Diodorus: sepulchrorum funerũ/atq; honorum: qui mortuuis impendũtur: usum introduxisse: hinc factum esse: suspicari licet: ut inferis preesse dicatur. DEME. Vlysses græcorum prudentissimus. Helenus troianorum. IOAN. Græci tamen non Helenum: sed Aeneam Troianorum mentem appellabant ut Hectora manum. pluresq; sibi molestias ab Aeneę temperantia: q̃ ab Hectoris furore inferri ingenue fatebantur: ut in heroicis scribit Philostratus: quod autem ad Vlyssem pertinent: multi Palamedem fuisse prudentiorem ferunt. Cęterum cum a Poetarum principe Homero tantopere Vlysses celebretur: & tam græca quam latina legẽtibus tam frequenter occurrat: placuit eius uitam: mores: gesta: errores: obitum huic nostro opusculo inserere: quod lecturis fore non ingratum spero: nam & qualis extiterit Palamedes obiter percipient: & quicquid Homerus tota fere Odyssea complexus est: breui oratione admonebuntur: quare ut ab eius ortu exordium sumamus. Natus est Vlysses ex Anticlia Autolici filia: & Corinthiorum rege Sisypho: nam quo tempore Corinthiis Sisyphus imperabat: erat uir quidam nomine Autolicus Mercurii: ut fertur filius: furtis ac periuriis insignis: is omnium quę furtim intercipiebat formã immutabat. Itaq; cum & Sisyphi pecora surrupuisset: eodẽ se artificio posse Sisyphum latere arbitratus est. at Sisyphus qui: ut inquit Homerus κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν. sua sibi pecora ex iis nominibus quae singularibus literis eorum ungulis inscripserat cum agnouiset: & ea redhibuit: & ab Autolico benigne hospicio susceptus est: ubi ut nonnulli uolunt: clam patre ut alii uero sentiunt: Anticliam filiam offerente Autolico patre com-

pressit ex quo compressa Iam Vlysse grauem factam: Laertes uxorem duxit: unde ut superius quoq; diximus: adagium est illud deductum. ἐκ σισυφιδῶν δολῶν, quo in eos uti consueuere: qui Calliditate/ac uersutiis ceteris prestare uideantur: dictus est tamen Laertius: perinde/ac si a Laerte fuisset genitus Homerus διογενὲς λαερτιάδη. Ouidius in quinto tristiũ Sic quondam festum Laertius egerat heros: dictus est etiam Ithacus ab ea in qua regnauit insula: haud procul a Cephalenia uniuoce cum conditore: ut Stephanus testatur: unde & Sinon Virgilianus hoc Ithacus uelit: & magno mecentur Atridæ: quin & Dulichius ab insula ei subiecta: nec non & naritius denominatus. Virgilius Dulichias uexasse rates. Ouidius pro duce Naritio nam mala plura tuli. Alexandra apud Lycophronẽ modo δελφινόσημον κλῶπα: modo κόρακα: Vlyssem uerborum inuolucris appellat κλῶπα q; Palladium surrupuisset: δελφινόσημον q; delphinum clypeo insculptũ gestaret κόρακα q; longæuus esset: nam natu iam grandior ad Troiam profectus est: quo factum est: ut Homerus a nonnullis fuerit accusatus: q; Vlyssi ad Nausicaam Alcinoi regis filiam profecto hyacinthinas prębuerit comas: Protesilausque Vlyssem Homeri ludicrũ appellauerit: Euripides κόπιν ἡδυλόγον δημοχαριστήν. Sophocles sapientem appellat. Ita nãq; in ea Tragœdia: quæ Aiax inscribitur Chorum inducit. loquentem.

ὅστις ὀδυσσεῦ μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν
φῦναι τοιοῦτον ὄντα, μῶρος ἐστ᾽ ἀνήρ.

que uerba significant eum penitus descipere: qui Vlyssem nõ dicat esse sapientem sunt preterea qui pellacem sęuum ac fallacem αἷον καὶ τα λασίφρονα appellent: quę rerum ab eõ gestarum testimonio confirmari possunt, fuit autem Vlisses: ut Philostratus testatur, Orator acerrimus. εἴρων δ᾽ ἦν καὶ ἐραστὴς φθόνου, καὶ τὸ κακόηθες ἐπαινῶν. fuit preterea subsimus nec magnus errabundis oculis ob frequentes cogitationes: nam semper cogitanti similis uidebatur: is ut Lycophronis

interpres ait: Icarii laconici, ac Periboeæ filiam Arneam prius deinde Penelopē nuncupatam duxit uxorem: ex qua cum iam Telemachum filium suscepisset: ad Troianum profectus est bellum: non simulata prius insania: ut Poetæ fabulati sunt. nā q̄ Vlysses insaniam simulauerit: q̄q̄ aratro bouem & equū siue asinum iūxerit: & Palamedes Telemacho obiecto redarguerit, poetas id esse mentitos: protesilaus ut legit̄ apud Philostratum, aiebat: Vlyssemq̄ libentissimo animo in Aulidem uenisse asserebat. huius innumera quidem facinora memorantur: minime tamen miranda preter unum: quod ad cauū pertinet equum: cuius fabricator quidem fuit Epeus: & Pallas: Vlysses uero inuentor. Lycophronis tamen interpres ait Prylin Lesbium uatem Mercurii: quem Boeotii Cadmum uocāt filium capiendę Troię modum græcos edocuisse. Nam cum Lesbo gręcorum classis appulsa esset, Palamedis muneribus corruptus Prylis equo ligneo Troiam esse capiendam dixit. in quem Cassandra apud Lycophronem inuecta pręcinit ὡς μήποθ᾽ ὁ κάδμος ὤφελ᾽ ἐν περιρρύτῳ ἴσσῃ φυτεῦσαι λυμεῶνα πατρίδος τὸν τέταρτον ἐξ ἄτλαντος ἁλιμυρέων τῶν αὐτὸ ὁμαίμον συγκατασκάψαι πάτραν πρύλιν quorum uersuum sensus est: utinam Mercurius nunq̄ in Lesbo circumflua Prylin genuisset gręcorum ducem ad euertendam Troiam. quid de Palladio ab Arce Troianę urbis sublato dicam: non ne id quoq̄ inter egregia ipsius Vlyssis facinora recensendum. ausus est. n. una cum Diomede per cuniculos, siue cloacas arcē ascendere: cæsisq̄ custodibus Palladis simulacrum in græcorum castra perferre: in qua tamen re ab ingenio discedere nequaquam ualuit: nam cum in castra reuerteretur, uoluit Vlysses: ut solus surrepti Palladii laudem assequeretur, pręcedentē interficere Diomedem: at Diomedes per lunæ splendorē gladii umbram cum uidisset, Vlyssem pręire coegit: eius terga q̄ sæpissime gladio cædens: unde illud declinatum est adagium Διομήδειος ἀνάγκη: quo in eos utimur: qui necessario aliquid facere coguntur. erat. n. Vlysses usq̄ adeo Laudis, ac gloriæ

cupidus:ut in eo neminem sibi ęmulũ facile pateretur. Quare cum natu maior a Palamede iuniore in concionibus superaretur:ut ęmulum de medio tolleret, Agamemnonẽ in ipsum Palamedem inflãmauit:tamq̃ gręcos ab ipso ad Achillẽ traheret:prima autem inter Palamedem & Vlyssem simultatis/ac dissidii causa hęc fuisse a Philostrato memoratur. cum solis defectu omnes pene graeci perterriti uiderentur, Pallamedes in media graecorum concione huiusce rei causam exposuit:nihilq; mali inde portendi significauit: q̧ si quid significaretur exitiale:id potius iniquis Troianis:quam gręcis iniuriam ulciscentibus fore euidentissime ostendit: esse tamen orienti soli supplicandum:pullumq; equinum candidum immolandum: quam quidem sententiam cum gręci Palamedis naturalibus rationibus ducti cõprobassent, Vlysses inuidia motus in medium processit:& quę inquit sint immolãda:quoq; ritu:cuiq; deorum sit supplicandum Calchantis est indicere, haec.n.ad uaticinia pertinẽt.quę uero in Caelo fiant, ipse Iupiter nouit: a quo illa & constituta:& inuenta sunt. Tu autem o Palamedes minus nugaberis:si quę humi sunt potius:q̃ quae in Caelo fiant, animaduerteris. cui Palamedes:si saperes inquit o Vlysses, intelligeres neminem posse de caelestibus quicq̃ sapienter dicere:qui de terrestribus non multo plura nouerit. unde factum est:ut uterq; alteri iratus inde discesserint quare. cum in alia concione existentibus graecis:forte accidisset:ut more solito grues superuolarent; Vlysses ad Palamedem conuersus: grues inquit testantur:graecos se non te literas adinuenisse. cui Palamedes ego literas non inueni, respondidit:sed ab ipsis excogitatę sunt musis. hę namq̃ iam diu in musarum domicilio huiusmodi indigebant uiro. nam dii talia per uiros sapientes in lucem edunt. grues itaq; non sibi uendicant literas: sed ordinem probantes uolant. tendunt.n.in Libyam cum pygmeis dimicaturę. tu autem de ordine nihil penitus dicere auderes:quippequi nullum in praeliis ordinem teneas. Nam Vlyssi uicio dabatur:q̧ cum Hectorem:aut sarpedonẽ:aut Aeneã

uideret : ordinem statim relinqueret : sunt tamen qui uelint Vlyssem corporis robore tantum ualuisse:ut Aiacem in Palestra superauerit:quod Protesilaus Philostrati usq; adeo negabat:ut diceret si usquam gentium Cyclopes fuissent, maluisset Vlysses cum Polyphemo:q̃ cum Aiace pugnare. Lupi quoq; qui ab Ida monte in planiciem descẽderant, dissidii inter Vlyssem & Palamedem causa fuere.eos enim Vlysses sagittis hastisq; pellendos censebat:at Palamedes/o Vlysses inquit:Lupos Apollo pestis in graecorum exercitu futurae ueluti proemium/ac praeludium facit:& in eos quidem tela:ut in mulos/ac canes iaculatur:praemittit autem eos ad aegrotaturos:;beniuolentiae causa:qua homines prosequitur.Itaq; Apollini Lycio & Φυξίῳ supplicemus:ut has quidem feras suis interimat sagittis:pestem uero in capras a nobis reiiciat:nos autẽ o graeci nostri met curam suscipiamus.oportet.n.ut qui pestem uolunt declinare, ad tenuiorem uictum:motumq; corporis concitatiorem redigantur:quare interdixit ne carnibus uescerentur:& exercitum:atq; iam sibi/atq; oraculis credentem ad olera deduxit.naualibus preterea certaminibus milites exercendos curauit:ipse una cum Achille ad maritimas urbes:insulasq; capiendâs cõcessit:ubi quam plurima memoratu digna gessit:praesertim in Abydi expugnatione . Nam cum in urbis oppugnatione uterq; nocturna pugna uulnus accepissent, Achilles quidem statim in castra regressus est: Palamedes uero ad mediam usq; noctem moratus oppidũ caepit.q, cũ Vlysses intellexisset, tanta est confestim accensus inuidia:ut Agamemnonem sit exhortatus:ut ab Achille quidẽ sibi caueret: tamq̃ ab eo:qui Graecorũ imperiũ affectaret: Palamedẽ uero pinde/atq; totius rei authorẽ occideret.se.n.artẽ excogitasse fatebat̃:qua Palamedẽ q̃ facillime in omniũ graecorũ odiũ adduceret:quare Agamemnoni p̃suasit:ut Palamedem a Lesbo ubi Lyrnessum opugnabat, solũ sine Achille p p̃cones reuocaret:ueluteius machinamẽtis ad capiendã Troiã indigeret.mãdato itaq; Agamẽnonis cũ uenisset Palamedes, falsae proditio

nis accusatus lapidibus a solis Ithacensibus/ac peloponnensi bus obrutus est, cum cæteri quid fieret: græci ignorarent. factum est preterea Agamemnonis iussu edictum: ne a quopiã sepeliretur: quod magnus Aiax neglexit: Palamedemq; post multas lachrymas sepulturæ mandauit: & a græcorum contionibus/ac preliis aliquandiu sese abstinuit. Achilles quoq; cum post domitam Cherchonensium ad exercitum reuersus esset: usq; adeo Palamedis est nece indignatus: ut huiusce rei non Briseidis amicæ causa: per quam diu prælìis non interfue rit. quare cum in suis moraretur tentoriis, Palamedem perin de atq; Heroa sibi lyra sumpsit celebrandum. Mirum est q' de Palamede traditur: qui cum lapidibus peteretur, nunquam mortem deprecatus est: nũquam miserabile quicquam dixit: sed misereor te. o. ueritas. tu. n. ante me periisti dicens lapidibus caput obiectabat: tamquam fore non ignoraret: ut paulo post debitas luerent pœnas. multos habuisse inimicos in exercitu Vlysses dicitur: sed imprimis utrumq; Aiacem: Palamedem: & Thersiten. tamen cum Telamonius Aiax, ut scribit Philostratus, ob Achillis arma Vlyssi adiudicata furore correptus sibi manum consciuisset ad iacentem miseratione motus/ac Lachrymabundus Vlysses arma tulit: & sepelient te inquit cum hiis: quæ tantopere cõcupisti. quam sagaci/quam q; uersuto præditus fuerit ingenio Vlysses, hinc oppido quã facile nnicuiq; datur intelligi: q' se sponte cedendum præbuerit: sumptoq; mendici habitu Troiam speculator ingressus fuerit: ubi ab Helene agnitus soli est Hecubæ ut Euripides testatur indicatus. factum est preterea callidissimo Vlyssis consilio: ut Græcorum fortissimus Achilles inter Lycomedis filias habitu muliebri latens deprehenderetur: & ad Troianum bellum adduceretur: quod procul dubio fuisse a poetis confictum. his uerbis in heroicis indicat Philostratus. Achilles non ut multi fabulati sunt: in Scyro muliebri uestitu in Lycomedis filias educatus est. uerum cum Theseum Athenis post imprecationem in filium Exulantem

Lycomedes in Scyro interfeciſſet: Achilles ad paternum amicum una cum Phoenice iam ſene ulciſcendum profectus Lycomedem cepit: nec interfecit. percunctatus enim cur ſe ipſo meliorem uirum occidiſſet: poſtq̄ accepit iure peremptum: q; ei regnum auferre conatus eſſet, Lycomedi ignouit: Deidamiamq; eius filiam uxorem duxit: ex qua filium ſuſcepit Neoptolemum propterea nūcupatum: q; Achilles iuuenis ad bellum profectus ſit: Herculis quoq; arcus/ac ſagittæ: ſine quibus: ut apud Sophoclem legitur: capi Troia minime poterat, Vlyſſis conſilio ad Troiam delati ſunt. ipſe enim una cum Neoptolemo ad Philoctetem arcu & ſagittis ab Hercule donatum: qui a ſerpēte morſus in Lemno inſula ſubſtiterat: profectus eſt. Quin & Dolon ille troianus: qui quondam caſtra ut Danaum ſpeculator adiret auſus Pelidæ precium ſibi poſcere currus Vlyſſis dolos nequaquam euaſit. Rheſus quoq; Thraciæ rex: qui ſuo ſuorum q; equorum aduentu ſalutē Troianis ſe allaturum ſperauerat, Vlyſſis ſolertia & equis: & uita priuatus eſt. non ne & Laomedontis cineres: qui ſuper Scęa porta diligenter cuſtodiebantur, Vlyſſis conſilio diſſipati: ſed quid in iis ſigilatim recenſendis: quę ab Vlyſſe & caute/& prudenter in Troianę urbis expugnatione excogitata ſunt, immoror? cum. Præſertim tot/ac tanta ſint: ut niſi quam longiſſima oratione compręhendi ualeant: reliquum eſt igitur ut quam breuiſſima fieri poſſit oratiōe: eius poſt Troianę urbis excidium errores proſequamur. tredecim nauibus cum a Troianis oris ſoluiſſet Vlyſſes, omnium primum ad Ciconas tempeſtate delatus eſt: unde cū direpta Iſmaro ciuitate: quæ poſtea Maronia dicta eſt: eſſet diſceſſurus, a ſociis detentus poſtridie cum magna Ciconum manu ex continente coacta dimicare compulſus eſt: quo prælio uictus duobus & ſeptuaginta uiris amiſſis tertio tandem q̄ illuc erat appulſus die adeo ſecundis uſus uentis enauigauit: ut ſe tuto in patriā rediturū ſperauerit: ſed cū ad Maleam Pelopōneſi promontoriū iā peruenisſet: tanta eſt uentorū uiolentia inde detruſus: ut nouē conti

nuos dies procellarum impetu exagitatus, uix decimo tandē die ad Lotophagos hoc est. Camarinaeos impulsus fit. quare cum ex sociis tres ad explorandam regionem pręmisisset: hicq; loti suauitate capti non reuerterentur, ueritus ne quid mali a Lotophagis pateretur Vlysses, Inde noctu in paruam, ac desertam insulam cum reliquis sociis soluit: ubi cum postridie octo, ac uiginti capreas cepissent, totum diem in epulis uersati sunt: uesperi autem ignem in Cyclopum regione lucentem uiderunt. Quare postridie ad paruam insulam duodecim nauibus relictis: sua tantum naui Vlysses in Siciliam traiecit: sumptisq; duodecī sociis, ac uini maronei utre Polyphemi antrum ingressus est: ubi cum post sex socios ab eo deglutitos maroneo uino inebriatum Polyphemum occecasset, ęgre cū reliquis ad nauim, atq; inde ad paruam insulam: ubi a sociis expectabatur regressus est. unde postero die remigio in Aeoliā delatus: ibique per mensem immoratus: acceptis tandem ab Aeolo in utre conclusis uentis, cursum in patriam direxit: sed cum decimo iam nauigationis die & Ithacam: & fumum: & homines ex alto conspexisset: longoq; labore defessus se somno, ac quieti paulisper dedisset, socii utrem: quem pecuniis repletum existimauerant, soluerunt: unde erumpentes uenti tantam excitarunt tempestatem: ut rursus eos ad Aeolum repulerit: quos supplicantes cum Aeolus a se perinde, atq; impios expulisset, septem dierum nauigatione ad Lęstrigonas deuenerunt: unde Laestrigonum saxis duodecim iam perfractis nauibus, ac sociis amissis uix unica naui Vlysses profectus ad Circen homines in feras transformantem peruenit: cuius consuetudine Mercurii ope per annum usus inde statuit discedere. quod cum Circe percepisset. Vlyssem monuit non fieri posse: ut prius in patriam reuerteretur: quam & inferos adiret: & Tiresiae manes consuleret: qua re forti, ac constanti animo peracta ad Circem reuertitur: ubi Elpenore: cuius Vmbram ad inferos uiderat, Sepulturae mandato: cum a Circe eadem omnia: quae a Tiresia

acceperat:intellexisset:Sirenes:Cyaneas insulas:Scyllam & Caribdim:solis boues: Caeteraq;quae sibi essent declinanda, edoctus discessit.unde cum Iam Sirenibus appropinquaret obturatis sociorum auribus, ipse nauis malo adligatus tuto pertransiuit. Inde cum Scyllam/ac Caribdim maximo cum discrimine nonnullis ex sociis amissis preternauigasset, in eam partem Trinacrię delatus est:in qua solis boues dicebantur stabulari:a quibus ut temperarent:cum Vlysses imperasset, Eurylochi tamen impulsu ad interiora insulę Vlysse supplicatum profecto/ac quiescente solis boues & mactarūt & epulati sunt:quod profecto in causa fuit:ut inde soluentes tanto procellarum ęstu urgerentur:ut uix solus caeteris cū naui obrutis:in Ogigiam Calypsus insulam nouem dierum natatione peruenerit:ubi cum apud Calypso septem esset moratus annos, octauo tandem anno Ioue ita iubente, deam neglecta immortalitate:qua ab ea donabatur:structa rate reliquit.uerum cum decimus/atq; octauus nauigationis dies ad esset:Iamq; Corcyram spectaret,ea est Neptuni in Vlyssem odio excitata tempestas:ut disiecta rate se nudum in fluctus deiecerit:cuius natantis miseratione commota Leucothoe τὸ κρήδεμνον Vlyssi porrexit:cuius adminiculo cum tertio natationis die in Phęacum littus sospes euasisset:& sequēti nocte in syluis arborum foliis opertus quieuisset, postridie a Nausicaa Alcynoi regis filia:quae Palladis consilio ad uicinum syluis flumen:ut uestes lauaret cum ancillis uenerat, & indumētis donatus est: & benigne monitus: ut domum ad Areten matrem supplex accederet:quo facilius quę cunq; concupisceret, assequeretur.quod cum fecisset Vlysses:omnium quae passus fuerat:suauissima narratione usq; adeo & Alcynoum:& Areten: & Phęacum proceres sibi conciliauit, ut maximis cum muneribus prosecuti in patriam remiserint.ubi cum Penelopes procos astu/atq; insidiis circumuentos interfecisset, se uxori indicauit:posteroque die ad patrem ruri iam diu morantem profectus est. Interea procorum cognati quod ab

Vlysse gestum fuerat: cum accepisset: omnium primum eius domum petierunt: & cadauera sepulturę mandarunt: deinde armis instructi in agrum: ut Vlyssem ulciscerentur, profecti Palladis consilio Vlyssi reconciliati arma deposuerunt. Cęterum Vlysses oraculo monitus cum ad Eurytanas Epiri gentem profectus sacra fecisset/atq; inde domum reuerteretur: iā senio confectus a Telegono filio: quem ex Circe susceperat: dum gregibus suis auxiliatur περὶ [illegible] ut Oppianus testatur, imprudēter interfectus est. pernicioso autem [illegible] aculeo fuisse peremptū nonnulli existimarunt: unde Nicander in Theriacis de laetifero marinę turturis aculeo locutus addit. [illegible]: quorum uerborum sensus est fama est Vlyssem pernicioso turturis ictum aculeo interiisse. haec sunt: quae ad Vlyssem maxime pertinentia quatuor & uiginti libris Homerus complexus est. DEM. Menelaus Paridi opponitur: Diomedi Aeneas: Aiaci Telamonio Deiphobus. Thronium ciuitatem ad Ceraunia montes condiderunt Locri: ex Thronio ciuitate: quae est ad Boagriū fluuium: & Abantes ex Euboea ad Ceraunia cum a Troia redirent: tempestate delati: & Abantida nominauerunt regionē: cui imperabant. HIER. Thronium inquit Stephanus ciuitas Locrorum. Homerus [illegible] Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα: gentile Thronius/& Thronites/& Thronicus: Thronites autem a Throniotes. Abantis dicta est Euboea: ut Hesiodus testatur: nomen autem accepit ab Abante argiuo: uel a Neptuni atq; Arethusę filio: ut Aristocrati placuit: gentile Abantes. DEM. Asopi fluminis filiae/Nemea/Aegina/Harpinna Oenomai regis mater/Corcyra/Thebe. Hyblę ciuitas Sicilię cognomine Gereatis: ubi templum est Hybleae deę: quod Siculis maximae est uenerationi. Hybleos prodigiorum/ac somniorum esse interpretes Philistus Archomenidę filius inquit: omniumq; in Sicilia barbarorum pientissimos esse testatur. LVDV. Hybla inquit Stephanus:

tres Sicilię ciuitates. Est maior cuius ciues Hyblæi: parua cuius ciues Hyblæi/Galeatę/Megarenses: minor uero Nera nominatur. Est & Italiæ ciuitas a rege Hyblo: una autem ex Hyblis Tiella nũcupatur: ut Philistus siculorum quarto memorat. DEM. Memmius romanorum primus Iouem ęneũ ex pręda Achaica in Olympia dicauit. In olympię Bulcuterio Iouis est simulacrum: qui ὅρκιος cognominatur: habet autem in utraq; manu fulmen. iuxta hoc simulacrum constitutum est Athletis: eorumq; patribus/ac fratribus: & Gymnastis: & iis qui equos iudicant: per Aprum iurare nihil fraudis per se in certaminibus futurum. Hostiam: per quam aliquis iurasset: non amplius inter edulia hominibus apponi apud ueteres statutum erat: ut Homerus testatur: qui præconem inducit aprum in mare porricientem: per quem Agamemnon Briseidem sui esse expertem lecti iurauerat. Motye ciuitas in Sicilia ad Pachinum a libycis/ac Phoenicibus habitata. IO. Motye ciuitas Siciliæ a Motye muliere: quæ Herculi eos indicauit: a quibus eius boues fuerant abacti: ut Hecatęus in Europa testatur. at Philistus φρούριον ipsam Sicilię ait esse maritimum: cuius gentile Motyseus. Est & Motylæ Siciliæ Castellum: circa Motyen: ut idem siculorũ quarto Philistus scribit. Gentile Motyleus. DEM. Siciliam tot habitant gentes sicani/Siculi/& Phryges: hi quidem ex Italia in ipsam traiecere: Phryges uero a Scamandro flumine: & Troade regione: at Phoenices & Libyci communi classe in Insulam uenere: Carthaginensiumq; sunt coloni. Tot barbarę quidem gentes incolunt Siciliam: ex gręcis uero Dorienses ipsam habent: & Iones: & Phocenses Atticique generis portio non multa. HIERO. Sicilia, inquit Stephanus: & regio & Insula. gentile Siculi: & Siceliotæ: & hi quidem a Conditore & principe regionis: a quo & regio: ut Thessalo cuius Thessalia: hi uero postea profecti cum regionem prænominatam offendissent: ab ea cognominati sunt: ut a Phthia Phthiotæ. ab Italia Italiotæ: sic a Sicilia Siceliotæ. est & alia Sici-

lia circa Peloponnesum. uetustissimi Siciliæ habitatores Cyclopes fuere: & Lestrygones: ut in sexto meminit Thucydides: sed unde uenerint: quo ue abierint: se ignorare ingenue fatetur: post quos: ut idem est author Thucydides: sicani Iberes a Sicano Iberię flumine denominati insulam tenuere: & Sicaniam a suo nomine appellarunt: cum prius Trinacria diceretur: mox Siculi ab Opicis ex Italia pulsi insulã inuasere: præliocꝫ superatos sicanos ad eas Insulę partes miserunt: quæ ad meridiem / atqꝫ hesperum uergunt: insulamqꝫ pro Sicania Siciliam nuncuparunt. Trinacria dicta est Sicilia: uel a tribus promontoriis: uel a Trinaco heroe: ut Sibylla his uerbis indicat: ἂν ἴκτισε Τρίνακος ἥρως υἱὸς ποντομέδοιο ποσειδῶνος. DEM. Via quę ex Elide in Olympiam fert, Hiera nominatur. Achiui eorum simulacra in olympia dicarunt: qui singulari certamine ab Hectore prouocati sorte pugnare non recurrunt. erant autem nouem: sed nomina trium tantũ extabant. Vlyssis Agamemnonis: & Idomenei: qui Minois regis nepos cum a sole: & Pasiphae duceret originem, Gallum gallinaceũ in Clypeo ferebat. aiunt. n. hanc auem esse soli consecratam: solisqꝫ ortum pręnunciare. Vlyssis Imaginem Romam a Nerone translatam ferunt. Thasii a Phœnicibus originem ducunt: qui ex Tyro cum Thaso Agenoris filio ad Europes inquisitionem nauigarunt. LVD. Thasus, ut Stephanus scribit: insula est ad Thraciam: ubi Telephe Europes mater decessit a Thasso denominata. erat autem Thasus Hercule uetustior. siquidẽ ab Agenore Prœtus erat. Agenoris aũt frater Bel9 Beli Aegyptus: cuius Lynceus: cuius Abas: cuius Danae: cui9 Perseus: cuius Alcæus: cui9 Amphytrio: cui9 Hercules. q̄ aũt Thasus Aeria quoqꝫ appellata sit, ex oraculo Archilochi filio dato constat ἄγγειλον παρίοις τελεσίκλεις ὥς σε κελεύω νήσῳ ἐν ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ. DEM. Heraclea condita est ad Euxinum pontum. deducta est autem a Megarensibus colonia: cuius conditionis Tanagrei pŕcipes fuere. Phormis uir Menalius duos in Olympia dicauit equos: quorũ in

altero a Dionysio argiuo effícto Hippomanes esse Elei referunt: nam magico quodam artificio equos ad se incundum ita allicit: ut nisi flagellis inde possint amoueri. Lydiis cognomine persicis templa sunt: & in ciuitate Hierocęsarea nuncupata & Hipępis: quorum in utroq; domicilium extat: & in domicilio super ara cinis ab alio cinere colore differens: ingressus autem Domicilium uir magus ligna arida super cinerem ponit: Tiaramq; capiti imponit: quo facto inuocat ex libro deos barbaros: graecis incognitos: statimq; ignis excitatur. IO. Lydia regio ut Xanthus lydiacorum primo ait. gẽtile Lydus & Lydęus. Hierocaesareae ciuitatis nullam Stephanus mentionem facit Hypaepa uero Lydiae ait esse ciuitatem ad Aepos appositum montem conditam: cuius gẽtile Hypępenus: quã Veneris dono pulcherrimas habere mulieres dicit. DEM. Sipte & ciuitas: & murus quidẽ Thracius uidetur esse. Hęc sunt quę de quinto Pausaniae libro duximus excerpẽda. Cras deo iubente sextum aggrediemur. HIER. Tertia diei hora: ut iusseras ad te reuersi sumus: quare sextum Pausanię librum cum uolueris auspicari licebit. DEM. Bene utiq; factum: nam quod instabat negocium iamdudũ expediuimus: ipsum itaq; iam audite Pausaniam loquentem. Thrasybulus uates fuit Eleus ex eorum numero: qui Iamidae ab Iamo Apollinis filio cognominati sint. ueteres hedorum: Agnorũ: uitulorũq; inspectis intestinis futura predicebãt. Cyprii quoq; ex suum intestinis ariolabantur: solus uero Thrasybulus canum extis uaticinabatur: quod ex eius simulacro in olympia existẽte colligitur: ad cuius humerum dextrum obrepit Mustellus: & canis hostia bifariam sectus: iecurq; ostendẽs iuxta ipsum iacet. LVD. Obseruabant uates & flammam: quae ex combustis hostiis edebatur: ut Didymus ait: nec non & Bilem quo pacto humorem iacularetur: uesicam preterea ore lana colligato igni imponebant: & quo pacto disrumperetur: & in quam partem lotium funderet, aduertebant. colligebantur & ex hostiarum cauda uaticinia: nam igni inflexa belli difficultatem

indicabat:extensa:& deorsum nuens cladem futuram:in altũ uero erecta uictoriæ indicia præseferebat. Catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum ueteres:inquit Plinius:ut etiam placandis numinibus hostiarum uice iis uterētur.geni to mane Catulo res diuina fit. In cęnis deorum etiam nō po nitur catulina adicialibus quidem epulis celebrem fuisse plau ti fabulę sunt indicio:uomitionem canis monstrasse uidetur: ut idem Plinius author est. Cęterum posteaq̃ in canum inci dimus mentionem, non ingratum fore arbitratus sum:si fidis simi canis exemplum ab Aeliano gręcis literis mandatum:in latinum conuertam sermonem. Colophonius quidam merca tor mercimonii emendi causa Teon Ionicam ciuitatem pete bat:eum seruus/ac canis comitabantur:seruus pecunias fere bat.accidit forte ut inter eundum seruus exonerandi corpo ris desiderio teneretur:cuius rei causa paululum a uia recedit. canis sequitur:nũmatum marsupium iuuenis deponit:mox ibi relicto obliuione marsupio discedit:canis super argento pro stratus tacitus quiescebat: interim mercator una cum seruo Teon profectus re infecta reuerti:cum non esset soluendo, co actus est:sed cum eadem uia:qua seruus marsupium relique rat, domum rediret, canem uix dum præ fame spirantem sac culo incumbentem offenderunt:qui dominum/ac conseruum conspicatus a marsupio cum se ipsum remouisset, eodem tem pore & custodiam & spiritum amisit.non est itaq; mirandũ: quod apud Euripidem in Medea legitur:seruũ bonum/ac fru gi res domini male succedentes suam ducere calamitatem:cũ canis animal nulla præditum ratione pro herili re seruanda uitam neglexerit.Erubescant nunc:qui dominorum res surri piunt:dominos deserunt:heris insidiantur:nec pluris fidem q̃ cassam nucem faciunt. DEM. Caulonia achæorum colonia in Italiam a Thyphone Aeginensi deducta est:eo autem tem pore a campanis romanorũ sociis capta solo æquata est: quo Pyrrhus rex cum Tarentinis contra romanos pugnauit. IO. Caulonia, inquit Stephanus ciuitas Italiæ:quam Auloniam

Hecatęus propterea nuncupat q in media ualle sita sit: αὐλὼν.n.uallis dicitur. Est & alia in Sicilia: & Locrorum alia: cuius ciuis Cauloniates dicitur: & foemininum cauloniatis. dicitur & caulonius: sed quia a Typhone Aegiēsi deductam Pausanias ait: unde Aegiensis deriuatum sit uideamus. Aegion ciuitas est Achaiae ut Eudoxus in sexto ait, cuius ciuis αἰγιεύς ut oraculum ὑμεῖς δ' αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι.
DEM. Olympici montis alterum quidem latus Macedoniam spectat: alterum uero ad Thessalos/ac peneum fluuiū uergit. hic Pulydamas inermis immanem interfecit Leonem: praeterea ad armenta profectus taurorum ferocissimum ab extrema alteritis posteriorum pedum ungula capiens tenebat: nec prius reluctantem dimisit q̄ relicta ungula taurus aufugerit: ab Auriga etiam consulto agitatum currum una manu comprehensum cū equis retinuit: mox a Dareo Artaxerxę notho persarum rege muneium pollicitatione accersitus Susa profectus est: ubi tres uiros ex his: qui immortales appellantur: cū uno ipso pugnantes interemit: is in spelunca periit: dum solus uiribus confisus: cęteris qui cum eo erant fugientibus prę rupta montis cadentia conatus est sustinere. HIER. Olympus Mysię mons: Arrhianus Bithyniacorum primo habitantes olympeni dicuntur. est & ciuitas Pamphyliae: ut Strabo in quarto decimo ait: gentile simile author Stephanus. Macedonia regio a Macedonia quam Iupiter ex Thyia Deucalionis filia suscepit sic denominata: gentile Macedo communi genere dicitur & Macedonis foeminino genere: nec non & Macedonius/& Macedonica regio. dicitur & Macetes masculinum. Macetis mulier & Macessa adiectiue: ut heraclides: & Macetta duplici. τ. & simplici. Thessalia: inquit Stephanus a Thessalo dicta est: quae prius Pelasgia dicebat. hic ciconias interficere nō licet. serpētes.n. regióis interimūt. ciuis Thessaliotes/& Thettaliotes/& Thessalius/& Thessalis/& Thettalis. Est & Thettalis quoddā calciamēti genus: ut Lysis i Baechis ostendit. Susa persica est insignis ciuitas, ut Stephanus

ait a Memnone condita.nomẽ autem accepit a Liliis ibi pro
uenientibus.Susan.n.barbari lilium uocitant:ciues Susii di-
cuntur:quos & Cisios nominatos aiunt a Cisia Memnonis
matre:& susiana regio:& susiana Villa. DEM. Cęcines flu
uius Locridem a Rhegine dirimẽs:mirum quod ad Cicadas
pertinet, facit.Citadæ.n.in Locride existentes usq; ad Cæcie
nem:ut reliquę canunt : sed si fluuium in Rheginum agrum
pertransiuerint, nullam omnino uocem emittunt. LVDV.
Plinius de Cicadis loquẽs in Rhegino inquit agro silent om
nes:ultra flumen in locris canunt. ὁ λοκρὸς τέττιξ inquit
Aelianus, ἐν ῥηγίῳ σιγηλότατός ἐστιν, ὁ δὲ ῥηγῖνος ἐν τοῖς
λοκροῖς ἀφωνότατος.Alex fluuius inquit Eustathius:rhegi
num agrum a Locride disgregat.Est autem huiusce loci pro-
prium:ut quæ in Locride sunt Cicadę canant:in Rhegino ue
ro agro sileant:cuius rei causam ferũt:q; in altera parte locus
adeo sit Vmbrosus:ut cicadæ frigidæ/ac rosidæ tuniculas mi
nime cõtrahere sonitumq; emittere possint:in altera uero par
te:q; assidue apricentur:aridas/ac pene corneas esse membra
nas:ideoq; sonitum edere. DEME. Euthymus locrensis ge
nere:ex iis:qui in Italia ad Zephyrium promontorium habi
tant patrem habuit Astyclem:uel ut alii uolunt:Cecienen flu
uium:qui Locrensem a Rhegino agrum dirimit.Is multis in
certaminibus superior extitit.quo factũ est : ut eius statua in
olympia posita fuerit.pugnauit & in Temesa Italiæ ciuitate
aduersus heroem.erat autẽ Dęmon cuiusdam ex sociis Vlys
sis illuc tempestate delati:qui Temesæ lapidibus idcirco ob-
rutus fuerat:q; ebrius uirginem uiolasset.huic Dęmoni ciuita
tem infestanti oraculo moniti Temesios ei dedicarunt : tem-
plumq; condidere : uirginemq; singulis annis pulcherrimam
offerebant:sed cum Euthymus Themesam uenisset:eorumq;
consuetudinem:ritumq; animaduertisset:puellamq; conspica
tus eius amore captus esset, Demonem ad puellam templum
iam ingressam uenientem adortus extra ciuitatem expulit ad
mare.ubi statim euanuit.quare Euthymus & celebres sibi nu

ptias comparauit:& eos omnino a Dæmone infestissimo libe
rauit. IOAN. Temesa inquit Stephanus ciuitas Italię:cu-
ius in primo odisseæ meminit Homerus.cuius ciuis Temesę
us. DEM. Vir quidam ex Stymphalio Dromęus nomine
duas quidem in olympia consecutus est uictorias: totidemq;
Pythicas:tres uero in Isthmo.at in Nemea quinq;.dicitur au
tem ut athletæ carnibus uescerentur excogitasse: cum antea
iis ex fiscellis caseus cibus esset. HIER. Stimphalus, ut Ste
phanus ait: ciuitas est Arcadię/& cognominis campus: &
fons.ciuitas communi genere dicitur.gẽtile Stimphalius/Stim
phalia Diana:& palus:& mulier. Athletæ ut in uigesimo ter
tio author est Plinius:siccis ficis pascebantur:q; corpus/& ui
res adiuuent. Pythagoras exercitator primum ad carnes eos
transtulit. DEME. Damarchus olympionices in olympia
staturam habuit:ut inscriptio testatur υἱὸσ Δινύτα δάμαρ
χος τάνδ' ἀνέθηκεν εἰκόνα ἀπ' ἀρκαδίας παῤῥάσιος γενεάν
is dicitur dum Ioui Lyceo sacra faceret in lupum cõuersus: rur
susq; decimo post anno sibi restitutus. LVDV. Huius Da
marchi meminit Plinius ubi de lupis loquitur: licet ibi Demar
chus non damarchus legatur. DEM. Timanthi cleonæo:
qui pancratii inter uiros coronam adeptus est, huiusmodi ui
tæ finem contigisse memorant. Desierat iam certamina adire:
ut tamen singulis diebus uires experiretur suas, magnum ten
debat arcum.peregre autem profectus hanc tendendi arcus
meditationem ommisit, quare cum domum reuersus arcum
tendere non ualuisset: in ardentem rogum se uiuum iniecit.
IOAN. Huius Timanthis mentionem facit Suidas iisdem
fermequibus Pausanias uerbis.addit preterea quicquid huius
modi accidit hominibus non fortitudinem: sed insaniam ap-
pellandam. DEM. Hoc etiam a Pausania sumptum.idem
enim & ipse ait. Chimonis statuæ opus est Naucydis: ut mi-
hi uidetur: ex iis: quę maxime probantur:& quę in Olympia
est:& quę Romæ in tẽplo pacis Argis delata.fama est Tau
rosthenem Aeginensem a Chimone lucta superatum, ipsum

uero Taurosthenem sequenti olympiade in palęstra uictorē
extitisse: eodemq; die simulacrum Taurostheni: simile in Ae
gina uictoriam nunciasse. Gelo Syracusarum Tyrannus fuit
anno secundo septuagesimæ secundæ olympiadis Hybrilide
Athenis regnante: quo anno Tisicrates in olympia euasit su
perior. HIER. Geloni κολυμβήθραν septem stadiorum la
titudinis: & uiginti cubitorum altitudinis Agrigentini struxe
runt: in quam tam flumina q̄ fontes confluebant: eratq; ua
riis piscibus referta/ac Cycnis: author Athenę⁹. cornu Amal
theæ locus est: ut inquit Daris: quem struxit Gelo in nemore
amęnissimo iuxta Hipponion ciuitatem. DEM. Gelo qui
currum in olympia dicauit tertia & septuagesima olympia
de superior fuit: erat autem uir priuatus: cuius: & currū & ima
ginem Aegineusis Glancias fecit. Cleomedes Astympalęen
sis ab Hellanodicis damnatus: uictoriaq; defraudatus: q, Ic
cum in pugna occidisset nimio dolore ad insaniam redactus
est: Astypalæamq; reuersus ludum est ingressus literarium:
columnaq; cui tectum inhęrebat euersa: ad sexaginta pueros
tecti ruina collisit: quare a ciuibus lapidibus petitus in Palla
dis templum confugit. ibiq; se in arca quadam condidit. quā
Astympalęenses aperire diu frustra conati tādem arcæ ligna
confregere: Cleomedēq; nusq̄ inuenere: unde consultus Apol
lo respondit ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς, ὃν
θυσίαις τιμᾶτε μηκέτι θνητὸν ἐόντα: quod ita factum est.
LVD. Astipalæa inquit Stephanus: una est insula de Cycla
dibus: uocabatur autem Pyrrha Caribus eam detinentibus:
postea Pylæa: mox θεῶν τράπεζα: q, florida esset: nomen
autem accepit ab Astymphalęa Ancæi matre. secunda ciui
tas est in Co insula: tertia insula inter Rhodum & Cretam ci
uitatem habens: quarta ciuitas est in Samio: quinta promon
torium iuxta Atticam. gentile Astympalæeus & Astympa
lęates. Hellanodicæ, ut Suidas ait: Iudices erant in certamini
bus. Elei primum Hellanodicen unum constituerunt: mox
duos: deinde nouem. Aristodemus Eleus postremos Hellano

dicas decem fuisse memorat: ex singulis tribubus singulos.
DEM. Simonidis Leoprepis filii Epigramma est in Philo-
nis laudem: cuius statua erat in olympia πατρὶς μὲν κορκύ
ρα φίλων δ᾽ ὄνομ᾽ εἰμὶ δὲ γλαύκου υἱὸς καὶ νικῶ πὺξ δύο
λυμπιάδας. Glaucus Carystius ex Anthedone Boeotiorum
ciuitate fuit: cuius genus a Glauco deo marino deducitur. pa
trem autem habuit Demylum. hic Glaucus cum terram pro
scinderet: uomerque ex aratro decidisset, manu uice malei usus
uomerem aratro rursus adegit. quod cum pater animaduertis
set, ad olympiam eum adduxit. ubi cum pugilatu se exerceret:
nesciretque aduersarium repercutere: aratri a patre admonitus
superior in certamine euasit. sepultus est in insula quę adhuc
Glauci dicitur. huius statua a filio in olympia dicata est: quæ
ad umbram pugnantis figuram præsefert. erat. n. optimus ma-
nuum agitator: quam Aeginensis Glaucias fecerat. IOAN.
Huius Glauci Carystii meminit & Suidas: quem ait optimum
fuisse pugilem: & uigesima quinta olympiade coronatum: &
in Pythiis ter: in Isthmiis decies uictoriam consecutum: cui in
primo certamine referire aduersarium ignoranti pater dixisse
fertur: παῖ τὴν ἀπ᾽ ἀρότρου. quod cum audiuisset uehemen-
tius aduersarium urgendo uictoriam adeptus est. fuit Carysti
us a Carysto Euboeæ ciuitate sub Oche monte posita: ut Ste
phanus ait: dicta est autem Carystus a Carysto Chironis fi-
lio: quam Theodoridas Chironiam appellat: sita est ad Myr
toum mare. dicebatur & Aegęa ab Aegone imperante: a quo
mare Aegæum nomen accepit: est etiam Carystus locus τῆς
ἄσνος ad Arcadiam: a quo Carystium uinum dixit Alcman.
DEM. Quinta/ac sexagesima olympiade armatorum cur-
sus institutus est: qua uictor fuit Damaretus: cui & ipsi/& fi-
lio/& nepotibus binę in olympia uictoriæ contigerunt. Da-
mareti statuam Clypeum tenentem galeatamque/& Ocreatā
Eurelidas/ac Chrysothemis argiui effinxerunt. Phoenix & Co
rax Cleosthenis Epidamnii equorum sunt nomina: qui una
cū curru: & auriga in olympia dicati sunt: opus Agelidę cur-

rui additum est Epigramma κλεοσθένης μ᾽ ἀνέθηκεν ὁ πόντι
ος ἐξ ἐπιδάμνου νικήσας ἵπποις καλὸν ἀγῶνα διός. hic ex iis: qui equos in græcia alebant: primus in olympia statuā dicauit. Epidamnus nunc Dyrrhachium a Conditore dicitur. HIER. Epidamnus Corcyrensium ciuitas inquit Dion a dorsi asperitate Dyrrhachium est a Romanis appellata: ne malo Epidamni omine eo traicientes offenderentur, Romana lingua ad damnum significante dictione. Epidamnus: ut Stephanus ait: ciuitas fuit Illyrica in Cherrhoneso Dyrrhachio nuncupata. Est & alia in Sinu Ionio: gentile Epidaunius Dyrrhachium: ut idem est author Stephanus: ciuitas Illyrica Epidamnus appellata ab Epidamno: cuius filia Melissa a qua locus Melissonius: ubi a Neptuno compressa est. Alexander in Europa Disrachium cum .s. uocat. Est & alia laconica: una de centum. DEM. Philippus Amyntę filius: & Alexander Philippi: & Seleucus Equestres in olympia ab Eleis dicati: Antigonus uero pedester: Theagenes Thasius Timosthenis: uel ut Thasii uolunt: Herculis filius mille & .cccc. adeptus ē coronas: cuius simulacrum: q͂ casu hominem occiderat, in mare proiectum Apollinis iussu expiscatū: restitutumq; est: quare diuinos honores: & in gręcia & apud barbaros est consecutus: uotaq; ei: perinde/ac si morbis occurreret soluta. LVD. Multi fuere Theagenes ut Suidas scribit. Fuit .n. Theagenes Atheniensium princeps omnium munificentissimus/ac liberalissimus: fuit & alius Theagenes adeo timidus/ac formidolosus: ut ab eo prouerbium deductum sit θεαγένους ἑκάτειον q͂ hecates haberet simulacrum: nec quopiam proficisceretur: quin Hecaten consuleret: qui καπνιὸς appellabatur. Est & aliud adagium a Theagene quodam paupere quidem: sed iactabundo deriuatum θεαγένους χρήματα: quo in eos uti consueuimus qui cum summa rerum inopia premantur: se tamen esse quam ditissimos dictitant. fuerunt alii duo. Theagenes quorum alter de Homero scripsit: alter ut mollis notatus est. hic autem pauper cum esset magnus haberi mercator cupie-

bat: qui propterea est κάπρος nominatus: quod multa pollicitus nihil perficeret. DEM. Gelo Hieronis syracusarũ Tyranni filius Nereida Pyrrhi Acacidę filiã uxorem duxit. Leónida rhodius cursor optimus. Naxus ciuitas a Chalcidẽsibus in sicilia cõdita: ex qua fuit Tisander Cleocriti filius: q̃ ĩ olympia quater: totiesq̃ in Pythicis certaminibus uictoriam est cõsecutus. IOAN. Naxus insignis est inter Cycladas insulas inquit Stephanus: a Naxo Carũ duce sic cognominata. Sunt qui uelint a Naxo Endymionis filio nomẽ accepisse: Emphorion παρὰ τὸ νάξαι quod secundũ quosdã est sacrificare dictam ait. Asclepiades hystoriæ mandauit naxias mulieres solas octauo mense parere uel Iunonis dono: quod Dionysio amica facta sit: uel quod ipse Dionysius ita sit in lucẽ editus. ait preterea ibi esse fontem: ex quo perq̃ dulce defluit uinũ. Est & Siciliæ ciuitas Naxus: & alii loci Naxi appellati. gentilia Nasii DEM. Aura nomen erat equæ Phidolę corinthii: quę ideo in olympia dicata est: quod ipsa p se casu delapso rectore uictoriã sit assecuta. Pythocritus Sicyonius fuit auletes. Milonẽ Diotimi filiũ celebrauit Dameas: & ipse Crotoniata. fuerũt aũt Miloni sex in olympia palestrę uictorię: ex quibus una inter pueros: in Pythiis aũt certaminibus sex inter uiros: una inter pueros: profectus est. & septimũ in olympiã luctaturus: sed Timasitheũ crotoniatã ætate iuuenẽ superare nequaq̃ ualuit. dicitur aũt Milo suã ipsius statuã ἐς τὴν ἄλτιν tulisse: aiunt etiã ipsum ita malũ granatũ cõtinuisse: ut nec conantibus eripere p̃mitteret: nec malũ ipse premendo collideret. In disco ꝑterea ita cõstitisse: ut oẽs irruentes: trudentesq̃ ac de disco educere nitentes derideret: alligata aũt fronti chorda æq̃ ac si teniã aut coronã circũposuisset, anhelitũ itra labra cõtinebat: & capitis uenas ita sanguine replebat: ut p̃ uenarũ uiribus chordã disrũperet: dexterę quoq̃ manus qđ ad cubitũ ab humero est lateri admouebat: qđ uero a cubito extat: ĩ rectũ digitorũ protendebat: ex quib⁹ pollice sursum uersus reflexo: reliquis sibi inuicem per seriem incumbentibus nemo ne maximo quidẽ

conatu minimum digytorũ correxiſſet.a feris aũt diſcerptum ferunt. HIER. Suidas eadẽ ferme omnia quæ Pauſanias de Milone literarũ mandauit monimentis:quẽ hoc pacto uitam finiſſe memorant. Nam cum aridam arborem cuneis diductã offendiſſet,uirium elatione ductus manus,ut arborem diſpeſceret,rimæ impoſuit:unde delapſis cuneis ita manus ab arboris coeuntibus partibus detentę ſunt:ut a lupis deprę henſus/ac dilaceratus ſit.maxima.n.luporum copia in Crotoniẽſi uerſatur regione. DEM. Gorgias Leontinus Carmatidæ filius orationum meditationem iam in totum neglectam dicitur recuperaſſe. LVD. Hic eſt ille Gorgias:qui ut Plato refert:Lariſſeos aſſuefecit:at intrepide:& alto animo interogantibus reſponderent:ut ſcientes decet:quippe & ipſe gręcorũ cuiq; rogare quicquid uellet concedebat/ac ſingulis reſpondebat:nam ut idem eſt author Plato:ſummum eſſe hominis bonum aſſeuerabat:& in iudicio iudicibus:& in conſilio conſulentibus:& in concione concionantibus poſſe uerbis perſuadere. Is:ut Plinius in trigeſimo tertio ait,hominũ primus auream Statuam & ſolidã Delphis in templo ſibi poſuit ſeptuageſima circiter olympiade.tantus erat docendę oratoriæ artis quæſtus. DEM. Eperaſtus fuit ex Clytidarũ genere uates: ut fatetur epigrãma τῶν δ' ἱερογλώσσων κλυτιδᾶν γένος εὔχομαι εἶναι μάντις, ἀπ' ἰσοθέων αἷμα μελαμποδιδᾶν. IOAN. Homerus decimo quinto Odyſſeæ libro eos:qui a Melampode deducti ſunt:ita recenſet.ex Melampode Antiphates:& Mantius geniti: ex Antiphate natus Oicleus:qui Amphiaraũ genuit:ex quo Alcmaon:& Amphilochus nati. Mantius aut Polyphidem & Clitũ genuit: ſed Clitũ aurora rapuit:Polyphidẽ Apollo uatũ reddiditpreſtantiſſimũ:ex quo natus Theoclymenus:quare Eperaſtũ:cuius Pauſanias meminit a Clito homerico duxiſſe genus crederem,niſi Syllabæ quantitas recuſaret:nam Clitus homericus penultimam producit:quippe quę.e.& iota diphthongo ſcribitur:ille uero corripit:&.y.ſcribitur. DEM. Anaximenes qui res geſtas a

Philippo Amyntę filio:& postea ab Alexandro magno conscripsit:Lampsacenos persarum partes secutos ab Alexandri furore Sophismate liberauit.nam cum Alexander iurasset:se eorum nihil facturum:quæ pro Lampsacenis petiturus uidebatur,petiit ut eorum ciuitatem solo ęquaret.quare Alexander Lampsacenis parcere coactus est. iratus preterea Theopompo maledicos libros Theopompi nomine inscriptos per totam gręciam disseminauit. HIER. Fuit hic Anceximenes ut Suidas ait Aristoclis filius Lampsacenus rhetor:Diogenis Cynici discipulus:& Zoili grammatici:qui in Homerũ scripsit Macedonis Alexandri preceptor: cuius castra secutus est.is ut Theopompũ Damostrati filium sibi inimicum ulcisceretur:cum Sophistes esset:& sophistarum orationis optimus æmulator:in Athenienses/ac Lacedemonios conuiciosissimum librum composuit:quem Theopompi nomine inscriptum per ciuitates dimisit:quo factum est ut in Theopompum odium per totam gręciã augeretur:Lampsacus:ut Stephanus ait, ciuitas est ad Propontidem a Lampsace puella indigena denominata. Est & Phocaensium conditio quondã Pityus nuncupata:ut Cyricenus ait Deichorus. Epaphroditus autem Pityeam ab Homero inquit uocatam:q; pinorum copiam habeat,Laomeduntiam appellatam. Est autem uini ferax:unde a Persarum rege est Themistocli data. Demosthenes ob uini copiam a Priapo ueneris/ac Dionysii filio fuisse cõditam dicit. gentile Lampsacenus. DEME. Tartessium in Iberum regione fluuium esse dicunt:qui duobus ostiis in mare delabitur:& in ostiorum medio cognominem flumini sitã esse ciuitatem:fluuium aũt ipsum omnium:qui in Iberia sunt:maximum:& ἄμπωτιν prębentẽ:posteriores Bętim nominarunt.sunt qui Çarpiã Iberũ ciuitatẽ appellari existiment:quæ prius Tartessus dicebatur. LVD. Tartessus inquit Stephanus:ciuitas est Iberię a flumine de Argiro mõte defluente nominata. Iberes autem ut Eustathius ait, ab Ibere fluuio: uel a rege quodam Ibere.Celtus.n.& Iberi herculis filii ex Barba

ra muliere:unde Celtę & Iberes. Bętis ut idē scribit Stephanus:fluuius in Iberia:qui Perces ab indigenis nominatur.dicitur & Bętica regio a Bętios genitiuo. Garpiæ ciuitatis nusq̄ meminit Stephanus. Carpesios tamen gentem dicit Ibericā intra Iberum fluuium. Tartessus inquit Suidas Iberica ciuitas ad occanum iuxta Aornon paludem cōdita:ubi Agathonius regnauit:Aristophanes Tertessiam Muręnam dicit:q̄ ibi maximę essent. DEM. Lupiam ciuitatem inter Brūdusium & Hydruntem sitam ferunt:mutato nomine cum prius Sybaris diceretur. IOAN. Brentesium, inquit Stephanus ciuitas iuxta Adriam a Brento Herculis filio:uel quod bonos habeat portus.uno.n.ore multi concluduntur portus:ut pote igitur ceruino capiti similis sic nominata est. Brention.n. apud Massapios, ceruí caput est:ut seleucus in secūdo linguarum ait.gentile Brentesinus dicitur. Hydrus Castellum masculino genere:ut Theopompus Phillopicorū trigesimo octauo ait.gentile Hydruntius. Est & ciuitas Italiæ, inquit Stephanus:cuius gentile Hydrusseus: & Hydrussius.Sybaris: ut idem Stephanus ait:ciuitas Italiæ:& fluuius:ciuitas autem ipsa Thurium est postea nominata:capta est post datum ipsis oraculum εὐδαιμον συβαρῖτα πανευδαιμον, σὺ μὲν αἰεὶ ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων εὖτ' ἂν δὲ πρότερον θνητὸν θεοῦ σεβίζῃ, τηνίκα σοι πόλεμός τε καὶ ἐμφύλιος στάσις ἥξει. nec secus q̄ ab oraculo moniti fuerant, accidit. sic.n.in perniciem incidere. Sybaritarū quidam seruū in agro cędebat.seruus confugit ad deum.dominus cædendo instabat seruus cum deum nihil sibi prodesse animaduerteret:patris columnam quā primum adiit:quam dominus ueritus puerum desit uerberare:& statim Iunonis simulacrum auersum est: ciuis sybarites: & Sybaritis fœmininum: & sybariticus συβαριτικὴ τράπεζα prouerbium est: in eos qui delitiosissime uiuunt. Sybariticę quoq; delitiæ uice prouerbii dicūtur:& Sybaritici ludi:cum modū excedunt:& sybariticū carmen:& sybaritici libelli hoc est lasciui/improbi petulantes.nam syba

ritæ in tantis dicuntur fuisse immersi delitiis: ut nullam omnino fabrorum artem: quę sonum: strepitumq; ederet in urbem admitterent: ne quid esset quod somnum perturbaret . atqui ne gallum quidem in Sybaritarum urbe alere licebat. homunculis: melitensibusq; oblectabantur catellis: & milesio uellere confectis utebantur uestibus: equos ad tibias saltare instituebant. quod cũ Crotoniatæ animaduertissent in prelio aduersus Sybaritas tibiis usi superiores extitere: author Athenęus. συβαρῖται διὰ πλατείας adagium est in eos: qui superbe minis incedunt. Sybarites quidam ut in uiolario legimus peregre profectus: cum Lacedęmoniorum mores: patientiamq; quibus a pueris educantur animaduertisset: haud quaq̃ mirum est inquit: si tam facile in prçliis moriuntur: ne huiusmodi uitam agant. DEM. Taraxippus locus est ueluti ara in Olympico Hippodromo quo cum equi currentes peruenerant: terrore quodam afficiebantur ex ancipiti causa. sunt qui uelint tumulum esse cuiusdam uiri indigenæ optimi equitis Olenii nomine: unde Olenia petra in Elea nominata: alii Dameonis Philiuntis filii: qui Herculeæ in Augeam & Eleos expeditionis particeps fuit: sed a Cteato Actoris filio una cum equo interfectus: ibi sepultus cum equo est. nonnulli Pelopem Myrtilo ἠρῶον κενὸν ad placandam eius iram struxisse memorant: Taraxippũq; appellasse: q. Myrtili arte Oenomai equę fuerint perturbatæ. nonnulli ferunt Oenomaũ ipsum in Hippodromo equitantibus nocumento esse. Audiui & qui huiusce rei causam Alcatho Prothaonis filio adscribant: q. uidelicet Alcathus Hippodamię nuptiarum causa ab Oenomao interfectus terræ partem in hoc loco consecutus sit: inuidũq; propterea/ac minime beneuolũ esse equitantibus demonẽ. Cęterum uir quidã ægyptius Pelopẽ ait nescio qd ab Amphiõe Thebano acceptũ hicubi Taraxippũ appellãt: defodisse: quo factũ sit ut & tũc Oenomao: & nũc cęteris equi pturbent. cēsebat. n. is Amphionẽ/atq; Orpheũ Aegyptios fuisse magicęq; artis pitissimos cantãtibusq; huic feras: illi lapides ad cõdẽdas The

bas secutos. qui autem mihi magis esse uerisimilis sermo uidetur, Neptuni Hippii esse cognomētum dicit. Est & in Isthmo Taraxippus Glaucus Sisyphi filius: quem ab equis tunc aiunt occisum: cum Acastus patris causa præmia proposuit: atq; in argiuorū Nemea nullus quidē erat Heros: qui equos perturbaret: Lapides uero supra equorum flexum stantes ardentis pyræ colorem præseferebant: equosq; perterrefaciebāt. HIER. Olenus, ut Stephanus ait: ciuitas fuit Achaiæ: & Aetoliæ: quam Aeschylus fœminino: Appollodorus masculino protulit genere. nunc autem non amplius esse contingit: accepit autem nomē ab Oleno Iouis filio: ut Ister in ægyptiorum coloniis memorat: ait. n. Olenū: qui Oleniis imperauit ex Ioue & Anaxithea e Danaidibus una fuisse genitum. Oleni Aetholicę meminit Homerus in Catalogo: unde Olenius & fœmininum Olenia. Hesiodus ὠλενίην πέτρην. DEM. Cereri cognomento χαμύνη conditum est templum in extremo monte: qui alterum est Hippodromi latus: cuius cognomen alii uolunt eē uetustissimum: excepisse. n. hiatu facto hic terram Plutonis currum: rursusq; coiisse. alii dicunt Chamynum uirum fuisse Pisęum ab Eleis interfectum: cuius ex censu structum sit templum. Sauri iugum Erimanthum fluuium transeuntibus occurrit a Sauro quodam latrone ab Hercule ibi interempto: ubi Herculis quoq; templum uisitur. LVD. Erymanthus & mons est: & fluuius: inquit Stephanus. Homerus Dianam ait Venari uel circa Taygetum: uel Erymanthum: in his montibus leones non nascūtur unde de ipsa Diana loquens Homerus ait Gaudens apris/ac ceruis Celeribus: & nō Leonibus. gentile Erymanthius. & fœmininū Erymanthis. Est & neutrū Erymanthiū. DEM. Demęnetus Aesculapii cognomē ab eius tēpli conditore. Leucanias fluuius ex Pholoe monte delapsus Alpheū ingreditur. In Pisæa regione Phrixę ciuitatis sunt rudera. Palladisq; cognomento Cydoniæ est templum/a Clymeno Herculis Idei nepote: qui ex Cydonia cretica ciuitate: & Iardāo fluuio uenerat, cōditū. Par

thenia/& Eripha/Marmacis equarum nomina: qui unus ex Hippodamię Procis primus ab Oenomao occisus est: quæ sepultæ sunt iuxta fluuium: qui Parthenia ab earum altera cognominatus est. Harpinates fluuius: iuxta quem Oenomaus urbem condidit a nomine matris Harpinam denominatam. IOAN. Harpina ut Stephanus ait, ciuitas Elidis ab Harpina Asopi filia: quę Marti Oenomaum peperit: cuius ciuis Harpinæus. DEM. Proci Hippodamiæ ab Oenomao occisi Marmax/Alcathus Prothaonis filius/Euryalus/Eurymachus/Crotalus/Acrias Lacedęmonius/Capetus/Lycurgus/Lasius/Chalcodus/Tricolonus/Aristomachus/Prias/Pelagus/Aeolius/Cromius/Erythrus Leuconis filius: Athamantis nepos a quo Erythrę Bœotiæ ciuitas denominatæ. IO. Ego cum nuper Pindarum cum cōmentariis legerim, quid super hac re dicant in medium proferā de Oenomao loquēs ait.
ἐπεὶ τρεῖς τε καὶ δὲκ' ἄνδρας ὀλέσαις
ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον
θυγατρός: cuius interpres hi fuere inquit ab Oenomao interfecti Mermnes/Hippothous/Pelops opontius/Acarnan/Eurymachus/Eurylochus/Automedon/Lasius/Chalcon/Tricoronus/Alcathus Palthaonis filius/Aristomachus/Crocalus: cui procorum interfectorum numero Hesiodus/atq; Epimenides adstipulantur: sunt tamen qui ita dicant Mermnē/Hippostratum Aeolopeum/Pirantem/Acarnanem/Hippomedontem/Alcathum/Euryalum/Eurymachum/Crocalū/Acroconum/Scopelum/Lycurgum/Lasium/Chalcona: quidam tredecim illos sic recensent/Merminonem/Hippothoum/Pelopa opuntium/Eurymachum/Eurylochum/Hippomedontem/Lasium/Chalconē/Aeolum/Tricoronum/Acarnanem/Alcathum/Aristomachum: sunt qui sex fuisse uelint/Tricoronum/Aristomachum/Cyrianontem/Aeolum/Pelagunta/Cronium; DEM. Cordaces Dianę templum a procorum sepulchro uno distat stadio: quod Pelopis comites τὰ ἐπινίκια iuxta deam ibi existentem duxerunt: & Cordaca sal

tationẽ:iis qui circa Sipylum habitant peculiarẽ:saltauerint. HIER. Tres sunt saltationis species:ut Aristophanis interpres ait, Emmelea:quę Tragicis conuenit. Sicynis:quæ Satyris/Cordax:quę Comicis:quę turpiter lumbos agitat. hinc ẽ ꝙ uice prouerbii dicimus κορδακίζειν. Sipylus autem Phrygiæ ciuitas est:ut hostiarum primo Hellanicus ait. gentile Sipylenus. Homerus Sipylum montem ait esse Nympharum domicilium:ubi sepulta est Niobe. DEM. Pisę conditorem aiunt fuisse Pisum Perieris ab Aeolo geniti filium. Pylus ciuitas in Elea a Pylone megarensi clesonis filio condita. LVD. Est Pylos in Messene ciuitas:quę Coryphasium:ut Stephanus ait dicebatur. gentile Pylius/Pylaus/& Pylion. DEM. Heraclea Eleorum uicus quinquaginta ab olympia distat stadiis:& ad ipsum Citherus fluuius: & in fluuium irrumpens fons:& ad fontem nympharum sacellum:quarũ nomina priuatim quidem Calliphaia/Synallaxis/Pegęa:& Iasis. communi uero nomine Ionides appellãtur:ab Ione Gargetti filio:qui huc Athenis migrauerat:quo fonte qui lauantur omnibus leuantur doloribus. Letrini oppidum fuerat Alzetreo Pelopis filio conditum octuaginta supra centum ab Elide distans stadiis:ubi nostra tempestate pauca supersunt domicilia:& Alphęę Dianę in templo simulacrum:quod sane cognomentũ huiusmodi ratione deę inditum ferunt. Alpheus Dianæ amore captus cum precibus ad nuptias eam compellere non ualuisset:ausus est ut uim illaturus per totam noctem una cum Nymphis:cũ quibus ludebat: Letrinos usq; a Diana ductus peruenire. at Diana, senserat. n. Alphei insidias, sibi/ac ceteris nymphis luto faciem illeuit:ingressus itaq; Alpheus cũ quænam esset Diana discernere minime ualuisset, infecta re discessit. quare Letrinæi ab Alphei amore Alpheęam Dianam appellarunt:quam Elei Elaphiæam nominarunt:uel a Ceruorum:ut puto uenatione:uel ut ipsi aiunt a quadam indigena muliere:quę Elaphios dicebatur:quam Dianę fuisse nutricẽ uolunt. Xystus Gymnasium est in Elide:sic dictum ꝙ Her-

cules Amphytrionis filius hoc sibi exercitium proposuerat: ut quæcunq; ibi spinæ nascerentur, singulis eas diebus abraderet. Est & alterum Gymnasium tetragonum a figura nominatum: & tertium Maltho a pauimenti mollicie dictum: adolescentibus dicatum: in quo Buleuterium est Eleis lalichmion a conditore appellatum: ubi compositionum extemporanearum ostentatio fiebat. ex gymnasio ad balinea per uiam Siopen appellatam euntibus Dianę sacellum occurrit: quę quod Gymnasio sit uicina φιλομείραξ cognominata est. dicta est autem uia Siope q; speculatores ab Oxyli castris per eam uiã cum silẽtio urbem ingressi sint: auditisq;: quę cupiebãt, ad Aetolos reuersi sint. IOAN. Xyston: inquit Suidas iaculum est: & perfecta hasta: & locus ubi se Athletæ exercent. Xystos etiam politũ abrasumq; significat. Xystos: ut Victruuius ait, uocatur porticus a Græcis: q; athletę per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur. deinde addit proxime Xystum: & duplicem porticum designentur hypęthræ ambulationes quas Græci paradomidas: nostri Xysta appellant: in quas per hyemem ex Xysto sereno cęlo athletæ prodeuntes exercentur. ADEME. Forum est Eleis Hippodromos nostra tempestate appellatum: ubi indigenę equos instituunt. Est & Hellanodiceon: ubi Hellanodicæ decem deinceps menses habitãt, necnon & Corcyraica porticus: ex decima Corcyrensis prędæ structa. Apollo Acesios apud Eleos: apud Athenienses Alexicacos est appellatus: quod idem est. HIER. Vtrũq; mehercule Apollini conuenit: nam si ἀκέσασθαι: siue ἰᾶσθαι mederi est: Apollo non immerito Acesios dicitur: q; eius inuentũ sit medicina & Alexicacos q; mala arceat. Est tamen Acesios nomen etiam uiri, ut Suidas ait, Nauatianorum episcopi qui magni Constantini tempore uixit. Legitur inter adagia ἀκεσίας ἰάσατο quo in eos utuntur: qui in deterius medentur: q; Acesias aliquem male curauerit. DEM. Gratiarum simulacra sunt in Elide: quarum una rosam: media talum: tertia ramum non magnum myrti tenet. rosa & myrtus Veneri

dicatæ:talus lusus est puellarum : Veneris templum est post porticum Corcyraicam : inquo ipsius Deæ stat simulacrum ex ebore & auro a Phidia constructum:quæ pedum altero te studinem premit. Alterum preterea est Veneris simulacrum arieti insidens Scopę opus:ex ære:Venerem πανδήμιον appellant. HIER. Plutarchus in nuptialibus preceptis Venerem inquit testudinem calcātem Eleis Phidias fecit:ut mulieribus & domesticæ custodiæ & Silentii symbolum esset: decet.n.mulieres:ut aut cum uiris loquantur:aut per uiros.ueteres:ut idem Plutarchus author est. Mercurium cum Venere erigebant:q; orationis suauitate nuptiæ maxime indigerēt nec non & Gratias:& Pitho:ut quicquid libuisset:uxor & maritus absq; ulla contentione se inuicem exorarent. DEME. Elei soli plutonem colunt:q; ipsis contra Herculem exercitum in Pylum:qui in Elide est ducentem affuerit. Andrii ferunt uinum alternis annis ex Dionysii sacello sponte fluere.in Eleorum arce Palladis est sacellum : & Palladis simulacrum ex Ebore:& auro Phidię opus:factus est autem Gallus in galea:q; ad pugnam promptissimi sint galli galinacei : potest autem Mineruæ Erganę consecratus esse gallus. Cyllene ciuitas centum & uiginti ab Elide distat stadiis:quæ ad Siciliā uergens portum habet:a uiro arcade ita cognominata. Mercurii simulacrum:quem ibi habitantes maxime uenerantur: arrecta sunt in sede pudenda. Elea autem regio : cum aliorum fructuum:tum uel maxime Byssi feracissima est:quare canabis linum & byssus ab iis omnibus seritur:quibus ad ea aleda solum est idoneum. stamina autem:quibus uestes seres cōficiunt:non ab ullo cortice:sed huiuscemodi fiunt pacto.in eorum est regione animal:quod græci Sera nuncupant:ab ipsis autem seribus alio quodam nomine appellatur:quorum maximus duplo est Cantharis maior:Cętera araneis similis:qui sub arboribus texunt.octenos etiam ad araneorum modum pedes habent. Seres hæc alunt animalia:quibus hiberno æstiuoq; tempore accomodatas struunt domos : Ipsorum autem

animalium opus est tenuissimum filum pedibus inuolutum. alunt autem ipsa ad quartum annum panicum ipsis cibum prębentes. quinto anno norunt. n. non diutius uictura, recentem offerunt in cibum calamum: quod omnium est animaliũ dulcissimum alimentum: quo calamo repleta prę nimia sacietate disrumpuntur. quibus ita defunctis: multum staminis intus reperiunt. Seria quidem insula in maris rubri secessu posita, non ignoratur: ego uero audiui non rubrum mare: sed fluuium Sera nomine esse: qui insulam faciat. LVD. Cyllene: inquit Stephanus, mons est Arcadię: a Cyllene naiade nympha denominatus: in hoc autem monte: nec usquã alibi: candidas esse Merulas: uariasq; reddere uoces ferunt: quę ad Lunã capiantur. Est & Eleorum nauale Cyllene. gentile Cylleneus & Cyllenius. Seres autem gens Indica est: quę hominum cõmertio minime utitur: ut Vranius in arabicorum tertio memorat. DEM. Hæc sunt quæ de sexto Pausaniæ libro memoria tenemus: Cras septimum quacunq; ad me redibitis hora aggrediemur. LVD. Valebis igitur in Crastinum. IO. Adsumus. tu septimum Pausanię: ut heri pollicitus es: librum auspicare. DEM. faciam utiq;: quare non iam me sed Pausaniam latino loquentem sermone existimate. Achaia inter Eleam: & Sycioniam sita est: ad orientis mare uergens: ab iis qui eam nunc incolunt sic cognominata: nam prius Aegialus uocitabatur: & incolę Aegialei: uel ab Aegialo in Sicyonia regnante: ut Sicyonii aiunt: uel a regionis situ/ac positione. Est enim maxima pars ęgialos. i. littus. HIER. Achaia: inquit Stephanus: ab Achæo proprio nomine dicta gentile Achęus Est & collis in Carysto: & uarii loci. Achaia: ut Suidas ait, tota gręcia dicitur. Memmius. n. consul aduersus Corinthios missus Victoriam Metello: quam in manibus habebat: statim eripuit: nam cum laborantibus achiuis superuenisset: eos circa Isthmum superauit. primoq; impetu Corinthum græcarum tunc ciuitatum pręstantissimam cepit: quo factum est: ut Romani totam gręciam Achaiam nominauerint. dicitur

& Achaicum telum in ea:quę destinatum locum petunt: q funditorum ex Achaia telum ad ciuitatum obsidionem plurimum faciat:q autem Memmius Achaicus sit cognominatus nullus est qui ignoret. DEM. Xuthus Hellenis filius a fratribus ex Tessalia pulsus athenas confugit:ubi Erechthei filiã uxorem duxit:ex qua Achæum:& Ionem filios suscepit:a filiis autem Erechthei de imperii successione arbiter electus Cecropem natu maximum regem declarauit: quare a reliquis Athenis pulsus in Aegialum se contulit:ibiq; habitans decessit. Achæus alter ex eius liberis comparata Aegialorum/atq; Atheniensium manu Thessaliam inuasit:regnumq; paternũ recuperauit. Ion uero Helicen Selinuntis Aegialorum regis filiam unicam uxorem duxit. Selinuntiq; defuncto successit: & Helicen ciuitatem in Aegialo condidit: hominesq; Ionas nuncupauit quod non mutatio nominis:sed additio fuit:nam Aegialei Iones uocitabantur. LVD. Aeolus, ut in uiolario legimus cum Teleporam Lęstrigonem uxorem duxisset:duodecim ex ea suscepit liberos:quorũ sex fœminę fuere/Iphthe/Aeole/Periboea/Dia/Astycratea/& Hyphæstia: & totidem mares/Iocastus/Phalacrius/ Chrysippus/Pheremon/Androcles/Xuthus.is Xuthus Creusam Erechthei filiã uxorem duxit:ex qua Ionem:& Achæum filios habuit:quorũ alter Athenis habitauit: Achæus uero intestina cæde patrata in Thessaliam profectus est:ubi imperium consecutus:quibus imperabat Achiuos a suo nomine nuncupauit, Hellenes autem comuni nomine græci omnes appellati ab Hellene Deucalionis filio:ut Thucydides ait:Xuthus:ut Suidas inquit cũ Erechtheo Atheniensium regi aduersus Eumolpum multa celeritate auxiliatus esset:in causa fuit:ut βοηδρομία festum Athenis institueretur. nã βοηδρομεῖν succurrere est & auxiliari. Aegialus locus est inter Sicyonem & Buprasium ab Aegialeo Inachi filio nominatus:ut Ister in Aegypti coloniis refert. Est & alter Aegialus ponti proximus post Carambrim promontorium:ut Apollonius ait:habet autem & cognominem uicũ

Homerus κρώμαν τ' αἰγιαλόν τ'; scribitur tamen κρώμνον κόβίαν τ'. Est & Thraciæ Aegialus iuxta Strymonē: ut Hecateus scribit. Est & alius Aegialus magnus appellatus in Aethiopia circa Aegyptum: ut Stephanus testatur. gentile ægialeus & ęgialites. Helice, inqnit Stephanus: Peloponnesi ciuitas ab Helica Lycaonis filio: uel Helice Ionis quidem uxore Selinuntis uero a Neptuno geniti filia ciuis Heliconius a cōditore Helicone: & Heliconia fœmininum: sed hoc fortasse a monte factum est. sit igitur Heliceus: uel Heliconites forte ab Helicōnios: uel Helicesii. Ionia: ut idem Stephanus ait, prius dicta: quæ nunc Attice ab Ione Apollinis filio ex Creusa Erechthei filia: sic enim Athenienses. inter Dores Aetoli: Inter Aeoles Bœotii: inter Iones Athenienses: Incola Ion dicitur/ & Ionis/ & Ias/ & Ionicus & ἰωνίζω uerbum. Euripides quoq; in ea Tragœdia: quę Ion inscribitur Ionem nō Xuthi: sed Apollinis ex Creusa Erechthei filia fuisse filium testatur. DEM. Lacedæmona: Argosq; incolentes ante Dorienſium reditum soli peloponnensium achiui appellati ab Archandro & Architele Achęi filiis: qui a Phthiotide argos profecti Danao generi facti sunt. nam Automaten/ Architeles/ Scæani: Arcander Danai filias uxores duxerunt. Iolaus Thebanus Herculis nepos Atheniensibus/ ac Thespiensibus in sardinam dux fuit. IOAN. Iolaus: ut Suidas ait: heros quidam fuit: qui apud Athenienses cultus est. Iphicles Herculis frater: inquit Solinus, filium habuit Iolaum: qui sardiniam ingressus palantes incolarum animos ad concordiā blanditus olbiam: & alia græca oppida extruxit. Iolenses ab eo dicti sepulchro eius templum addiderunt: q; imitatus uirtutes patrui malis plurimis Sardiniam liberasset. Fuit & alius Iolaus Aristei filius: ut idem Solinus author est: qui patri in Sardiniā in imperio successit. Sardo. i. Sardinia a Sardone Herculis filio appellata est: ut Eustathius ait. Sardo insula: inquit Stephanus: dicitur & Sardon: ut Pytho python: appellabatur & Ichnusa: q; humani uestigii speciem pręseferat. incola Sardo

nius & Sardous dicitur. DEM. Theras Thebanus Autesionis filius Lacedæmonios/ac Minyas a Pelasgo ex insula Lemno eiectos in eam duxit insulam:quæ Thera ab ipso denominata est:cum prius Calliste diceretur. HIER. Thera insula una de Sporadibus:ex qua colonia Laconum Cyrenen deducta:ut & alii/& Pindarus tradit. DEM. Miletus a Mileto Cretensi:qui Minoa regem fugiens illuc appulsus est, denominata:cum prius Anactoria ab Anactore indigena diceretur.hanc postea Iones Nileo Codri filio duce inuasere:maribusq; omnibus occisis:eorum filias uxoresq; sibi coniunxerunt.huius Nilei sepulchrum ad Didymos euntibus non procul a portis occurrit. Apollinis.n.templum/atq; oraculum: quod in Didymis extat, uetustius est Ionum in Miletum aduentu:multoq; uetustiora:quæ ad Ephesiam Dianã spectant. Dianæ Ephesiæ templum struxerunt Cresus uir indigena:& Ephesus Istri fluminis creditus filius:a quo & ciuitas:& templum nomen accepit:non autem Amazones:ut Pindarus credidit. LVD. Ephesus insignis est Ioniæ ciuitas:ut Stephanus ait:& in sinu Palus. Hrodotus autem ipsam esse Lydię inquit.appellabatur & Smyrna a smyrna amazone & Samorna/& Trichia/& ortygia/& Ptelees:ciuis Pteleæus/& Pteleates.a Samorna Samornæus gentile.nomen autem accepit ab una Amazonum:quam & reginam & Dianæ ministram fuisse ferunt:habuisse autem & filiam Amazonẽ:a qua Amazones dictę.ciuitas ipsa loco cauo condita.hyeme aquis obruta est.quare innumeris defunctis Lysimachus ubi nunc est, ciuitatem trastulit:& ab Arsinoe uxore Arsinoen cognominauit;quo mortuo prior appellatio recepta est. Insula est in Nilo:quę Ephesus dicitur.gentile Ephesius & Ephesæus: ut ab Halicarnasso Halicarnasseus. Ephesiæ Dianæ templum extat inquit Plinius ducentis & uiginti annis factũ a tota Asia. uniuerso templo longitudo pedum est.cccc.xxv.latitudo.ccxx.columnę.cxxvii.a singulis regibus factæ.lx.pedum latitudine:ex iis.xxxvi.celatę:una a Scopa.operi pręfuit Ctesiphõ:

Heroſtratus id incēdit:ut ob aliquod facinus nominaretur. ἐφέσια γράμματα ἐπωδαί τινες inquit Suidas:quę Crœſus in Pyta poſitus dixiſſe fertur:& in Olympia Epheſio/ac Mileſio luctantibus nunq̄ Mileſius interea Epheſium proſternere ualuit:donec Epheſias literas ad talum habuit:quibus amotis ſtatim concidit. DEM. Myuntem ciuitatem Cyaretus Codri filius in Ionia condidit:quæ ob culices ab incolis deſtituta eſt:qui ex lacu:quē Mæander fluuius fecerat, oriebātur. Clarus in Aſia ciuitas in qua regnabat Rhacius: ex quo & Mantone Thebana muliere natus eſt Mopſus.hæc.n.Manto a Therſandro Polynicis filio poſt captas Thebas:cū aliis captiuis uecta eſt Delphos/atq̨ inde in Aſiā. Tireſias quoq̨ uehebatur.uerum in Haliartia deceſſit. IOAN. Clarus Colophonis eſſe nauale dicitur dicta ἀπὸ τοῦ κλήρου q̨ eā forte ſit adeptus Apollo:ubi eius oraculum fuiſſe memoratur: author Euſtathius.Claros:ut Lyrophronis interpres ait:mōs eſt & ciuitas Aſię iuxta Colophonem:unde Apollo Clarius. erat enim Apollini ſacra: ut Cirrha/Miletus/Delus/Pytho/Cilla/Tenedos/Iſmarus.fuit & alius Mopſus quem Ampycus ex Chloride Orchomeni filia ſuſcepit:unus ex argonautis:ut Lycophronis interpres ait. Orpheus tamē in argonauticis Argonida huius Mopſi matrē cecinit:Ampyca uero patrem. DEME. Promethus Codri filius Damaſichthona fratrem:cum quo Ionibus imperabat, interfecit:& in Naxū aufugit:ibiq̨ mortem obiit:Andremon Codri filius & Iones ex Lebedo Cares expulerunt. Damaſus & Naoclus Codri filii una cum Athenienſibus:qui eos ſecuti fuerant, Teon habitarunt:a Teiis & Apœco accepti.Apœcus.n.a Melantho oriūdus Teon tenebat.Lycii ab antiquo ex Creta fuere:nam una cum Sarpedone aufugerunt. HIER. Lycia regio a Lyco Pandionis filio:inquit Stephanus.Eſt & Lycia ad Ciliciā ubi Sarpedon imperauit.Incolę lycii:ut Phrygii. Euſtathius quoque Lycia inquit regio & Lycii gens a Lyco Pandionis filio nomen accepere:qui cū a Patria excidiſſet a Sarpedone Cre-

181

tense Minois/ac Rhadamanthi fratre susceptus:& regni parte donatus est. At Sarpedon ad Troianum bellum Lyciorũ dux cuius in secundo Homerus meminit, Iouis fuit filius:ex Laodamia Bellerophontis filia:ut idẽ Eustathius author est. DEM. Asius poeta Samius ait Phœnici ex Perimede Oenei filia natam esse Astypaleam & Europam. Neptuno uero ex Astypalea Angęum:qui Lelegibus imperauit:Angęo rursus ex Meandri fluuio filia Samiam:& Perilaum:& Enudũ:& Samum:& Alitherſen:& Parthenopen:ex qua & Apolline Lycomedes. Samothrace insula iuxta Thracen nomen hoc a Samiis accepit:qui ab Androclo: & Ephesiis pulsi in eam insulam confugerunt:cum prius Dardania diceretur. LVD. Samothrace:inquit Stephanus, insula est ad Thracen cognominem habens ciuitatem:sic autem a Samiis/ac Thracibus appellata cum prius Dardania diceretur. gentile Samothrax & samothracius:at Aristoteles in Samothraces Politia samothrace inquit Leucosia prius dicebatur: deinde a Saō Rhenes & Mercurii filio Samos .m. litera interposita nominata est. Postremo Thracibus eam incolentibus Samothrace appellata. in hac insula:ut Suidas ait:Corybantum:& Hecates erant Mysteria:& Zerinthum antrum:ubi canes sacrificabant:celebrabātur & sacra quædam:quæ ἀλεξιφάρμακα κιραύνον τινῶν putabantur periculis.n. Circumuenti dęmonas:ut sibi adparerent/atq; adessent:inuocabant:quod qui initiati erant discriminibus/ac tempestatibus occurrere arbitrabantur. Antipho in ea oratiõe:quę Samothracica dicitur:hęc de insulæ conditoribus inquit: qui ab initio insulam tenuere Samii fuerunt:a quibus nos oriundi: qui non insulæ desiderio sed necessitate coacti in eam traiecerunt:nam ex Samo insula a Tyrannis exacti abacta prius ex Thracia preda in insulam profecti sunt. Est autem Samus insignis ad Cariam insula:ut Stephanus ait:quæ & Parthenia/& Dryusa/& Anthemnusa/& Melamphylus prius est appellata. gentile Samæus:& Samius:& Samiacus. DEME. Iunonis templum quod in

Samo est ab Argonautis conditum nonnulli uolunt:abduxiss seq; eos Argis simulacrum.at Samii Iunonem aiunt in insula genitam ad Imbrasum fluuium:& sub lygo arbore hoc est uitice:quę adhuc in Iunonis templo extat. Esse igitur uetustissimum templum hoc uel ex simulacro quispiā colligeret:quod a Smilide Dędali coætaneo factum est. Dędalus regio sanguine Athenis ortus ex iis:qui Metionidæ appellantur:cum nepotem ex sorore occidisset, in Cretā insulam aufugit. ubi Minois regis/ac filiarum statuas fecit: mox a rege iniuriarum damnatus:& una cum filio in carcerem coniectus in Siciliæ ciuitatem nominē Inyctum ad Cocalū cōfugit:ubi usq; adeo propter artē a Cocali filiabus:& ab uniuersis siculis dilectus est:ut Cretensium bellum sustinere:q̄ cum Minoi regi petenti tradere maluerint. & Cocali filię de morte Minoi inferēda Dędali causa consultauerunt. IO. Inyctū ut Stephanus ait: siue Inyctos:ut Herodoto placet ciuitas Siciliæ:unde Inictimum uinum. De Dędalo satis in primo diximus. DEME. Ion Tragicus scriptum reliquit Neptuni in desertam uenisse insulam:& ex Nympha ibi filium suscepisse:qui chios propter ea ab eo est appellatus:q; in pueri partu Iupiter ninxerit. Cenchrius in Ephesia regione fluuius. & Alitæa fons. HIER. Cēchreæ ciuitas Troadis:in qua uersatus est Homerus:dum quę ad Troianos pertinēt perciperet. Secunda ciuitas: & nauale Corinthi:tertia Italiæ. gētile Cenchreatēs dicitur:& Cenchreus Neptunus:a Cenchreo Heroe filio. DEME. Biblis fons est in μιλησίᾳ. In Colophonia regione lucus est Apollinis:& fraxini arbores:& haud procul a Luco Hales fluuius omniū q; in Ionia sunt frigidissimus. In Lebadiorum agro Balinea uisuntur:quæ hominibus & admirationi & usui sunt. Clazomeniis quoq; ad diuitiarum ostentationem sunt Balineæ:in quibus Agamemnon colitur:& antrum matris Pyrrhi dicta: & de Pyrrho pastore sermonem dicunt. Erythræis regio est Chalcitis:a qua tertia ipsorum tribus nomen accepit. Est & Chalcitidis promontorium in mare porrectum: & in ipso

balinea marina: quę omnium in Ionia existentium maximè mortalibus cōferunt. Patræ ciuitas Achaię a Patreo Lacedęmonio. Smyrneis fluuius est Meles: cuius aqua pulcherrima est: & ad fontes eius spelunca: ubi Homerus dicitur carmina composuisse. LVD. Smyrna Ioniæ ciuitas: inquit Stephanus: quā & condidit: & habitauit Tantalus: quę tunc quidem Naulochū: postea uero Smyrna est appellata: a Smyrna amazone Ephesum tenēte. gentile Smyrnęus: possessiuum Smyrnaicus. Smyrnei: ut Cicero in oratione pro Archia memorat, non modo Homerū esse suū ciuē cōfirmarunt: sed & delubrū eius in oppido dedicarūt. DEM. Samiis Rhadines & Leontychæ monimentū est: quibus qui ex amore dolorē patiūtur, supplicāt sepulchrū adeuntes. Larisus fluuius Achęorū Eleorumq; dirimit regionē: iuxta quem templū est Palladis Larisæum. at Achiuorū ciuitas Dyme trecentis a Iarisо distat stadiis: παλέα prius appellata: utrum aūt a Dyme indigena muliere: an a Dymante Aegimiti filio nomē acceperit, pro cōperto haud quāq̄ habemus. Dymęis tēplū est Mineruę: ac simulacrū uetustissimū. est & alia ædes Dydimenæ matri: atq; Attæ. qui aūt esset Attes nūq̄ potis fui, cum id arcanū esset, percipere. sed ab Hermesia nacte elegiaco poeta literarū monimētis mandatū est: Atten Calii phrygis fuisse filiū: sterilemq; nec τικνοποιόν a matre genitū: qui cū adoleuisset, in Lydiam migrauit: & apud lydos matris orgia celebrabat. quare cū ab ipsa maximi fieret, inuidia motus Iupiter suē qui Lydorū opa diriperet, misit: a quo & Lydorū alii q̄ plurimi: & Attes ipse occisus est: & quod his consentaneū sit, Gallatæ Pesinunta incolentes faciunt: sues nō attingentes: atq non ita censent quę ad Atten spectant: uerū alius est ipsis sermo indigena: Iouē uidelicet sopitū semen in terrā emisisse: ipsam uero Dæmona gemina habentē pudenda edidisse: maris. s. ac fœminæ: cui Agdistis nomen inditur: sed dii Agdistin timentes uiri pudenda abscidūt: unde exorta amygdala cum maturum ferret fructum Sengarii fluminis filiam fructum cæpisse aiunt: quę cum in Ti

rium posuisset:statim quidē fructus ipse euanuit:ipsa uero ute rum ferebat.cum autem peperisset,hircus puerum expositum curabat : sed cū adoleuisset:& supra hominem formosus eēt, ibi pueri amor Agdistim capit:adultum autem iam Atten propinqui Pesinuntem mittunt:ut regis filiam uxorē ducat. canebatur hymenęus.insurgit Agdistis:& Attes furore corre ptus pudenda abscidit:idemq; facit:qui ei filiam dederat. Ceterum Agdistis eorum pœnitentia ductus:quę in Atten commiserat, Iouem exorauit:ne qua pars corporis Attæ marcesce ret:ne ue liquesceret. IOAN. Attis non Attes tam apud Lucianum q̃ apud Suidā legitur:qui a Cybale dilectus apud Phryges:ut matris deorū minister maxime cultus est.DEM. Pirus fluuius in Thessaliam defluit : iuxta quem est Olenus ciuitas.Est & Glaucus Achaię fluuius. Laphrię Dianę templum est Patris Achaię ciuitate.erat autem eius simulacrum ex ebore:& auro confectū:quod patrenses ex Calydonia pre da ab Augusto acceperunt.dicebatur autem Laphria a Laphrio uiro Phocense:qui eam Calydoniis crexerat. Alii uolūt Laphriam Dianam propterea nominatam:q; eius in Oene um ira singulis annis ἰλαφροτέρα fieret:huic sacra facientes Patrenses pyræ circum aram structæ uarias & aues:& feras iniiciunt. HIER. Laphria est etiam Mineruæ Epitheton: ut Lycophronis interpres ait:quasi Laphyria per syncopen: q; in bello λάφυρα ferat. DEM. Triclarię Dianę & templum & ara.fuit Ionibus Aroen & Antheam:& Mesatim in colentibus:in cuius templo cum Melanippus Comætho uirginem uolens uolentem uitiasset, secuta est agrorū sterilitas: morborumq; nouū genus.quare consultus Apollo eos monuit:ut Melanippū & Cometho Dianæ immolarent/ac dein ceps quot annis uirginē omnium pulcherrimā mactarent:cu ius immolationis causa fluuius preter Dianę templū delabēs ἀμείλιχος appellatus est.nullum.n.antea habebat nomen. responsum est rursus ab Apolline fore : ut hanc immolationem externus rex externum adducens dæmona sedaret.

Capta Itaq; Ilio : gręcisq; predam partientibus : Eurypylus Eųmonis filius arcam sortitur: in qua erat Dionysii simulacrum. Vulcani: ut aiunt opus : dono a Ioue Dardano datum. sunt qui uelint Aeneam fugientem hanc arcã reliquisse. alii dicunt Cassandrã eam abiecisse inuentori perniciem : quã cũ Eurypylus aperuisset, cœpit insanire: ita tamen: ut interdũ resipisceret: remedii consultus Apollo monuit: ut eo tẽderet ubi uirgo Triclariæ Dianæ immolaretur. quo cum peruenisset: & ipse furore liberatus: & populus illa humanæ hostiæ immolatione absolutus: & fluuius est Μείλιχος dictus. nonnulli literarum monimentis mandarunt. hęc non Thessalo Eurypylo: sed Eurypylo Dexameni in Oleno regnantis: filio accidisse: qui cũ Hercule ad Troiam nauigauerat. Deo aũt in area existenti Aesymnetes est cognomentũ: cui nouem uiri a populo delecti totidemq; mulieres sacra faciunt. LVD. Aroe ciuitas Achaię: inquit Stephanus: citatq; hunc septimũ Pausanię librum. nomen aũt accepit a terræ cultura. dicitur & Patræ. gentile Aroeus. de Anthea superius diximus. DEM. Intra septum Laphriæ Dianæ Palladis cognomento Panachęidos ędes est: cuius simulacrũ ebore constat / atq; auro: descendenti aũt ad inferiorem ciuitatẽ matris Dindymenes occurrit sacellum: ubi & Attes colitur. Calydonii Dionysii simulacrũ erat Patris. nam a Calydone Patras fuerat translatum. IOAN. Calydon ciuitas est Aetoliæ: inquit Stephanus: a Calydone Emdymionis: siue Aetoli filio. gentile Calydonius. DEME. Coresus Dionysii Calydonii priusq̃ Calydon euerteretur: sacerdos, Calliroes uirginis amore captus: eam cum precibus: tum muneribus solicitare / ac corrumpere conatus est: sed cum ab ea contemneretur, Dionysium ut sibi misere amanti faueret, precatus est: quem cum Dionysius exaudisset, Calydonii tamquam ex ebrietate facti sunt demẽtes. Iupiter Dodonæus super ea re consultus nunq̃ eos illa insania liberatum iri respondit: ni Coresus Calliroen: aut pro ea aliam sponte se offerentem Dionysio immolaret. itaq; cum Calliroe nemine re-

perto:qui pro ſe perire uellet:ad Dionyſii arã ſtaret immolan
da. Corcſus qui ſacris præerat miſeratione puellæ commotus
ſe ipſum pro illa interfecit:qua re cognita Calliroe iuxta fon
tem portus Calydonii ſibi manum conſciuit:& nomen fonti
impoſuit. HIER. Fuit & Calliroe Scamandri filia:ex qua
Tros Ilum:& alios ſuſcepit liberos:& alia Oceani filia:quę
Chryſaoro Geryonem peperit:ut Lycophronis ait interpres
Calliroe quoq; fons fuit Athenis:qui prius Enneacrunos ap
pellabatur:ut in ſecundo Thucydides memorat. DEME.
Dionyſii ſimulacra ſunt Patrẽſibus:quorum cognomina Me
ſadeus & Antheus & Areus.at Pelagæus Aſphalięus Hippi
us Neptuni ſunt appellationes preter eas:quibus poetę utũ
tur. Hippios autem eſt ut cenſeo cognominatus q; τῶν ἵππω
ν inuẽtor fuerit. Panphos:qui uetuſtiſſimos hymnos Athe
nienſibus ſcripſit, Neptunum dicit equorum datorem. Patren
ſibus iuxta littus eſt nemus:in quo Cereris extat templũ:ubi
& ipſa & filia erectæ ſunt.pro templo uiſitur fons:in quo ora
culum eſt:ęgrotantium uel mortem:uel ſalutem proculdubio
predicens.conſulentes.n.funiculo alligatum ſpeculum eo li
bramento in fontem demittunt:ut aquam uix attingat ſpecu
li orbis:mox ſupplicantes ſuffientesq; ægrotũ ſiue uiuum:ſiue
mortuũ in ſpeculo inſpiciunt. Iuxta Cyraneas quæ ad Lyciã
ſunt, oraculũ eſt Apollinis Tyrxei:prębet aũt aquã ad Cya
neas:in cuius fontẽ ſi quis aſpexerit, quæcunq; uult intuetur.
Pieros fluuius eſt iuxta Pharas Achaię ciuitatẽ:qui idẽ a ma
ritimis piros dicit. Pharis Achaię ciuitate in medio foro ſtat
Mercurii barbati ſimulacrum:a Simylo Meſſenio:ut inſcri
ptio indicat, dedicatum:uocatur autem Agoræus.iuxta ip
ſum Mercurium oraculum eſt conſtitutum. Ante ſimula
crum ſitus eſt focus lapideus & ipſe:cui inhęrent plumbo
detentę æneæ lucernæ:qui ſciſcitaturus eſt oraculum ueſ
peri proficiſcitur:thureo in foco utuntur ſuffitu:impletiſ
que oleo lucernis/atq; incenſis:patrium nummũ nomine Ae
reum ad ſimulacri dexteram in ara ponit:deumq; ad aurem

rogat quodcunq; placuerit: deinde obturatis auribus e foro di
scedit: unde egressus ab auribus manus amouet: & quamcu(n)q;
uocem audiuerit oraculu(m) arbitratur. huiusmodi & Aegyptiis
circa templum est Apidis oraculum. Tritia Achaiç ciuitas &
a Melanippo Martis filio condita/& a matre Tritia Tritonis
filia denominata. sunt tamen qui a Celbida a Cumis opicis
profecto conditam uelint. IOAN. Tritea Troica ciuitas,
inquit Stephanus: Arisbeorum co(n)ditio. ciuis Triteeus. Est &
alia inter Phocidem: & Locros ozolas. Est & in Achaia alia:
quæ duplici. ττ. scribitur. Triteça: ut ide(m) Stephanus ait: ciuitas
Achaiæ authoremq; citat Strabonem. DEME. a Milicho
progredie(n)ti alius fluuius Charadrus nomine occurrit: ex quo
uerno tempore bibentes animantes mares pariunt. nec non
Argyrę ciuitatis rudera: & fons Argyra: & Selemnus fluuius
in mare descendens: qui cum esset adolescens formosus Argy
ræ nymphę desiderio obiit: & a Venere in flumen conuersus
est. cuius aqua amatibus dicitur conferre ad amoris remediu(m):
in ipso. n. flumine loti amoris obliuione capiuntur. Bolinæ
us fluuius est: iuxta quem Bolina fuit ciuitas. Aiunt Apolli
nem Bolinam uirginem adamasse: illam uero fugientem se in
mare proiecisse: & Apollinis gratia immortalem factam: di
citur preterea Saturnus in hanc maris partem Drepanu(m) abie
cisse: quia Cęlo patri pudenda absciderat: unde promontoriu(m)
Drepanum est nominatum. HIER. Bolina ciuitas Achaię
ut Rhianus in Achaicoru(m) secundo ait. gentile Bolinęus. Dre
pane inquit Stephanus Phæacia est. gentile Drepaneus. Est
& Ciuitas Lycię Drepana: & Drepana neutro genere Sici
liæ ciuitas: est & Drepanum Libyæ ciuitas. Sunt & insulæ
duæ circa Lebinthum. Est & Bithyniæ Drepane: ad Asta
cenum sinum. Est & mons Aethiopiæ. Bithynię autem Dre
panen ἀπὸ κρονίδου σιδήρου nomen accepisse ferunt. δρέ
πανον fecit Terra ex adamante: qua Saturnus Cælo pa
tri pudenda pręcidit author Hesiodus. DEME. Phœnix &
Meganitas fluuiorum nomina sunt: qui in mare erumpunt:

Aeginensibus Ilithyię est sacellum uetustum:& Ilithyia a capite ad pedes tenuissimo contecta panno:quae alteram quidē manum in rectum dirigit:altera tenet facem:uel q; partus dolores igni assimilentur:uel q; in lucem ferat pueros. LVD. Ilithyię:ut Suidas ait:deę sunt:quę parturiētibus pręsunt. Phurnutus multas propterea ait esse Ilithyias:& cupidines, q; uarii sunt mulierum partus:ut amantium cupiditates. DEM. Homagyrio Ioui templum est in Aegio uersus mare.hic.n. Agamemnon graecorum principes collegit:deq; bello Priamo inferendo consultauit. Heliconium Neptunum appellāt a ciuitate quae quadraginta stadiis uersus mare ab Aegio distat:dicitur autem Helice:quę irato Neptuno:q; supplices uiros de templo abegissent Achiui/atq; īterfecissent, motu terrae deleta est. Mycenarum menia & Tirynthis Cyclopes duxerunt. Cerynea ciuitas est supra Leophorum in monte condita:cui Cerynites fluuius:uel uir indigena nomen indidit:in qua templum est Eumenidum ab Oreste exaedificatum:ad q; spectādum si quis impius/ac Paricida ingressus fuerit, statim mente capitur. Bura ciuitas & ipsa in monte a Bura Ionis & Helices filia denominata. IOAN. Bura:inquit Stephanus Achaię ciuitas.cuius gentile Buraeus.ex hac fuit Pytheas pictor.cuius opus ē Pergami Elephas in pariete pictus:ut Philon testatur. DEM. a Bura ad mare descendentibus & fluuius Buraicus nominatus & Hercules haud magnus in spelunca existēs:Buraicus & ipse cognominatus, occurrūt:ubi uaticinia tabella & talis accipere licet.nam qui deū pecunctatur, primū pro simulacro preces fundit:deinde quatuor talos (quorū maxima iuxta herculē ē copia) sup mensa iacit.in singulis autem talis figurę inscriptae:interpretationem figurae in ipsa de industria habent tabella. Crathis & mons est: & ex ipso monte ortum habēs fluuius:a quo Carthis iuxta Crotonem in Italia flumen nomen accepit:ad Cratidem Achaicam fuerunt Aegae ciuitas:cuius Homerus in sermone de Iunone meminit:ubi ut in Helice Neptun9 colebatur. Gęos ter

rę est facellum cognomento ἐυερυστιέρου. Hyperesia ciuitas est:quæ postea Aegera a Capris est appellata:quarum corni bus alligatis facibus noctu Sicyonios perterrefactos in fugā uerterunt. Aegeræ in quodam domicilio erat fortunæ simula crum Amaltheæ cornu ferens:& iuxta fortunam alatus Cupido.quod indicat ea quoq;:quę ad amorem pertinent magis fortuna q̄ pulchritudine mortalibus recte succedere. Ego autē & in aliis Odę Pindari fidem presto:& ꝙ fortunam de parcis esse unam dicat:sororumq; prestantissimam. HIERO. Multi de fortuna uerba fecere:sed qui Plinio melius copiosius q; dixerit,neminem adhuc legimus. Quare ipsum Iam Piliniū diuino quodam instinctu de fortuna loquentem ne pigeat & si alias legistis.nunc quoq; audire, toto quippe mūdo & locis omnibus:omnibusq; horis:oīum uocibus fortuna sola inuoca tur:& una nominatur:una accusatur:una agitur rea:una cogitatur: sola laudatur:sola arguitur:& cum couitiis colitur:uolubilisq;: a plerisq; uero & cæca etiā existimata:uaga inconstans:incer ta:uaria:indignorum fautrix:huic omnia expensa:huic omnia feruntur accepta:& in tota ratione mortalium sola utramq; paginam facit:adeoq; obnoxiæ sumus sortis:ut Sors ipsa pro deo sit:qua deus probatur incertus.fortuna, inquit Cicero: amica uarietati constantiam respuit. Est inter adagia τύχη ἐυέριπος quo prouerbio in eos uti consueuimus qui leues sunt atq; inconstantes. Menander quoq; fortunę mobilitatem arguens ait ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη, σὸν ἴσ τοι θάλος τοῦθ᾽ ὅταν οὗτος ἀνὴρ δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασι. Plutarchus cum de Romanorum fortuna loquitur. Ancus inquit Martius primus fortunę uirili templum erexit:ꝙ ad uictoriam plurimum fortuna conferat: deinde post exoratum a mulieribus Coriolanum muliebris fortunæ erectum est simulacrum: quod cum consacraretur dixisse fertur ὁσίως με πόλεως νόμῳ γυναῖκες ἀστὰι καθιδρύσατε. fortunam autem cognomine fortem iuxta flumen in hortis a Cæsare populo relictis extruxerunt. Iani templum δίπυλον belli

fortunam uocabant.fortunæ quoq; primigenię templum in
Capitolio a Seruio conditum:nec non & fortunę obsequen-
tis.Erat templum & ἰδίας in palatio:& ἰξευτρίας quæ tāq
uiscum quæ procul erant, detinebat. Erat Romę & fortunæ
cognomento εὐελπίδος ara:& iuxta Veneris aram masculę
fortunę simulacrum:aliaq; innumera fortunæ cognomenta:
quorum plurima Seruius cōstituit:cum in rebus humanis ma
gnum esse:imo totum fortunę momentum animaduertisset.
cum Alexander magnus Diogenem in Pitho hoc est testaceo
dolio cubantem uidisset, o Pithe inquit mentium repletæ:cui
philosophus surgens respondit:o maxime rex fortunæ guttam
malo q̄ mentium Pithon:qua non fauente mentes infeliciter
agunt:quod mehercule responsum Diogenem quoq; Cynicū
plurimi fecisse fortunam facile indicat:uerba autem græca in
Michaelis Byzantii uiolario reperta:quę plurimum habent
Veneris adiiciam ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἰδὼν διογένην κοι
μώμενον ἐν πίθῳ ἔφη, ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν:ὁ δὲ φιλόσοφος
ἀναστὰς ἔφη ὦ βασιλεῦ μέγιστε, θέλω τύχης σταλαγμὸν
ἢ φρενῶν πίθον, ἧς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες.
DEM. Phelloe non admodum insignis fuit ciuitas:circa quā
ager est ad plantandas uites idoneus.Pellene ciuitas achaica
rum postrema:quę uel a Pallante Titane uel a Pellene argi-
uo nomen accepit. LVD. Pellene ciuitas Achaiæ inquit Ste
phanus, dicitur & Pellina:ciuis Pelleneus:fœmininum Pelle-
nis:Notandum est Pallenen & Pellenen unica tantum litera
differre:& Pellene quidem duo habet tantum gentilia in eus
& ios : Pallene uero quatuor Palleneus Pallenios Palleneus
Pallantes. DEME. Donusa ciuitas inter Aegeram & Pelle
nen Sicyoniis subdita:a quibus euersa est:cuius meminit Ho
merus Donoessam appellans:Dolios Mercurii est cognomē.
Lampteros Dionysii sacellum habēt Pellenenses:cuius in ho
norem Lampteriam nomine festum celebrāt:& faces ad tem
plum noctu ferunt:uiniq; crateres per totam urbem statuunt
Est autem Pellenensibus & Apollinis Theoxenii ædes : &

Certamen nomine Theoxenia Apollini celebrant:argentum uictoriæ præmium proponentes. Posidion uetustis quidē tem poribus populus erat:at nostra tempestate desertum. Mysęō Cereris Misyę sacellū sexaginta stadiis abest a Pellene:a My sio uiro argiuo conditum. Cyros Aesculapii sacellum. Crios fluuius supra Pellenē a Crio Titane cognominatus. IOAN. Posideum Stephano ciuitas est inter Ciliciam & Syriam posi ta. Crios:ut Suidas ait:populus fuit in Attica. Crios preterea tam arietem animal q̄ bellicum significat instrumentum:cu ius anteriorem partem protomen appellant. est & prouerbiū κριὸσ τροφεια ἀπέτισε qd̄ contra ingratos dici solet. Aiunt .n. arietem eos cornibus petere:a quibus educatus sit. DEM. Iam satis per Achaiam euagata est oratio nostra:cras Arca diam ingrediemur:quę octauo Pausanię libro continetur:de qua perq̄ multa erunt dicenda. quare uos:& si minime opus est, rogo:ut cras solito citius ad me redeatis. HIER. Non sumus utiq; rogandi in eo presertim:quod omnium maxime Concupiscimus: quare tibi q̄ libentissime morem geremus: nam sub matutino crepusculo ad te reuertemur. interim uale bis. LVD. Haud secus/ac tibi sumus polliciti fecimus. qua re tu in Arcadiam nos ducito:nam te ut peritissimum ducem subsequemur. DEM. Arcadia Pelasgia prius dicta a Pelas go qui primus in ea imperauit. is ne homines algerēt:aut plu uiis madefierent:aut nimio estu uexarentur, Tuguria excogi tauit:& ex suum pellibus tunicas:quibus nunc quoq; tam in Eubœa q̄ in Phocide inopes utuntur:preterea cum homines recentibus foliis: herbisq;/ac radicibus non modo quæ esui erant:uerum etiam perniciosis interdum uescerentur, quercu um fructus non omnium quidem: sed fagi glandes alimen tum adinuenit:quare Lacedęmoniis Arcades inuasuris huius modi uerbis Pythia respondit. πολλοὶ ἐν ἀρκαδίῃ βαλανηφά γοι ἄνδρεσ ἔασι οἵ σε ἀποκωλύσουσι ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαί ρω. IOAN. Arcadia:ut apud Stephanū legimus, dicta est & Parrhasia:& Lycaonia. sunt qui Gigantida:& Azaniam:

& Paniam appellauerint. Hippus rheginus Arcadas proselenos primus nuncupasse dicitur: & astrum in Cęlo tunc ἄρκτον appellatum: cum prius ἅμαξα diceretur. Ister ait Arcadem Iouis, ac Themistus filium propterea Arcadię nomē indidisse, quod eius mater a Iunone in ursam fuerit conuersa. Est & Arcadia maritima ciuitas: & alia in Aegypto una de tribus: quę in Amorgo insula sunt. Arcadia neutro genere & multitudinis numero sacrificium significat: quod homines Cereri post primum sementem instituerunt. DEM. Lycaon Pelasgi filius Lycosuram ciuitatem in Lycęo monte condidit: Iouēque Lycæum appellauit: & Lycęa certamen constituit: cui cū infantem immolasset, in lupū statim conuersus dicitur. HIER. Lycaon Pelasgi filius Arcadum rex: ut Suidas ait, patris instituta summa cum ęquitate seruabat: sed ut eos quoque quibus imperabat: ad colendam iustitiam compelleret, Iouem optimum maximum hospiti assimilatum bonorum, ac malorum speculatorem quam sepissime ad se uenire simulauit: quare cum quandoque perinde, ac deum accepturus se sacra facere dixisset: eius liberi: quos ex uariis susceperat uxoribus, deus ne an mortalis esset: qui acciperetur: non ignorare cupientes puerū quendam iugularunt: eiusque carnes hostię carnibus commiscuere: existimantes fore: ut si deus esset: minime eum laterent: unde diuina effectum est prouidentia: ut uehemente exorta tempestate: uibratisque fulminibus ii omnes interirent: quorum manibus puer fuerat interfectus. Lycosura: ut Stephanus ait, ciuitas est Arcadię in Lyceo mōte sita: cuius ciuis Lycosureus. Lycęa quoque ciuitas est Arcadiæ: ut Theopompus sexto & quinquagesimo indicat: quæ Lycętha a Menelao dicitur: cuius incola Lycæus. DEM. Panathenæa festū imperante Theseo cum homines uicatim habitantes in unam urbem coegisset: & ad hoc festum conuocasset, appellatum est: cū prius Athenęa diceretur. LVD. Panathenea festa duo erant Athenis inquit Suidas: quorum alterum singulis annis: alterum quinto quoque anno celebrabatur: & hęc magna appellabātur: quæ

primus Erichthonius Vulcani filius instituit. prius aūt Athe
nææ dicebantur: mox a Theseo cum homines in unam urbē
compulisset celebrata sunt: in quibus puer Isthmia certat: nō
senior: & imberbis: & uir uictor serto oleagino coronabatur:
& olei amphoris donabatur. DEM. Cecrops qui eodē tem
pore athenis imperauit: quo Lycaon in Arcadia omnium pri
mus Iouem ὕπατον nominauit: cui nihil omnino animatum
sacrificare dignum censuit: uerum πέμματα ἐπιχώρια eius
aris offerebat: quas Athenienses adhuc πελάνους appellant:
IOAN. Pelanos: ut Didymus ait, placenta est ex florē fari
næ confecta sacrificiis accomodata: sic dicta uel ἀπὸ τοῦ πε
πλατύνθαι uel διὰ τὸ φανὸν εἶναι. Euripides in oreste ἀφρώ
δη πέλανον dixit Spumam circa Orestis furentis os concrē
tam. Lachrymæ quoq; aridę iā/ac coactę: ut Thuris: & gum
mi pelani dicuntur: ut Suidas ait: & Obolus qui mercedis cau
sa uatibus datur. DEM. Dii ex hominibus facti Aristaus:
Britomartis cressas & Hercules Alcmenes filius/& Amphia
raus Oiclis filius/Castor preterea & Pollux. Lupus ex homi
ne factus alius quidam preter Lycaonem in Iouis Lycęi sacri
ficio dicitur: non in perpetuum: nam si dum esset lupus huma
nis carnibus abstinuisset: decimo post anno aiunt rursus sibi
restitui. q̄ si secus fecisset, Lupum perpetuo esse. Niobem in
Sypilo monte æstiuo tempore flere dicunt. Gryphis maculas
esse: & Pantheris audiuimus: & q̄ Tritones humana loquan
tur uoce: quos nonnulli Conchis perforatis canere tradidere.
HIER. Gryphi: ut in septimo Plinius memorat: genus est
ferarum uolucre: quibus circa auri metalla bellum esse cū Ari
maspis tradit. Multa de Pantheris scripsit Plinius: sed illud de
Pantheræ ingenio omnium maxime memorabile uisum est:
quod ab Aeliano literarum est monimentis mandatum. quod
iccirco in latinum uertimus sermonem: ut græca ignoranti
bus exemplo conferat suo. Panthera inquit ab infantia uena
tor quidam cum mansuetam reddidisset: haud secus/atq; ami
cam diligebat/ac curabat: quare Hędum uiuentem ei in cibū

apponebat.nouerat.n.feram maximam percipere in dilacerā do hædo oblectationem:nec cadaueribus/ac morticiniis omnino uesci.atqui oblato quondam hędo se ob nimiam saturitatem a cibo continuit:id q; sequenti quoq; die fecit:nam adhuc inedia:perinde/ac medicamento indigebat.tertio autem die esuriebat quidem:id quod frequenti indicabat uoce:uerum tamen hædum duorum tantum dierum comertio nunq̄ attigit:sed illi quidem pepercit:alium uero appositum statim arripuit.erubescant nunc:aut ima petant tartara:qui non modo Veteres amicos: sed & fratres eodē utero editos:iisdem parētibus educatos:in eodem domicilio ab incunabilis uersatos prodere/ac penitus perdere non ueriti sunt:quod fera ratione minime particeps duorum dierum consuetudine facere nequaquam sustinuit. DEM. Nyctimus Lycaonis maximus natu filius post patrem imperauit.Pallas Orestheus & Phigalus Lycaonis filii Pallantium Oresthasium Phigaleam urbes condiderunt.Oresthasium tamen postea Oresteum ab Oreste Agamemnonis filio denominatum:& Phigalea Phialea a Phialo Bucolionis filio. LVD. Pallantum Arcadię ciuitas a Pallante Lycaonis filio cognominata:ut Hesiodus ait.gentile Pallantius.sunt qui Pallantida eam appellent.est & Palantia in Iberia ciuitas:author Stephanus.Phigaleæ ciuitatis Arcadię in Messeniacorū quinto Rhianus meminit:quę Phialea subtracta.g.litera a Phialo quodam postea dicta est: Phialea autem in Bithynia quoq; ciuitas est.author Stephanus. DEM. Thnocia ciuitas a Thnoco Lycaonis filio. IOAN. Thocnea,inquit Stephanus ciuitas arcadię a Thocno:citatq; hunc Pausaniæ librum.ciuis Theocneus. DEM. Acacesium ciuitas ab Acaco Lycaonis filio ab hoc quidem Acaco Homerus in sermone de Arcadibus Mercurii cognomentum deduxit. HIER. Gentile,inqt Stephanus:Acacesius ut Anactorius & Acacesseus ut Tymesseus. DEME. Helisson & fluuius & ciuitas ab Helissonte Lycaonis filio nomen acceperunt.Macaria:& Dasea & Trapezus a Lycaonis filiis no-

mina acceperunt. LVD. Macareę ciuitas Arcadię:inquit Stephanus: a Macareo Lycaonis filio.gentile Macareus & Macareates:dicitur & Macaria secundum autem Romanos Beata.gentile Macarieus.Dasex numero multitudinis apud Stephanum legitur pro Arcadica ciuitate ubi Pausaniam citat.gentile Dasyotes ut Caphyotes. Trapezus, inquit Stephanus:ciuitas est ad Euxinum pontum Sinopensium colonia:quę & Oezenis appellabatur.in hac:ut in libro de mirabili auditu Aristoteles ait grauissimi odoris mel ex Buxo nascitur:ex quo si quis comederit, sanus quidem amens efficitur: sacro uero morbo laborans:statim liberatur. Est & Arcadiæ ciuitas Trapezus a Trapezunte Lycaonis filio. Est & alia iuxta arabicum sinum ciuis Trapezuntius:ut Selinuntius:& regio Trapezuntia:dicitur & Trapezusius. DEM. Methydrii ciuitatis conditores fuere Orchomenus:& Orchomenion quos Homerus πολυμήλους appellat. IOAN. Methydrium:ut Stephanus quoque ait:ciuitas Arcadię:cuius ciuis Methydrieus. Est & altera Thessalię Ciuitas:ut Philoxenus tradit. DEME. Melenæ & Hypsus ab Hypsunte conditæ. HIER. Melęnæ ciuitas Arcadiæ inquit Stephanus:a Melęneo Lycaonis filio.citat autem Pausaniam.ciuis Melæneus: Sunt & Lyciæ Melænæ ciuitas:ut Alexander in Lyciacis ait: cuius gentile esse potest Melęnites: ut celenites. DEME. Thyreum preterea ab eodem Hypsunte conditum:& Hęmona: Thyrea quoque quę in Argiuo est agro:& sinus Thyręates appellatus a Thyręata Lycaonis filio:ut Arcades arbitrantur, nomen acceperunt. LVD. Thyreum:ut & Stephanus scriptum reliquit:ciuitas est Arcadum ab Hypsunte Lycaonis filio condita.gentile Thyræus. Thyrea uero de qua argiui Lacedemoniique pugnarunt. θυρέα quoque.i. Thyre multitudinis numero per syncopen dicitur. Incolæ Thyreatę appellati:& fœminino genere Thyreatis. Est & Acarnanię Thyriū. gentile Thyrieus Androtion uero Thurius inquit. DEME. Tegea ciuitas a Tegate Lycaonis filio. Mātinea a Mantineo

Licaonis:Menalos etiam ciuitas a Mænalo e Licaone genito.Cromna a Cromno Lycaonis filio: Charisia a Charisio conditę.IOAN.Tegea non solum Arcadię ciuitas:ut etiam Homerus testatur:sed & in Creta.a Thalbythio condita.ciuis Tegeates:& fœmininum Tegeatis:erat autẽ μιλοπιος auge Tegeatis:dicitur & Tegeas:ut Ilias.Mantineam quoq; Arcadiæ ciuitatem inquit Homerus.Mænalos ciuitas est arcadię inquit Stephanus:iuxta Męnalum montẽ.gentile Mę nalios:& fœmininũ Mænalia & Mænalites & Mænelaeus. Est & Mænalia Galatiæ ciuitas. Cromna apud Stephanum ciuitas Paphlagoniæ:quę nunc Amastris.quidam aiunt locũ esse Amastridis.gentile Cromnites:& Cromneus:est & Peloponnesi ciuitas masculino:& fœminino genere:& utroq; numero sub ditione Cromni Lycaonis filii.Charisię:ut idẽ Stephanus ait:ciuitas Arcadię:a Carisio Lycaonis filio cognominata. DEM. Tricoloni a Tricolono ciuitas exædificata.Peræthes a Perętho.Ascęa ab Ascęata.sunt & Lyceatæ.Sumata a Sumateo.Aliphthoros autem & hęręus cognomina sunt & ipsa ciuitatum. HIER. Tricoloni Stephano quoq; Arcadię ciuitas a Tricolono Lycaonis filio. gentile Tricolonicus. Ascæę Stephanus non meminit:Ascam tamen inquit uicum esse in Arcadia:unde Alpheus fluit: qui & Ascates dicitur. Lycoa ciuitas Arcadię inquit Stephanus:citatq; Pausaniam in octauo.gentile Lycoates:& fœminino genere Lycoatis:unde suspicari licet apud Pausaniam Lycoatas legendum aut apud Stephanum Lyceatas:& Lyceam urbem nõ Lycoam. Sumatia scribitur apud Stephanum ciuitas Arcadię non sumata a Sumateo Lycaonis filio.scribitur & diphthongo σουμάτεια:Aliphthoros apud Stephanum nusq̃ legitur.Sed Alíphera quam ait esse Arcadię ciuitatem ab Aliphero Lycaonis filio cõditam.Heręeus:inquit Stephanus, gentile est Heræę Arcadiæ ciuitatis quę & solo gorgus uocabatur:sita autẽ est circa Messenen ad Peloponnesum. Est Heræa & promontorium e regione Chalcedonis. DEM. Oenotrus ex Lycao

nis filiis natu minimus acceptis a Nyctimo fratre & uiris:& pecuniis in Italiam traiecit:a quo Oenotria regio nomen accepit.primus hic gręcorum/ac barbarorum in externas terras coloniam deduxit. LVDV. Sunt qui uelint inquit Stephanus:totam quoq; Italiam Oenotriam appellatã ab Oenotro Arcade.Pisander tamẽ in decimo tertio ἀπὸ τῆσ ἄισω χείσιωσ ait denominatam.gentile Oenotrus:& Oenotrius. Dionysius Alicarnasseus Oenotrus iquit/ac Peucetius fratres cum Lycaoni patri duo essent & uiginti filii:oporteretq; Arcadiam in totidem partes diuidi,relicta patria Italiam petiere:quare cum Peucetius supra Iapygios populum suum collocasset:qui circa ea loca habitabant Peucetii omnes cognominati.at Oenotrius maiorem exercitus partem secum uehens: cum in Ausonium sinum ab Incolis Ausonibus sic appellatũ peruenisset.Oenotriam regionem populosq; Oenotros a suo nomine nuncupauit. DEM. Calisto Lycaonis filia a Ioue dilecta est:sed a Iunone deprehensa in Arcton.i.ursam transformata est.hanc Diana in Iunonis gratiam interfecit.Mercurius a Ioue missus infantem:quo Calisto grauis erat:seruauit.Is arcas appellatus Arcadię nomen indidit:quæ prius Pelasgia dicebatur.ipsam autem Calisto Iupiter Stellas fecit ursam appellatam:quam & ἄμαξαν uocãt ut ait Homerus.huius tamen tumulum ostendunt Arcades. IOAN. Phurnutus ait Calisto uenatricem ab ursa fuisse deuoratam:quam uenatores cum ad ursæ lustrum uidissent:nec amplius existentẽ conspexissent.in ursam conuersam dixere.sunt autẽ ursæ geminę in cælo:ut Arati interpres ait:quarum alteram Nauplius adinuenit:alteram hoc est minorem Thales Milesius.maiorem helicen appellant:quam gręci spectantes nauigant unde ab Homero sunt helicopes nominati ὅσ εἰσ ἀυτὴν τοὺσ ὦπας ἀνατείνοντασ. at Phoenices rei nauticæ græcis peritiores minorem obseruant.amaxę autẽ propterea dicuntur:q; haud secus sibi inuicem inhereant/ac currus cum pari boum gressu in uiis trahuntur.Oceano tingi metuunt:ut a poetis dicitur:

quod ideo fictum est: quia poetæ orizontem quem nunquam subeunt: occeanum appellant. hinc est quod arcti quasi acre idest uertices & mundi capita nuncupantur. DEME Arcas Iouis & Calistus filius post Nyctimon Pelasgię imperauit: quam a se Arcadiam cognominauit: & mitiores fructus a Triptolemo acceptos adduxit: panemq; conficere docuit: & uestem texere: aliaque ad Lanificium pertinentia a Drista percepta instituit: nympham Dryadem nomine Erato uxorem habuit: Dryadas enim & Epimeliadas suas appellabant Naiadas: ex qua Azanem/& Aphidantem/& eclatum filios suscepit cum prius Autolus nothus sibi natus esset. HIERO. Pelasgia dicta est etiam Argorum regio: ut Stephanus ait: & mulier. Notandum est autem q; Pelasgius non dicitur gentile masculinum: Sed conditori cognomine Pelasgus: Pelasgiotis uero fœmininum & Pelasgia & Pelasgicum argos habitabant & Pelasgiotes a Pelasgia. DEME. Filiis autem cum Iam adoleuisset: trifariam Arcas imperium partitus est: & ab Azane Azania portio nominata. ab iis Colonos deductos aiunt quicunq; circa antrum Steunos in Phrygia appellatum & Pencalan fluuium habitant. Aphidas Arcadis filius Tegeam: & Tegeæ proxima sortitus est: Vnde effectum est: ut poetæ Tegeam ἀφειδάντειον κλῆρον appellauerint. Elatus Arcadis filius Cyllenen adhuc sine nomine montem sorte est consecutus: postea in regionem nunc Phocida nuncupata migrauit: & Elateæ Ciuitatis factus est conditor. LVDOVI. Elatea: inquit Stephanus, maxima est Phocidis Ciuitas: ab Elato sic dicta: est & Thessaliæ. gentile Elateus. Est & Thesprotię: quam & Elatream uocant. gentile Elatreus. DEMETRI. Azani Arcadis filio unde Azania pars Arcadiæ dicta: filium aiunt fuisse Clitorem, Aphidanti Aleum: Elato Aepytum/Perea/Cyllenen/Ischyn/& Stymphelum. in Azanis Arcadis filii morte certaminum præmia pri

mum proposita. nunquid & alia ignoro: Hippodromiæ certe proposita. Clitora ciuitatem Arcadis filius Clitor condidit: qui Lycosurę habitabat. Cyllene mons a Cyllene Elati filio nomen accepit: in cuius uertice Cyllenii Mercurii stat templum. IOANNES. Cyllene ut Eustathius ait: non modo mons: uerum & cognominis in Arcadia ciuitas: ubi Maia uidetur Mercurium peperisse: unde est Cyllenius dictus. appellata est autem Cyllene: a Cyllene naiade. Est & cumarum Cyllene. est & uicus modicus: in quo Colotæ Aesculapii Eburneum est simulacrum admiratione dignum. DEME. Stymphelus & fons est: & ad fontem ciuitas: a Stymphelo Elati filio. HIERO. σ7ύμφαλος inquit Eustathius sæpius cum a dicitur Stymphalus: unde Stymphalius de quo superius dictum est. DEME. Autolycus Dædalionis filius: licet Mercurii diceretur Parnasum montem incolens Neæram Ischyos filiam uxorem duxit. Aepytum Elati filium: in quem Arcadiæ imperium Clitore Azanis filio sine liberis defuncto cesserat: ad uenationem profectum interemit serpens Sirps nomine: paruæ uiperæ magnitudine: Cinericio colore: raris distinctus maculis: cui latum est caput: angustum collum maior uenter: breuis cauda. hic & Cerastes alter Serpens oblique cancrorum more incedunt. Aleus Alphidantis filius: qui Aepyto successit: Palladi Aleę: quod uetustum est Tegeę sacellum extruxit: ibidemque sibi constructa est regia. Gortys Stympheli filius Gortyna ciuitatem iuxta fluuium Gortynium appellatum condidit. LVDV. Gortyn cuius genitiuus Gortynos: & Gortyna Gortynę ciuitas in Creta insula a Tauro Cretensi rege: qui Europam rapuit Phœnissam, condita: author Eustathius. Gortyn Cretę ciuitas ab Heroe Gorty: ut ait Stephanus: dicebatur autē & Larissa: & Cremnia: & postremo Gortys: cuius accusatiuum modo Gortyn: modo Gortyna: & Gortynam dicunt. DEM. Lycurgus:

Amphidamas:& Cepheus Alei filii. Auge Alei filia ab hercule compressa filium peperit. quare a patre depręhēsa in arca condita est:& in mare proiecta : quam ad Cayci prata delatam Teuthras λυκάστιω ἀνὴρ uxorem duxit:& nunc quoque Pergami : quæ supra Caycum est ciuitas, Auges extat monimentum:cui imposita est nuda mulier ænea. IOAN. Telephus ut Lycophronis interpres ait, Herculis fuit filius:quem ex Auge Alei filia suscepit : quę cum infantem in Palladis templo exposuisset, pestis ingruit: qua re cognita: Aleus eum in Panthium montem exposuit:cui ceruua ubera porrexit : pastores autem ibi repertum puerum seruarunt. Nauplius Neptuni filius Aleo mandat:ut Augen Teuthranti tunc Mysiæ principi uendat:quam uxorem duxit. DEM. Ancęus Lycurgi:qui Aleo patri defuncto successit, filius cum Iasone in Colchos nauigauit:qui postea in Calidonii apri uenatione ab ipso apro occisus est. HIERO. Colchi:ut Eustathius inquit a Colcho Phasidis filio cognominati:a quo & Phasis fluuius nomen accepit. supra Colchos Thoanes sunt populi auro affluuentes:quod a Torrentibus delatum μαλλωταῖς excipiunt : unde τὸ χρυσόμαλλον δέρας fabulose confictum est. Atqui Charax auream pellem methodon id est ut ita dicam artificium esse ait Crysophagiæ membrana contentam:propter quam perinde/ac plurimi faciendam Argonautas eo nauigasse memorat. Suidas auream pellem librum fuisse testatur in pellibus conscriptum : quo auri per Chemeam conficiendi ratio continebatur. non immerito igitur ab effectu auream cum pellem appellarunt. quod autem chemea sit:idē docet Suidas χημεία ἡ τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευή:cuius libros perscrutatus Diocletianus combussit. hęc est quam Archemeam uulgo appellant. DEME. Echemus Aeropi filius:Cephei nepos post Lycurgū imperiū accepit:Hyllumq; Herculis filiū ex prouocatione interfecit. LVD. Hyllus ut & Sophocles in Trachiniis: & Seneca in

Herculis tragoedia testatur. Herculis fuit ex Deianiara Oe-
nei gnata filius. DEME. Agapenor Ancęi filius. Lycurgi
nepos Echemo successit in regno. Arcadesque ad Troiam
duxit: qui post captum Ilium in Cyprum tempestate dela-
tus Paphum ibi ciuitatem condidit: & Veneris templum in
urbe Papho exędificauit. nam antea in loco Logis appella-
to a Cypriis dea colebatur. IOAN. Homerus in ducum/
ac nauium catalogo Agapenorem ait Arcadum Ducem se-
xaginta quidem nauibus ad Troiam nauigasse: sed eas naues
ab Agamemnone accepisse: cum Arcades rei nauticæ mini-
me uacarent. Cyprus insula ut Eustathius scriptum reliquit:
a Cypro Cinyræ filio nomen accepit: uel a flore Cypro: qui
ibi plurimum prouenit. Sunt qui dicant Crypton quondam
nominatam: ꝙ mari tegeretur: ꝙ autem & Sphecea uocita-
ta sit: & Cerastia Lycophron testatur. Stephanus uult Cy-
pron non Cinyræ filium: sed filiam fuisse: & Astynomus Cy
pton non Crypton appellatam: quod sæpe mari occultaretur:
dicta est & Cerastis: & Cerastias: ꝙ multa habeat promon
toria/ & Amathusia/ & Meionis/ & Acamanthis. gentile Cy
prius/ & Cypriacus/ & Cyprieus/ & Cyprites. est & Libyca
Cypros. gentile Cyprites: author Stephanus. Venus ex
Coeli genitali: & spuma maris orta primum Cytheris: dein
de Cypro appulsa est: author Hesiodus. DEME. Laodi-
ce Agapenoris filia peplum misit Tegeam Palladi Aleæ
cum hoc epigrammate: quo Laodices genus indicatur λαο-
δίκης ὅδε πέπλος ἑᾷ δ' ἀνέθηκεν ἀθηνᾶ πατρίδ' ἐς εὐ-
ρύχορον κύπρου ἀπὸ ζαθέας. ex Stymphaleo natus Aga
medes: ex quo Cercyon: unde Hippothus: qui post Agape-
norem imperauit: & regiam: quę prius Tegeæ fuerat, Trape
zunte constituit: cui Aepytus filius successit. Orestes Aga-
memnonis filius oraculo monitus Mycenis in Arcadiam mi-
grauit. Hippii Neptuni templum erat ad Halesium monte
Mantineę: ꝙ qui ingredi ausus esset, undarū inspersione occe

cabatur:pauloq; post moriebatur:si rupto filo quod Agamedes:& Trophonius templi structores aditui opposuerant/ac non aut subiens:aut transiliens ingressus fuisset. quod Aegypto Hippotæ filio filum frangere/atq; ingredi auso accidit. huic templo Adrianus imperator addidit nouum adhibitis custodibus operis:ne in uetus inspicerent:ne ue quicquam ex eo auferent. Cypselus Aepyto patri successit:huic Holæas filius:cui Bucolion filius:qui Phialo a se genito imperium reliquit. hic Phigaleã ciuitatem a se Phialiam nominauit: cui Simus filius successit:huic Pompus filius: a quo Aeginetes filius imperium suscepit:cui hoc nomen ideo inditum est:quod pater cum Aeginensibus amicitiam contraxisset:huic Polymestor filius successit. cui Aechmis nepos ex sorore. huic Aristocrates filius:qui q; uirginem Dianæ cognomine Hymniæ in templo uiolasset, lapidibus a ciuibus obrutus est:quo factum est:ut non uirgo amplius: sed mulier sacerdos eligeretur. huic Hicetas filius successit:qui Aristoccati filio imperium reliquit:qui & ipse q; pecuniis a Lacedæmoniis acceptis Messenios prodidisset, lapidibus obrutus est. μιλασπῖα χωρίον est non procul a Mantinea:unde Mantinensibus quæ potui est aqua in urbem delabitur. Meliastarum fons septem a Mantinea ciuitate distat stadiis. hi autem Meliastę Dionysii orgia celebrant. Iuxta autem fontem & Dionysii atrium: & Veneris cognomento Melanidos est sacellum. hoc autem cognomen idcirco est Venus consecuta:q; hominibus non omnino diurni:ut belluis:uerum nocturni plurimum sint coitus. Inachi fontes in Artemisio sunt monte:qui a monte defluens Mantineos ab Argiuis disterminat:mox flectens cursum per argiuam fertur regionem:unde effectum est: ut a poetis argiuus fluuius appelletur. Δενὴ aqua est dulcis ex mari erumpens circa Genethlium uocatum argolidis. Vetustis autem temporibus Argiui equos habenis exornatos in Dinen Neptuno demittebant. Philippion fons est in monte ad dexteram Mantineæ: sic dictus:q; Philippus Amyntæ filius

ibi sit castrametatus : ubi & Nestanes uici extant uestigia.
Rhea cum Neptunum peperisset:ut Arcades aiunt, eum in
Arcadia ad ouile exposuit : cum agnis uicturum . ex quo no-
men est fonti circa Leophorum in quodam campo inditum:
nam Arne appellatur:quod Neptunus cum agnis ibi uersa-
tus sit.equi uero pullum Saturno comedendum pro Neptu-
no tradidit:ut lapidem pro Ioue:mox uittis etiam obtulit in-
uolutum.Ophis fluuius est circa Mātineam:sic dictus:quod
Antinoe Cephei ab Aleo geniti filia ex oraculo Draconem
secuta Mantineam condiderit.Antigonia cognominata est
Mantinea in Antigoni Philippi tutoris : & Persei patris gra-
tiam.uerum Adrianus Romanorum imperator ciuitati pri-
us nomen restituit . Iouis Epidotæ templum est Mantinen-
sibus.ipse enim bona dat hominibus . Symmachiç Veneris
templi Vestigia sunt Mantinensibus:quam honorificentissi
me coluntq; in Actiaco bello Romanis fuerint auxiliati.
LVDV. Actia inquit Stephanus, Acarnanum ciuitas in si
nu Ambraciaco:ubi Apollinis Gymnicum certamen/& eque
stre/ac nauale tertio quoque anno agitur . eodem autem no-
mine & Apollinis sacellum : & quod sinus ostium facit pro-
montorium:& ciuitas:& Apollo/ac ciuis appellantur . dici-
tur & Actæus Apollo:& Actiacus:dicitur & Actęotis fœ-
mininum. DEME. Antini dei templum est Mantineæ.fuit
autem hic Antinus ex Bithynia : quæ est super Sangarium
fluuium . at Bithynenses ab Arcadibus/ac Mantinensibus
sunt oriundi:huic deo singulis annis sacra : & quinto quoque
anno Certamen faciunt. IOAN. Bithynia inquit Stepha-
nus:ad Pontum regio a Bithyno Iouis & Traces titanidos
filio cognominata : quç Ioui quidem Bithynum : Saturno
uero Doloncum peperit.gentile Bithynus Bithyna & Bithy
nis & Bithynias. DEME. Pelagos locus est quercubus con
situs post Neptuni templum : quod ad Alesium est mon-
tem. ἀπὸ τῆς ἄλης Rheæ : ut aiunt denominatum . Peliæ
filiarum monimentum stadiis ferme quinq; a Neptuni tem-

plo distat:ipsæ namq; ut Mantinenses aiunt.post paternę cę dis contumeliam Mantineam migrarunt. nam cum Medea Iolcum uenisset. Peliæ filiabus se:modo uellent:patri iam ęta te confecto iuuentam restituturam pollicita est: Arietem autẽ cum nescio quo modo iugulasset:una cum ueneficiis in lebe- te elixauit: quibus pro ariete iam cocto uiuentem extraxit agnum. accepit igitur & Peliam elixandum: quem usq; adeo dilacerauit:ut uix filię receperint:quod sepelirent:hac re coa- ctę mulieres in Arcadiam transmigrarunt: quarum nomina poetarum nullus quod legerim:posuit. Micon uero pictor in ipsarum iconibus Asteropeam esse:& Antinoen inscripsit.

HIER. Postquam in Peliæ: & Medeę incidimus mentio- nem:non ab re fore existimauimus si eius Euripidis tragœdię argumentum:quæ Medea inscribitur hoc loco posuero:quod legentibus futurum haud quaquam ingratum spero. Tyro Salmonei filia Neleum: ac Peliam Neptuno peperit:mox Creteo Aeoli filio coniuncta Aesonem/Pheretem: & Amy- thaona in Lucem edidit. Ab Aesone natus Iason:ex Pherete Admetus:ex Amythaone Melampus. Iason autem adhuc in fans Chironi Centauro propterea est a patre commendatus: ut & apud ipsum ingenue educaretur: & medicam faculta- tem ab eo perciperet. Interim Aeson. Peliæ fratri ea lege Thes salię imperium reliquit: ut id Iasoni filio a Chirone reuerso redderet/ac restitueret. Cęterũ datum Peliæ fuerat ab Apol line oraculum: ut ab eo sibi caueret: qui μονοπέδιλος ip- sum publica sacra Celebrantem adiisset. quare cum Iason iam adoleuisset: & a Chirone domum reuerteretur: forte ac- cidit: ut ad Anauri Thessalici fluminis ripam Iunonem in aniculam conuersam/ac fluuium transire timentem offende- ret: Miseratione itaq; motus Iason impositam humeris in alteram traiecit fluminis ripam: uerum cum alterum in cœ no amisisset calcimentum Monopedilos ad Peliam publi- ca sacra peragentem peruenit. quod Pelias conspicatus ora- culi memor Iasonem in Scythiam ad uellus aureum repe-

tendum mittere constituit:existimans fore:ut inde domũ nun
quam rediret. Collectis itaq; quinquaginta græcorum prestã
tissimis uiris Iason in Colchos nauigauit: Aureum uellus Me
deæ Aeete Colchorum regis filię artibus/ac ueneficiis conse-
cutus: ipsa quoq; Medea coniugii spe patri surrepta: secumq;
abducta Iolcum rediit: unde ab Acasto Peliæ filio pulsus cum
Medea Corinthum aufugit. Glaucen Creontis Corinthiorũ
regis filiam relicta barbara: uxorem duxit. Quare cum Creon
Medeę ut Corintho q̃ primum discederet, edixisset: ipsa unius
tantum diei moram petiit: inq; eius beneficii gratiam coronã
auream/ac pulcherrimam uestem per Mermerum/ac Phere-
tem filios sponsæ dono misit. quibus induta una cum patre
eam amplectente conflagrauit: ipsa uero Medea propriis ma
nibus interfectis filiis currum a Draconibus tractum: quem
a sole acceperat: cum ascẽdisset, Athenas aufugit: ibiq; Aegeo
Pandionis filio nupsit. DEM. Epaminundam Thebanum
ducem interfecit Machęrio Mantinensis: licet Lacedæmonii
Macherionem Spartanum fuisse dicant. Athenienses Gryllũ
Epaminundę necem intulisse memorant: non Machęrionem
quod & Thebani: & Pictura: quę est Mantineę, fatentur. post
quam autem uulnus accepit Epaminundas: ipsum adhuc ui-
uentem ex acie efferunt: is uero interea manum ad uulnus te
nens laborabat: & ad dimicantes respiciebat: donec ęquo mar
te pugnatum intellexit: qua re cognita manum a uulnere amo
uit: statimq; mortem obiit: locus autem unde respiciebat: σκο
πὶν posteri nuncuparunt. Ipse uero ubi factus erat conflictus
sepulturæ mandatus est. Tumulo adstat columna cum Cly-
peo cui insculptus est draco: quo significatur: Epaminundam
ab iis generis ducere originem: qui σπαρτὸι appellantur. ora
culo Delphico monitus Epaminundas: ut pelagos declinaret
naues conscendere uerebatur. uerum locũ ubi interfectus est
euitare nequaq̃ nouit. Pelagos. n. dicebatur. Anibali datum
est ex Ammone oraculum fore: ut defunctus terra operiretur
Libyssa: unde se Italiam domiturum: & in Libyam reuersurũ:

ibiq; senio confectum decessurum:arbitratus est. Flaminio
autem romano uiuum capere summo studio nitente, ipse ad
Prusiam supplex accessit:a quo extrusus equũ ascendit:& stri
cto ense digytum uulnerauit.ex quo uulnere non multa sta-
dia progresso febris:& tertio die mors contigit.locum autẽ:
ubi extinctus est Nicomedenses libyssam appellant. LVD.
Libyssa Castellum Bithyniæ maritimum:ut Alexander Po
lyistor tradit.gentile Libyssæus. Nicomedeum uero eiusdem
Bithyniæ est emporium:ut in Bithyniacorum quinto Arrhia
nus ait.gentile Nicomedeus:potest & Nicomedeeus author
Stephanus. DEM. Atheniensibus ex Dodone datum ora-
culum:ut Siceliam conderent.est & Sicelia haud procul ab ur
be collis.uerum Siciliam Insulam sibi oraculo significari arbi
trantes Syracusanis bellum intulerunt. IOAN. Syracusæ
ut actione in Verrem quinta scribit Cicero, græcarum urbiũ
maxima in quatuor est diuisa uelut ciuitates.Insulam/Acradi
nam/Thycen/Neapolim:& in sexta Syracusarum inquit hic
situs/atq; hæc natura esse loci:cæliq; dicitur:ut nullus unquã
dies tam magna turbulentaq; tempestate fuerit:quin aliquo
tempore solem eius diei homines uiderint. aiunt Miscellum
Crotonis conditorem:& Syracusarum Archiam ad Pythium
oraculum profectos a Pythia fuisse interrogatos utrum diui-
tias:an sanitatem uellent:cui cum Miscellus bonam se ualitu
dinem, Archias opulentiam uelle respondisset.huic ut Syra-
cusas:illi ut Crotonem conderent concessisse:itaq; factũ esse:
ut Crotoniatę saluberrimam incoluerint ciuitatem:ualidissi-
miq; fuerint Athletæ.Syracusani uero tanta rerum opulentia
exuberauerint:ut hoc prouerbium inde exciderit:ουκ ἂν γένοι
το ἀυτὸις συρακουσίων δεκάτη quo in uilissimos uti consueui
mus:author Stephanus. DEM. Charmonis Iouis sacellum
a tumulo Epaminundæ uno distat stadio.in arcadum syluis
diuersę sunt quercus:quarum alias πλατυφύλλους:alias pha-
gos appellant:tertium genus rarum:& usq; adeo leuem præ
bet corticem:ut inde in mari anchoris/ac retibus signa faciãt

huius quercꝰ corticẽ Hermesianax poeta Elegiacus φελλὸν nominat. HIER. Suber inter glandiferas arbores Plinius recensens Glandem inquit ferunt Robur/quercus/Aesculus/Cerrus/Ilex/Suber. Inde addit Ilicis duo genera: ex iis in Italia folio non multum ab oleis distant smilaces a quibusdam dictę gręcis. in prouinciis aquifoliæ. Ilicis utriusq; glandẽ Homerus Acylon appellat. Latifoliæ probantur ex argumento dictæ. DEM. Methydrion ciuitas: & Alcimedon campus stadiis triginta a Mantinea distant & in ipso campo mons Ostracina: & in monte spelunca: in qua Alcimedon ex heroibus unus habitauit. huius filiam nomine Philo Hercules compressit: quare cum peperisset, exposita est in monte peritura cum filio: quem Arcades Aechemagorã nominant. pueri uagitũ pica emulata herculẽ ea transeuntẽ ab itinere reuocauit: nã pueri uagitũ nõ picę uocẽ ratus Hercules eo profectus est: puellamq; agnitã uinculis soluit/ac puerũ seruauit: unde fons ibi Cissa a pica illa cognominatus est. Petrosaca locus a Cissa fonte quadraginta distat stadiis: Megalopolitarum. n. & Mantinensiũ est terminus. Lada studii nomen est in altera de uiis: quæ Orchomenum ferunt: in quo se Ladas cursu exercebat: & in dextera parte uię editus est tumulus: ubi Penelopen esse sepultam ferunt. Aiunt. n. Vlyssem a Troia reuersum ob procos admissos cum Penelope diuortium fecisse: ipsamq; statim se Lacedęmona recepisse: postea uero Mantineam migrasse: ibiq; uitã finisse: quæ a Thesprotide poesi penitus discrepant: in qua scriptum est Penelopen Vlyssi reuerso Ptoliporthen filium peperisse. Penelopes tumulo contiguus est campus: & in campo mons rudera Mantinęę ueteris adhuc habens: appellatur autem locus Ptolis: unde non admodum progredięti Alalcomenię occurrit fons: & triginta a ciuitate stadiis uici Męræ cognominati rudera: siquidem hic & non apud Tegeates Mæra Atlantis sepulta est: nisi forte altera Męra ab Atlantis Mæra oriunda in Mandinensem regionem uenerit; Anchesia mons Mantinea Orchomenum euntibus occurrit:

& ad montis radices Anchisę tumulus. Nam cum Aeneas in
Siciliam nauigaret: in Laconiam delatus Aphrodisiadē, atq;
Oetidem ciuitates condidit: unde cum Anchises ad hunc lo-
cum nescio qua causa peruenisset, extremum obiit diem: ibiq;
sepultus est. a quo mons ille nomen accepit: huic rei fidem fa-
ciunt Aeoles: qui nostra tempestate Ilium incolunt: nusq̄ re-
gionis suę Anchisę monimentum indicantes. IOAN. quod
Anchises in Sicilia & decesserit: & sepultus fuerit, docet Ver
gilius. quod autem in causa fuerit: cur uenus Anchisæ iam grā
diori se copulauerit: nusq̄ alibi preter q̄ in Michaelis byzantii
uiolario adhuc legimus: quod propterea silentio minime inuo
luendum existimauimus: quia legentium plerisq;: ut reor, non
ingratum erit. Venus cum ab oraculo accepisset fore: ut dele
to Troianorum imperio Anchisiadæ imperarent: cum Anchi
se iam senescente coiuit. quare cum Aeneā peperisset: cupiens
efficere: ut Troianorum imperium euerteretur, Helenes desi
derium Paridi iniecit. post cuius raptum: opinione quidem
Troianis fauebat: re autem uera ipsorum iacturam solabatur:
ne penitus desperantes Helenen græcis redderent. DEME.
Cedreatim appellant Orchomenii Dianam: q͛ eius simula-
crum in magna cedro erectum sit. Caphya ciuitas tribus di-
stat ab Orchomeno stadiis. HIER. Caphyia ut Stephanus
quoq; ait: ciuitas Arcadię a capy Anchisę patre: uel a Cepheo
nomen accepit. cuius ciuis Caphyeus & Caphyates. DEME.
Τετᾶαι fontes sunt non procul ab orchomeno. ad Pheneata-
rum campum sunt Carię χωρίον: & quinq; a Cariis stadia di
stantes Orexis: & Sciathis montes. Pheneatæ dicunt Alcaū
ex Laonome Pheneatide muliere Gunei filiā: non autem ex
Lysidice Pelopis gnata Amphitryonem filium suscepisse.
LVD. Pheneos ciuitas est Arcadię: cuius Homerus in Ca-
talogo meminit. dicitur & masculino genere: inquit Stepha-
nus. sita est autem supra montem Cyllenē in ea Arcadiæ par
te: quæ Azania nūcupatur. ciuis Pheneates dicitur: & Phenię
us: possessiuum. Pheneaticus & Phenicus. DEM. Per mediū

Pheneatarum campum alueum fecit Hercules olbio flu. quē Arcadum nonnulli Aroanium non Olbium appellant: fluxus autem longitudo ad quinquaginta tendit stadia. Dianam Eurippam cognominatam habent Pheneatę: cuius templum ab Vlysse conditum ferunt: q. amissos equos ibi inuenisset. Aes omnium primi Rhoecus Phiei filius/ac Teleclis Theodorus Samii fuderunt: statuasq; conflarunt. Theodori autem opus erat & illud in lapillo sigillum: quod Sami tyrannus Polycrates & maxime gestabat: & eo supra modum gaudebat. IOAN. Polycrates Sami Tyrannus: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus est pisce, circiter ccxxx. annum urbis nostræ interfectus est: ut in trigesimo tertio author est Plinius. Cicero quoq; libro quinto de finibus Polycrates inquit samius fœlix appellatus est: nihil acciderat ei: quod nollet: & cum annulum quo delectabatur, in mare abiecisset: in præcordiis piscis inuentus est: tamen demum ab Oronte Darei prętore est in Crucem actus. fuit & Polycrates Atheniensis rhetor: qui ut Suidas ait: in Socraté orationes cōposuit: & alius Cypriorū imperator. DEM. Ex Pheneatarū arce descendenti stadiū occurrit: & super colle Iphiclis Herculis fratris: & Iolai patris monimētū. Iphicles. n. tunc ab Actoris filiis: sed a Molione matre denominatis uulneratus est: cū Hercules aduersus Augean/atq; Eleos primus pugnaret. quare Pheneum delatus a Buphago uiro pheneate & a Promne eius uxore benigne acceptus est: ex uulnereq; decedens sepultus. Cui nunc quoq; ut Heroi parentant. Myrtili Mercurii: ut græci aiunt filii: & Oenomai aurigę sepulchrum est Phenei: post Mercurii templum. Nam cum Pelops cum Hippodamię promissam noctem exigentem e naui in mare deturbasset, fluctibus ad littus eiectum Pheneatę sepulturæ mandarunt. Mercurium. n. q̄ maxime uenerātur: & Hermęa hoc est Mercurii festa celebrant. singulis uero annis noctu Myrtilo parentant: uidetur autem Pelops non multum maris nauigasse: sed quantum ab Alphei est ostio ad Eleorum na

uale/itaq; myrtoum mare non a Myrtilo Mercurii filio appellatum uideri posset:cum presertim ab Euboea:& ad Helenen desertam insulam incipiens in Aegeum descendat.quare qui Euboeorum uetustissima memorant: mihi uerisimilia dixisse uidentur.Aiunt.n. Myrtoum mare a muliere quae Myrto diceretur nomen accepisse. Aroanius fluuius est Arcadiae/& Oenoefons. Pyroniae Dianae sacellum est in Crathide monte: unde uetustis temporibus argiuum ignem ad Lernaea ferebāt. Crathidis fluuii fontes sunt in monte Crathide. delabitur autem in mare circa Aegas Achaię quondam ciuitatem:a quo Crathide qui in Italia est Crathis fluuius nomē accepit. Tricrena mons est Pheneatarum: a tribus fontibus cognomentum trahens:in quibus nymphę Mercurium infantem lauisse dicuntur.quare deo sunt fontes consecrati.ab hoc monte haud procul est Sepia mons alius:ubi aiunt Aepytū Elati filium serpentis ictu periisse. Visitur autem eius sepulchrum ibidem cuius meminit Homerus.Est aut non magna terrę aggeratio basi lapidea in orbem contenta.Mausolea appellant Romani magnificentissime constructa monimenta a Mausoli sepulchro:quod erat Alicarnassi. HIER. Mausoleum ut in trigesimo sexto Plinius ait, celauere Bryasis:& Timotheus:& Leochares:hoc est sepulchrum ab uxore Artemisia factum Mausolo Cariae regulo:qui obiit olympiadis centesimae anno secundo.opus id ut esset inter septem miracula, duo maxime artifices facere:reliqua legantur apud ipsum Plinium.duae autem fuere Artemisię ut Suidas ait:quarum altera in Persico bello adeo se strenue gessit:ut rex Xerxes pugnę spectator dixerit.uiri mulieres facti sunt: mulieres uero uiri. Altera recentior cuius meminit Demosthenes: quam Necatomni quidem filiam uxorem uero/ac sororem Mausoli fuisse memorant.Artemisios autem ut idem Suidas ait:mensis est Maius apud Macedonas:Sed Artemisium tam Dianae simulacrum:q̄ Euboeae promontorium signat. DEM. Hebraeis Helenes mulieris indigenae tumulus est in ciuitate Solymis

quam romanorum rex solo æquauit. excogitatum autem est: ne tumuli fores haud secus / ac tumulus ipse lapideæ prius ape rirentur: q̄ eandem semper & diem: & horam annus reduxis set. tunc. n. unico machinamento reclusę: nec diu detentæ con cludebantur: alio autem tempore si aperire tentasses, reclusis ses tu quidem nunq̄: uerum id efficere conatus ipsas prius ru pisses fores. LVD. Solyma inquit Stephanus Assyriorum ciuitas post captum: quod Hierosolymis erat templum: con dita. gentile Solymenus. DEM. hęc erant quantum perci pere licuit: unde Veteres ξόανα faciebant. Hebenus / Cypari ssus / Cedri / querna / Milax / lotus. Cyllenii autē Mercurii octo pedum statua: non ex his sed ex Thyo facta erant. IOAN. Smilax: siue Milax ut uigessimo quarto ait Plinius: qui & Ni cophoros cognominatur similitudinem hederę habet: tenuio ribus foliis: coronam ex eo factam impari foliorum numero aiunt capitis dolori mederi. Idem in sexto decimo Smilax si milis est hederę e Cilicia primum profecta: sed in græcia fre quentior: densis geniculata caulibus / spinosa / fruticosa ramis folio hederacio / paruo / infausta omnib⁹ sacris: & coronis: quo niam sit lugubris: uirgine eius nominis propter amorem iu uenis croci mutata in hunc fruticem. id uulgus ignorans ple rumq; festa sua polluit: sicut in poetis: aut libero patre: aut Si leno: Cęterum cum Pausanias ex Milace simulacra consueuis se fieri dicat: & hęc inter frutices a Plinio numeretur, suspica ri libet eam potius Milacem a Pausania intelligi quam idem Plinius inter glandiferas recenset: & a gręcis smilacem appel lari dicit. Ait. n. Ilicis duo genera: ex iis in Italia folio nō mul tum ab oleis distant smilaces a quibusdam dictę gręcis: in prouinciis aqui foliæ. Euripides in ea Tragœdia: quę bacchę inscribitur, de Bacchis per nuntium loquens ait. Imposuerūt capiti hederacias coronas: & ex quercu / ac Milace: sed ne ip sius poetę uerba desiderarentur addere constituimus ἐπὶ δ' ἔ θεντο κισσίνους στεφάνους, δρυός τε, μίλακός τ' ἀνθεσφό ρους. quare non absurdum uideri debet si Milax etiam ab Eu

ripide pro Ilicis genere hoc loco posita credatur: cum presertim quercũ preposuerit. Thyon ex qua arbore Cyllenii Mercurii simulacrum fuisse factum Pausanias ait. Thya quoq; dicitur a Theophrasto: nec nõ & a Plinio. ait. n. Trogete arbor ab Aliis Thya uocatur: hanc inter odores uri tradit Homerus in delitiis Circes: quam deam uolebat intelligi: magno errore eorum: qui odoramenta in eo uocabulo accipiunt: cũ presertim in eodem uersu citrum: Laricemq; una tradat. Homerus Odyssee libro quinto mercurium inducit Calypsus antrum Iouis mandato petentem cedri/ac Thyi ustarum ab ea arborum odorem a longe sensisse. ait. n. τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. quare non Circes: sed Calypsus: nec Citri sed Cedri apud Plinium legendũ putauerim: cũ presertim apud Circen huiusmodi arbores uri solitas apud Homerum nusq̃ legere meminerim. DEME. Chelidorea mons est Cyllene contiguus: ubi cum Mercurius testudinem reperisset: & feram excoriasse: & ex ipsa lyram fecisse dicitur. HIER. Huius lyrae a Mercurio ex testudine facta meminit Homerus in Mercurii hymno: quam septẽ habuisse chordas ait: donatamq; a Mercurio Apollini pro caduceo. est inter adagia χελώνης μυῖαν quo in eos utuntur: qui alicuius rei nullam habent curam: eamq; penitus flocifaciunt.

DEM. Clitor Arcadiae ciuitas: nec non & Nonacris a Lycaonis uxore nominata. LVD. Nonacris ut Rhianus ait: ciuitas Arcadiae. gentile inquit Stephanus Nonacrites: & assumpto. α. Nonacriates Mercurius: Lycophrõ. Νωνακριάτης Τρικέφαλος Φαιδρὸς θεός. & foemininum Nonacriatis: dicitur & nonacrieus apud Aristophanẽ. DEM. Stygos aqua in altissimum stillat precipitium: quod est iuxta Nonacrim. Styga Oceani filiam fuisse legimus in Theogonia: quam nõnulli Hesiodi esse arbitrantur: uxoremq; Pallantis: cui Linus adstipulatur. Epimenides uero Cretensis filiam quidem esse Oceani fatetur: peperisse uero non Pallanti: sed Piranti cuidã Echidnam. Homerus ait esse apud inferos Styga. Caeterum

hæc quę est iuxta Nonacrim primum in editum decidit lapidem:unde mox in Crathim fluuium descendit. est autem hominibus cæterisq; animantibus perniciosa. uitrum crystallus: Myrrhinum: & quæcunq; sunt: unde hominibus Lapidea/testaceaq; fiant uasa: hac stygos aqua disrumpūtur/ac fatiscūt: Cornea uero/atq; ossea/ferrum/æs/plumbum/stannum/argētum/electrum: & quod maius est aurum hac aqua putrescit: solam tamen equi ungulam corrumpere non ualet. continetur enim ab ipsa: nec ungulam conficit. q; autem Alexander Philippi filius hoc ueneno sublatus fuerit, compertum non habemus: dictum tamen fuisse non ignoramus. LVD. Plutarchus in Alexandri uita decessit inquit Alexander quarto kal. quintilis circa solis occasum: cum nulla ueneni extitisset suspicio. sexto post anno cum de illo renunciatum esset, Olympias Alexandri mater cęsis compluribus Iollę premortui cineres dissipasse traditur: q; Is uenenum temperasse crederetur. quidam Aristotelem eius facinoris consilium Antipatro Iollę patri dedisse: & illius afferendi ueneni authorē extitisse perhibent. hæc Agnothemis quidam narrasse dicitur: quę ex Antigono rege audisse constabat. ipsum autem uenenum gelidissimam quandam esse aquam: ex Nonacriæ petra sudantem ferunt: quam in roris tenuissimi morem colligentes in equi reponunt ungula: nam cætera nullo modo uasa sufficerent: qui ob tanti uim frigoris scissa fatiscerent. quidam ficta quæ de ueneni potione dicuntur, affirmant. Victruuius quoq; in octauo est inquit in Arcadia Nonacris nominata terræ regio: quæ habet in montibus ex saxo stillātes frigidissimos humores. hæc autem aqua Stygos hydor nominatur: quam neq; argentum: neq; æneum: neq; ferreum uas potest subsistere: sed dissilit: & discipatur. conseruare autem eam & continere nihil aliud nisi mulina ungula potest: qua Alexandrum magnum ab Antipatro per Iollam filium necatum ferunt. Nos ex iis: que Stephanus Niger preceptor noster ab Atheneo decerpsit: percepimus, Alexandrum regem cum Protea uiro Macedonię cer

tatim bibentem tantum uini uno spiritu ingurgitasseut inde morbo correptus decesserit. DEME. Margaritæ aceto sol uuntur: ut Adamantem liquefacit hirci sanguis. IOAN. Quod Hercules omnium primus Margaritam marinam muliebri mundo aptissimam inuenerit: eamq; Pandaæ filiæ Indicę regionis reginæ donauerit, in Indicis comentariis docet Arrianus: quoq; modo conchę capiantur: unde margaritæ eruuntur, indicat. quod autem aceto soluantur, Cleopatræ exemplo docet Plinius, quæ ut luxu M. Antonium superaret, e duobus preciosissimis unionibus alterum in Cœna aceto soluit. licet Clodius Aesopi tragœdi filius prior palati gratia dissolutos uniones ebiberit. Adamas inquit Plinius maximum inter gemmas precium habet: diu non nisi regibus: & iis admodum paucis cognitus: uno modo in metallis repertus per quam raro comes auri: nec nisi in auro nasci uidebatur. Veteres cum in Aethiopum tantum Metallis inueniri existimauere: inter delubrum Mercurii, atque insulam Meroen: dixeruntque non ampliorem cucumeris semine: aut colore dissimilem inueniri: nunc genera eius sex, Indicus, Arabicus, Cencheros, Macedonicus, Cyprius, Siderites. dissidet cum Magnete lapide in tantum ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi: aut si admotus magnes aprehenderit: rapiat, atque auferat. Adamas ut Apollonii interpres ait est lapis: & solidi ferri species: quod autem hirci sanguine disrumpatur: iam omnibus persuasum est. DEMETRIVS. Aroania montes supra Nonacrim: ibique specus qui Prœti filias furore correptas confugisse memorant: quas Melampus sacris quibusdam arcanis: expiationibusque in locum Lusos appellatum deduxit: Sunt autem Lusi in Clitoriorum finibus: quos quondam fuisse ciuitatem ferunt. Ibi Melampus Prœti filias in Dianæ templo furore liberauit: quam Nemerasiam ab eo Clitorii nuncuparunt. HIERONYMVS. Anaxagora Prœti filio Argis imperante Melampus uates argiuas

mulieres:uel ut nonnullis magis placet, Proetidas furore liberauit. quare una cum Biante fratre imperii partem consecutus est. author Eustathius. in Arcadia inquit Vitruuius spelunca est profluens aquae: quam qui bibunt, fiunt abstemii: eam dicunt non esse idoneam ad lauandum: sed etiam inimicam uitibus: q; apud eum fontem Melampus sacrificiis purgasset rabiem Proeti filiarum: restituissetq; earum uirginum mentem in pristinam sanitatem. erant autem Proeti filię, Męra, Euriale, Lysippe, Iphianassa: quas ex Antia uxore susceperat: quę cum se Iunoni pulchritudine prętulissent, illa irata hunc errorem earum iniecit mentibus: ut se uacas putarent: & plerumq; gemerent: & timerent: aratra, syluasq; peterent. unde Vergilius: Proetides implerunt falsis mugitibus agros. Ouidius Matamorphoseon libro decimo quinto. Clitorio quicunq; sitim de fonte leuauit, uina fugit: gaudetq; meris abstemius undis: seu uis est in aqua calido contraria uino: siue quod indigenae memorant Amithaone natus Prętidas attonitas postquam per carmen & herbas eripuit furiis, purgamina mentis in illas misit aquas: odiumq; meri permansit in undis. DEME. Cynęthaenses genus est Arcadum: qui Iouis simulacrum in utraq; manu fulmen habens in Olympia dicarunt: a quorum urbe fons nomine Alyssos duobus distat stadiis: cuius aquae potu rabidi morsu canis laborantes liberantur. LVDV. Cynętha inquit Stephanus Arcadię ciuitas: a Cynaetho Lycaonis filio. gentile Cynaetheus & a Cynaethia quadrisyllabo Cynęthaeus. est & Cynaetha Thracię ciuitas sub Neriso monte sita. DEME. Daphnen dilexit Leucippus Oenomai Pissae regis filius: ut & Arcades: & Elei memorant. is cum eius nuptias assequi nequisset: utpote masculum sexum exosę, habitu muliebri: comaq; quam Alpheo alebat: contexta, ad eam accessit: seque Oenomai filiam esse apud ipsam mentitus est: & cum generis nobilitate: uenandiq; peritia caeteris Virginibus antecelleceret, Daphnes beneuolentiam sibi quã facillime conciliauit: mox

Daphne:cæteræq; nymphæ in Ladone flumine natare con-
cupiuerunt:inuitumq; Leucippum exuerunt:quem cum ma-
rem esse cognouissent:hastis pugionibusq; interfecerũt. Qui
Apollinis erga Daphnen amorem cantu celebrant:Apollinẽ
amoris fœlicitatem Leucippo addunt inuidisse:priusq̃ in flu-
mine lauarentur. IOAN. Ladon Arcadiæ fluuius ut Lyco
phronis interpres ait:Daphnen filiam ex Terra suscepit:quã
cum Apollo eius amore captus insequeretur:precibus com-
mota mater absorpsit:& in Apollinis gratiam puellę cogno
minem arborem edidit.cuius perpetua fronde tam ipse:quam
eius sacerdotes coronantur : qui Daphnophagi hoc est lauro
uescentes propterea cognominantur : q; ut laurus perpetuis
uiret comis:sic ipsi uates oracula dantes perpetuo pascerẽtur.
Ouidius Daphnen Peneiam dicit:quasi Penei filiam.Pasipha
es templum Lacedemone erat : inquit Plutarchus:in Agidis
uita:quæ responsa dabat:quam nonnulli unam ex Atlantia-
dibus Ioue genitam fuisse tradunt:quæ Ammonem peperit.
alii uero Cassandram Priami filiam eo in loco defunctam/ac
sepultam hoc nomine uocatam fuisse perhibent : q; omnibus
petentibus oracula preberet.Philarchus autem refert Ami-
clę filiam Daphnen cum Apollinem uim afferre uolentem
aufugeret, in plantam fuisse conuersam/atq; ab eodem deo di
uinandi accepisse potestatem.Daphnen Tiresię filiam:ut Si-
culus ait Diodorus:direptis Thebis uictores Delphos ex uo
to susceptum misere oblationem deo:ea diuinandi artem adeo
calluit:ut eius uersibus Homerum ferant multa ad sui poema
tis ornatum sumpta transtulisse: cognominata est etiam Si-
bylla:nam plenam deo & Sibyllam esse idem notat: λαφρι
νω φορῶ βαντηίαν prouerbium est:quod iis maxime cõgruit
qui aliquorũ insidiis petuntur:q; laurus ἀλεξιφάρμακον con
tra uenena remedium fit. DEM. In Aroanio fluuio cũ aliĩ
sunt pisces:tũ etiã qui Pœciliæ nominantur:hos Pœcilias tur
dorum auiũ uocem emittere tradũt.in Aroaniũ Clitor fluuiꝰ
ingreditur.Clitoriorũ ciuitas ab Azanis filio nomẽ accepit:

quæ montibus non magnis circũsepta est. Lycius delius æta te uetustissimos hymnos & in alios: & in Ilithyiam compo- suit: quam Eulinon .i. pulchra lina / ac stamina habentem ap- pellat: quam idem esse: quod & fatum: saturnoq; uetustiorem indicat. in Stymphalo uetusta Temenum Pelasgi filium aiũt habitasse: & ab hoc Temeno educatam Iunonē: triaq; ipsum deę sacella erexisse: & tria cognomina indidisse: nã adhuc uir- ginem παῖδα appellauit. Ioui autem nuptam τελείαν. Ioui autem quacũq; de causa iratam: & Stymphalon reuersam χή- ραν nominauit. Stymphalus fluuius a Stymphalo urbe ortus terræ hiatum ingreditur: rursus autem in Argolide emergens mutat nomen: & pro Stymphalo Erasinus dicitur. circa Stymphali aquas aues Androphagos fuisse uersatas aiunt: quas Hercules sagittis confecit. Pisander camireus ait: Hercu lem non aues interfecisse: sed crotalorũ tinnitu abegisse. Ara bia deserta & alia: & aues fert Stymphalidas cognominatas: Leonibus / ac Pantheris nihilo aduersus. homines mitiores hę ad prædam profectos homines aduolãt: rostrisq; feriunt / atq; interficiunt. quæcunq; ex ęre quidem aut ferro gestant homi- nes, perforant aues. sin uero crassiore cortice uestem cõtexue rint: aut secus Stymphalidum rostra corticibus inhereut / ac paruarum auium alæ uisco continentur. sunt autem Gruum magnitudine: Ibidibus similes: sed ualidiora: nec ut Ibides adũ ca habent rostra. Stymphaliæ Dianæ templum est in urbe Stymphalo: circa cuius tectum Stymphalides erant aues, ex ligno ne: an ex gypso incertum. Alea ciuitas post Stympha lum: quæ argolici consessus particeps Aleum Aphelantis fi- lium sibi conditorem fatetur. HIERO. Alea inquit Ste- phanus ciuitas Arcadię est & Thessaliæ: & alia Carpitano- rum gentis Celticæ. cuius Aleus dicitur ut conditor. DEM. Scieria Dionysii sacra Aleę Celebrantur: in quibus mu- lieres æque / ac Spartanorum ephebi ad Orthiam ceduntur. LVD. Bomonicæ apud Laconas dicebantur adolescentuli: qui in Dianę sacrificiis aris superpositi contendebãt: qui plura

possent uerbera sustinere. author seruius . hanc Dianam Orthiam Pausanias uidetur appellare. DEME. Cadhyas arcadica uoce apellant urbem a Cepheo Alci filio. Caphyatę se ab Atheniensibus oriundos tradunt: ab Aegeo.n.ex Attica pulsi: Cepheiq; supplices facti ab eo excepti sunt: ibiq; habitarunt. Cnacalysiæ Dianæ sacra faciunt Caphyatę iuxta montem: qui Cnacalos nuncupatur. Menelais nomen est & platani: & fontis paulo supra Caphyas. nam cum Menelaus delectum in Troianos haberet, platanum ad fontem plantauit: quę & procera & pulcherrima excreuit: unde & arbor & fons denominati. arborum uetustissimę hę memorantur λυγὸς Samiorum. Quercus dodonea. olea in Athenarum arce: & quæ est apud Syrios: & omnium antiquissima platanus Menelais: quę est iuxta Caphyas. Condylea locus a Caphyis uno distat stadio: ubi Dianæ condyleatidos quondam: nunc uero hac de causa ἀπαγχομένης cognominatæ stat templum. pueri quidam circa templum ludentes funiculum forte repertum Dianæ simulacri collo iniecerunt: se Dianam suspendisse dicẽtes: sed cum a Caphyatis deprehensi: lapidibusq; obruti fuissent, accidit: ut eorum uxores morbo oppressæ abortum facerent. consulta super hac re Pythia respondit: ut pueros sepelirent: illisq; quotannis sacra facerent: unde Diana Apanchomene appellata. Soron & quæcunq; alię sunt Arcadibus syluę, apros prebent: & ursos: & testudines magnitudine ingentes: unde lyras faceres. Phegea ciuitas priusq̃ Phegeus in ea regnaret, Erymantho uocitatá: mutato postea nomine Psophis a puella ficula Erotis tyranni filia est appellata: licet nonnulli uelint Psophidem Arrhonis filium: & Erymanthi nepotem Psophidis fuisse conditorem. IOAN. Phegea inquit Stephanus arcadiæ ciuitas: ut Charax gręcanicorum quarto ostendit. ait enim Phegeus Phoronei frater Phegeam ciuitatem: quę prius Erymanthos uocabatur: postea Psophis est appellata. Psophis: ut alibi idem ait Stephanus ciuitas Arcadię a Psophide Lycaonis filio uetere conditore cognominata: uel a Psophide

Erycis filia.est & alia ciuitas Psophis in Acarnania παλαιὰ
dicta:& tertia Achaię.ciuis a genitiuo deductus Psophidius:
& Psophis Libyę ciuitas:cui9 ciuis Psophites dicitur. Zacyn
thiorum quoq; arx Psophis appellatur. DEM. Aroanius flu
uius iuxta Psophida labitur ciuitatem.Erymāthus quoq; flu
uius haud procul currit a Psophide.habet autē fontes in mon
te Lampea Pani deo consecrato . esse autem posset Lampea
Erymanthi montis portio.fecit.n.Homerus q; in Taygeto/
atq; Erymantho Lampeæ uenator erat Erymanthus:qui Ar
cadiam percurrens Pholoen montem ad dexteram: Thelpu-
sam uero regionem ad sinistram habens in Alpheum descen
dit. Herculem ferunt Eurysthei mandato aprū robore:& ma
gnitudine cæteris prestantiorem ad Erymanthum superasse:
cuius dentes Cumani:qui in opicis sunt, in Apollinis templo
ostendunt: HIER. Cumæ inquit Stephanus Aeolidis ciui
tas:a Cume amazone.uocabatur autem Amazonium.genti
le Cumæus,hinc erat Euphorus historicus & Hesiodus . Est
& altera Phriconitis appellata.hęc autē & Lesbus:ut Insen-
satę arguunt.Est & alia in Italia.huius gentile Cumeus:quar
ta in Elea:quinta in Euboea:& Pamphilia.est & insula iuxta
Siciliam. DEM. Erycinę Veneris templum fuit Psophide:
quod argnmento est ciuitatem a Sicula muliere nomen accē
pisse:nam in Sicilia in Erycis regione Venens est Aedes Ery
cinæ. LVD. Eryx Veneris & Butæ filius:ut Siculus inquit
Diodorus:ab Hercule, cum hic boues:ille patriam in certami
nis præmium deposuisset, superatus est.Is:ut Seruius ait mon
ti nomen imposuit.in quo ma ri fecerat templum:quod Ae-
neæ adscribit Vergilius. DEM. Alcmeon Amphiarai filius
post Eriphylen matrem interfectam Psophidem confugit:
quę tunc Phegea dicebatur:& Alphesiboeam Phegei filiam
uxorem duxit:cui & alia quam plurima:& monile illud egre
gium donauit.Sed cum ibi quoq; non minus matris interem
ptę furiis agitaretur, monitus a Pythia ad Acheloi πρόχω-
σιν habitauit:Acheloiq; filiam Calliroen uxorem duxit:ue-

rum cum Calliroe Eriphyles monile concupisceret: Alcmeo nemq; inuitum ad id repetendum Phegeam misisset, a Temeno & Axione Phegei filiis interemptus est. itaq; monile Apollini Delphico a Phegei filiis dedicatum dicitur. ipse uero Alcmeon Psophide sepultus est. circa cuius sepulchrum procerissimae sunt cupressi: quae ab indigenis παρθένοι nuncupantur. IOAN. Alcmeon Amphiarai filius: ut libro secundo scribit Thucydides, cum post matrem interfectam erraret, responsum ab Apolline accepit: fore ut non prius terroribus solueretur: quam eam incoluisset regionem: quae cum matrem interficiebat a sole nondum spectabatur: nec terra erat: quare ad Acheloi aggerationem accessit: ibiq; habitauit: & locis circa Oeniadas urbem imperauit: & ab Acarnane filio Acarnaniam cognominauit. ipse autem Achelous a Pindo monte fluens per Dolopiam & Agraos, ac Amphilochos campumq; Acarnanicum iuxta Oeniadas ciuitatem in mare delabitur: tantaq; sua magnitudine secum trahit terram: ut nonnullas uicinas insulas continenti iunxerit. DEME. Fluminibus caeteris simulacra fiunt candido lapide: Nilo uero nigro: quod per Aethiopiam in mare descendat. HIER. Flumina ideo cum cornibus pinguntur inquit Seruius: siue quod bouum mugitum imitentur undarum murmure: siue q; plerumq; in cornuum similitudinem curuatas cernamus ripas. Apollonius in argonauticis Oceani cornu Istrum appellat: unde suspicari licet cornua propterea fluminibus attribui: quod Oceani cornua merito dici possint: cum ab ipso originem ducant. ποταμὸν θάλατταν ἐρίζει adagium est: quo in stolidos, atque impotentes utimur. DEMETRI. Aglaus uir Psophidius foelicissimus fuisse dicitur per totam uitam: ut Lydorum rex Croessus: sed ego minime crederem hominem in omnibus foelicem: ut ne nauim quidem perpetua tranquillitate uti: quandoquidem & Homerus bonorum dolium apud Iouem positum: malorum etiam alterum fecit: ab Apolline edoctus Delphico: qui quandoq;

ipsum Homerum infelicem salutauit : & felicem : utpote ad utrumq; genitum. Thelpusa ciuitas a nympha Ladonis filia nomen accepit. LVD. Thalpusa non Thelpusa:ut Stephanus ait:Arcadiæ ciuitas Orchomení . gentile Thalpusius.in Thelpusia regione fluuius est ἄρσην nomine:a quo ad Caluntis uici rudera quinq;/ac uiginti intersunt stadia:quod & Aesculapii sacellum appellant:in uia exędificatum. DEM. Cererem Thalpusii Erinnyn appellant:quibus adstipulatur Antimachus:qui Argiuorum in Thebanos expeditionem composuit.hac autem de causa dicta est Erinnys.nam cum Ceres filiam quęrẽs erraret:Neptunusq; eius amore captus insequeretur,ipsa se in equam conuertit:& una cum equabus Oncei pascebatur.deceptus Neptunus uersus est & ipse in equum: equamq; iniit.quare statim Ceres indignata est:sed postq̃ furor ille reiniſit.in Ladõe flumine ipsam lauare uoluisse dicũt, hac igitur ratione Ceres est Erinnys appellata:nam Arcades θυμῷ χρῆσθαι dicunt. ἐριννύειν .lusiam preterea uocarunt a lauando:q; se in Ladone lauerit.Ex Neptuno aiunt Cererẽ peperisse filiam:cuius nomen profanis dicere nefas est:& Arionem equum.hincq; Neptunum primum apud Arcades Hippion cognominatum.Arionem Adrastus habuit uelocissimũ hunc Arionem terrę fuisse filium in Thebaide Antimachus his duob9 cecinit uersibus Τὸν ῥα τ᾽ ἀπὸ μακρον σχεδὸν ἀλσιος ὀγκαίοιο δίυσ᾽ ἰδαῖ ἀνέχων ἔδεας ἐν λείοισιν ἰδέσθαι. fuit autem Oncion locus in Arcadia:ubi Apollo dicitur regnasse . aiunt preterea Herculem contra Eleos pugnantem equum hunc ab Onceo petiisse:eoq; uectũ Elim cępisse:mox uero Adrasto illum dedisse.hinc est q; Antimachus de Arione equo loquens ait ὅς ῥα ποτ᾽ ἀδράστῳ τριτάτου δ᾽ ἐλαμὸν ὑπ᾽ ἄνακτι . IOAN. Lycophron inter cereris cognomina Erinnyn & ipse posuit.cuius interpres ait cererem Erinnyn a poetis cognominatam:uel παρὰ τὸ ἀέρα ἐρύειν:uel παρὰ τὸ ἐν ἔρα, καὶ ἐν τῇ δνοά ἰέν :uel q; Erinnyi .i.furiæ assimilata rem habuerit cum Neptuno:Arionemq; equũ pe-

perierit. Quintus libro tertio Adrastum ait a diis immortalibus Arionem pernicissimum equum accepisse: quem Zephyrus ex Arpyia susceperat. DEM. Trygona nutricem fuisse Aesculapii Arcades tradunt. Herçensibus conditor fuit Herçeus Lycaonis filius. sita est autem ciuitas ad dexteram Alphei: ubi Dionysii templa sunt: & alterum Politen: alterum Axiten appellant. HIER. Herça inquit Stephanus: promontorium est e regione Calcedonis: & Arcadię ciuitas: quę Sologorgos dicebatur. Est autem posita circa Messenen ad Peloponnesum. gentile Herçeus: siue Heraeus. DEME. Demaratus Heraeensis quicquid athletarum Arcadibus fuit gloria prestitit: qui armato cursu primus in olympia uictoriã consecutus est. Aliphera ciuitas non magna ultra Alpheũ ab Alíphero Lycaonis filio sic denominata. postq̃ Iphitus olympicum certamen iam intermissum instaurauit: solumq; cursus certamen instituit, Coroebus omnium primus uictor fuit: cuius monimentum Eleis ad Heraeam est terminus. licet Arcades Erymanthum dicant. LVD. Hic est ille Iphitus Nauboli quidem filius pater uero Schedii/& Epistrophi: qui Arcadibus ad Troianum bellum duces fuere. DEM. Alipherẽses deorum maxime Pallada uenerantur: genitam apud se/atque educatam memorantes. Iouis quoq; cognomine Lecheatę aram extruxere: utpote qui Palladem ibi pepererit: fontẽ preterea Tritonidem appellant: quae de Tritone dicitur flumine sibi rationem uendicantes. Palladis autem simulacrum ex aere factum est. Hypatodori opus. Panegyrim in Palladis honorem celebrant: in qua Myiagro prius immolant: cui super ipsis hostiis supplicantes: Myiagrumq; inuocantes: nullam deinceps a muscis molestiam patiuntur. IOAN. Myiodem deum uocant graeci: ut Plinius ait: cui olympię sacro Certamine immolato tauro muscarum nubes extra territorium id abeunt. DEM. Buphagus fluuius qui in Alpheum delabitur: fontes habet in Buphagio: ubi uersus Megalopolitas Herçensibus sunt fines. dictus est autẽ Buphagus a Buphago heroe

Iapeti & Thormacis filio. Argos auxerunt argiui Tyrintha
demoliti:& Hyasias:& Orneas:& Mycenas:& Mideam:&
si quod oppidum non multi faciendum in Argolide erat. Me
galepolis non solum Arcadicarum:sed graecarum est omniũ
ciuitatum nouissima:cuius conditor Epaminundas Thebanus
merito dici posset:quippe qui Arcadas ad eam condendã im-
pulerit:miseritq; mille delectos uiros Pamene ducẽ:ne a La-
cedemoniis impedirentur. HIER. Megalepolis Arcadiae ci
uitas inquit Stephanus:quam post Leuctrica uiri Arcades cõ
didere: uocabatur autem circa dimidiam partem Orestia ab
Oresti prę sentia:ciues modo Orestii: modo Megalopolitae
dicuntur:ex qua Cercidas optimus legum lator:& Miliam-
bon poeta:& Linesias peripateticus:Theophrasti discipulus:
& Accsodorus:qui de ciuitatibus conscripsit:& Polybius:qui
quadraginta composuit libros. possessiuũ Megalopoliticus.
secunda ciuitas Icariae: quae nunc Aphrodisias prius Lelegũ
ciuitas dicebatur. Apellata est & Ninoe:a Nino. ciuis Ninoi
tes. est & Iberiae Megalepolis:ut Philon ait. est & Megale in
sula. DEM. Buphagum heroem:qui flumini nomen indidit
Diana in Pholoe monte sagittis dicitur confecisse:q impia in
eam ausus esset. erat autem Buphagus Iapeti ex Thomace fi-
lius. Maratha locus post Buphagi fontes:& Gortys quondã
ciuitas:ubi erat Aesculapii templum:Lapide Pentelesio extru
ctum:in quo Alexander magnus Thoracem:& hastam Ae-
sculapio dicasse dicitur. hac transit fluuius:qui circa fontes un
de oritur, Lusios appellatur:q Iupiter infans ibi lotus sit:cir-
ca uero Cortyna Gortynius nuncupatur. Theutis ciuitas fuit
Arcadica:belli Troiani tempestate:quę proprium in Troia-
no bello ducem prestitit nomine Teuthim: uel ut alii dicunt
Ornytum. Is cũ gręci in Aulide uentis detineretur, Agamem
noni iratus Arcadas in patriam erat reducturus: cum Pallas
Melani opis filio assimilata Theuthim ab itinere reuocauit:
cui Teuthis coxam hasta uulnerauit:suosq; in patriam redu
xit:hic post reditum uisus est uidere Palladem uulneratã sibi

obuiã factam:statimq; exitiali correptus est morbo:moxq; sterilitas regionem inuasit.super hac re consultus est Iupiter Dodoneus:qua re ut Palladem placarent; eius simulacrum in coxa uulnus habens effinxerunt.Parabasium Megalopolitæ appellant eorum monimentum:qui in pugna contra Cleomenem occiderunt:q; contra foedera in eos fecerit Cleomenes.Brenthe ciuitas:& fluuius:ibi Brentheates. Trapezus ciuitas fuit ad Alpheum:iuxta quẽ est Bathos appellatus:ubi tertio quoq; anno magnis deabus sacra faciunt. Olympias fons est non procul ab Alpheo.aiunt autem Arcades hic: & non in Pellene Threicia deorum/ac gigãtum prælium fuisse. ibiq; fulguribus & procellis/ac tonitribus sacrificant. LVD. Pallene ciuitas Thraciæ a Pallene Sithonis quidem filia: Cleti uero uxore:ut Hegesippus in Palleniacis ait. Pallene autẽ est Cheronessus triangularem basim habens ad meridiẽ conuersam:quæ uetustis temporibus Phlegra dicebatur:& a gigantibus incolebatur: & deorum/ac gigantum prælium hic fuisse fabulose dicitur:Theagenes in Macedonicis non hic aũt de Pallene stetit sermo.aiunt.n.terram hanc Phlegram appellatam:incolas uero Gigantes:ad quos cum Hercules delatus esset:eorum contumelias immanitatemq; admiratus sumptis armis eas cepit totis uiribus interficere:qui appulso Proxeniis bellum inferebãt:in quo prelio q; multa deciderant fulmina deorum fuisse prælium fabulati sunt. gentile Pallenius inquit Stephanus.est & populus Atticus Antiochidis tribus Pallene nominatus.popularis Palleneus. Pallene inquit Eustathius & mons est:& ciuitas in Thracia:circa quam Asterius lapis inuenitur:a splẽdore sic denominatus:nec nõ & Lychnitis alius lapis ignis flãmam referẽs:qui & Selenites propterea dicitur:q; una cum luna & minuatur & crescat.Phlegra quoq; nominata est hæc regio post Gigantes ab Hercule uictos/ac combustos. DEM. In Oronte Syrię flumine inuenta est arca undecim cubitorum:in quã erat cadauer totidẽ cubitorum:de quo Clarius Apollo consultus a Syris Oron-

tem esse dixit:genere Indum:hocautem accidit romano impe
ratore dilatante:nauigabilemqꝫ magno labore Orontem red
dente. IOAN. Aryaden:inquit Philostratus:quem alii Ae
thiopem:alii Indum dixerunt τριακοντα πηχων in Assyriorũ
terra Oronte scissa patefecit ripa. DEM. Basilis ciuitas cu
ius conditor Cypselus.cuius filia Cresphontę nupsit. Thoc-
nia ciuitas in colle condita a Thocno. Lycaonis filio. iuxta
quem collem Aminiius amnis in Helissontē fluit. Helisson
autem fluuius est & uicus:unde fluuius principiũ sumit.Epo-
pti Neptuni templum est iuxta Megalepolim σινόεσ cogno
men est Panos a Sinoe nympha.hanc.n.& cum aliis nym-
phis:& seorsum Panos nutricem esse memorant. Philippios
porticus est in foro Megalopolitarum a Philippo Amyntæ
filio exædificata:iuxta quam Acacesii Mercurii templum fue
rat post.Porticum duo sunt colliculi:quorum in altero Palla
dis Poliados templum fuit.In altero Iunonis Τελείασ.Pan co
gnomento Scoletas a Scoleta colle est.Megalopolitanis.My
ropolis porticus est in Megalopolitarum foro:& post porti-
cum septum Ioui Lycæo dicatum.Polybius Lycortæ filius su
per columna erectus cum elegia indicante quo pacto per ma
ria/ac terras errauerit:sociusqꝫ in bello Romanis fuerit:& eo
rum in grecos iram sedauerit:Scripsit autem hic Polybius &
alia Romanorum gesta:& eorum aduersus Carthaginenses
bellum:post Philippion porticum duo sunt colles haud ma-
gni:quorum sub altero fons est nomine Bathyllius:qui Helis
sonti ad magnitudinem confert. Aristandreum porticum ha
bent Megalopolitę ab Aristandro ciue structam. Herculem
unum fuisse de Dactylis Ideis Onomacretus suis fatetur car-
minibus.Magnæ Deę sunt Ceres:& Proserpina.Soteram ap
pellant Arcades Proserpinam: Mercurius cognomento Age
tor est Megalopolitis:& Venus μηχανῖτισ quod quidem co
gnomentum:& ipsi Veneri & eius operibus congruere uide-
tur. Thersilion dicebatur Megalopolitarum Buleuteriũ:hoc
est curia a conditoris nomine. Chryse insula non longe abest

a Lemno nauigationem: in qua Philoctetæ calamitatem ab hydro accidisse memorant. hæc insula fluctibus obruta est. HIERONYMVS. Chryse cum acuto in penultima: inquit Stephanus, Ciuitas est Apollinis iuxta Lemnum. Sunt & aliæ cognomines Chrysæ ciuitates: locique quam plurimi Circa Scyron: & Lesbiæ locus: & Panephastiá Lemni promontorium ad Tenedum uergens: & in Bithynia: & circa Chalcedonem: & in Caria: & in Alicarnasiade. Dorion campus & in Helesponto Ciuitas inter Aphrynium & Abydum. ciuis Chryseus dicitur. Est & alia cum accentu circunflexo in ultima insula Oceanitis: quam sic Dionysius: quod auri habeat Metalla cognominat. Est & alia in India Cherrhonesus: ut Marcianus scribit. DEMETRIVS. Maniam appellant regionem circa Eumenidum templum: quod est inter Megalepolim: & Messeniam: ubi Orestes Occisa matre insania correptus est. Non longe autem a Templo terreus est tumulus haud ingens: impositum habens ex lapide factum digytum: unde tumulus ipse Digyti monimentum appellatur: ubi furore agitatum Orestem ferunt manuum alterius Digytum unũ exedisse. huic alius contiguus est locus Ace nuncupatus: ubi sanatus est. aiunt Eumenidas tunc Oresti nigras apparuisse, cum in insaniam redegerunt: Albas uero cum ei pristinam ualetudinem restituerunt. Gatheatas/& Carnion: & Mallus/& Syrus/& Thius Arcadiæ flumina: & Cromon ciuitas. Sciadititos Dianę templi rudera sunt in loco Scia cognominato: tribus supra decem stadiis a Megalepoli: quod Aristodemus tyrannus fecisse dicebatur. Tricoloni ciuitas a Lycaonis filiis condita. LVDOVICVS. Tricoloni Ciuitas Arcadiæ: inquit Stephanus, a Tricolono Lycaonis filio. gentile Tricoloneus. DEMETRIVS. Zœtiam Tricoloni filius condidit. IOANNES. Zœteum Ciuitas Arcadica: quę & Zœtea dicitur a Zœteo. gen-

tile a Zoetco Zoeteus: a Zoetea Zoeteus. DEMETRI. Paroream condidit Paroreus Tricoloni filiorum iunior. HIERONYMVS. Parorea Ciuitas Arcadię: ut Stephanus quoq; asserit: dicitur autem & Paroręa: ciues Parorei Nicolaus uero Paroraeatas inquit. est & Macedonum ciuitas. gentile Parorei: & Paroritae. DEMETRIVS. Callistes Dianę sacellum est in summo Tumulo: ubi sepulta est Callisto. Phalanthos ciuitas fuit in Phalantho monte. Fuit autem Phalanthus Agelai filius. Agelaus uero Stympheli: sub hoc autem campus est πόλου appellatum: & post ipsum Scoenus a Scoeneo uiro Boeotio cognomentum habens. quod si Scoeneus hic ad Arcades migrauit, essent utique Atlantae curriculi iuxta Scoenuntem: qui ab huius filia nomen Sortiti sunt. Methydrion ciuitas inter duas aquas Maloetam scilicet: & Mylaontem flumina. Thaumasius mons est supra Molottum fluuium. uolunt Methydrienses Rheam Ioue grauem in hunc montem confugisse: parasseq; illi pręsidium contra Saturnum si ueniset Hopladamum: & qui cum eo erant Gigantes: contenduntque eam peperisse in quadam Lycei parte: ibique Saturno decepto lapidem pro Ioue dedisse tradunt. Est autem ad montis uerticem Rheae spelunca: quam solis mulieribus deę sacris ingredi licet. IOANNES. Thaumasius mons Arcadiae: ut Stephanus quoque ait: in quo Saturnus lapidem deglutiuit incolae Thaumasii dicuntur. Abadir inquit Priscianus deus esse dicitur: & lapis: quem Saturnus deuorasse dicitur pro Ioue: quem graeci βαίτυλον uocant. DEMETRIVS. Nymphasia fons a Methydrio triginta distat stadiis. HIERONYMVS. Nymphas: inquit Stephanus, Arcadiae est: citatq; Pausaniam in Octauo. gentile Nymphasius: & Nymphasia fontis nomen. DEMETRIVS. Ad dexteram uiae: quae a Megalepoli ad Męnalum ducit ἀγαθοῦ θεοῦ ναός est: quod

Iouis templum esse reor:nam cum dii bonorum sint datores: ipseq; sit deorum summus, non iniuria quis coniiceret ἀγα θοῦ θεοῦ ναὸν Iouis potius quam alius dei esse fanũ. Machanitis Palladis est cognomen: quod & consiliorum: & artium sit inuentrix. Megalopolitę deorum maxime Boream colunt: ut pote quia Lacedęmoniis: atq; Agide eos liberauerit. Cereris ἐν ἕλει appellatæ templum/ac lucus quinq; distat a Ciuitate stadiis: quem solis mulieribus ingredi licet. Paliscios regio est: quę a Ciuitate triginta distat stadiis. Lycoatidos Dianę sacellum est in Lycoa ciuitate: & simulacrum æneũ in ea par te montis quæ meridiem spectat: sumatia condita est. Menalius mons Pani dicatus/ac consecratus: in quo sibilans Pan a uicinis sæpe auditus dicitur. Acacesius collis: sub quo ciuitas acacesium: & Mercurii Acacesii simulacrum lapideum. Nam Mercurium ibi ab Acaco Lycaonis filio educatum fuisse arcades tradunt. Hegemones Dianę fanum quatuor ab Acacesio distat stadiis: μῆνα: & Iupiter cognomento Moeragetes marmore candido sunt in pariete porticus: quæ est ἐν λυκοσούρα quod ab Acacesio quatuor distat stadiis. Dianam Cereris non autem Latonæ filiam docuit Aeschylus Aegyptios imitatus. Δέσποινα Cereris est cognomen: quam Arcades Neptuni esse filiam dicunt. De mitioribus arboribus omnibus: preterquam de punica malo in Cereris fanum Arcades ferunt: Supra Megaron appellatum lucus est Dominę consecratus Lapideo septo contentus: intra quod & aliæ arbores: & olea/atq; Ilex ex una radice natę. nec hoc agricolę est prudentiæ opus. supra Lucum multorum sunt deorum arę: unde datur per scalas ad Panos sacellum ascensus: apud quem perpetuus custoditur ignis. hunc autem deum priscis temporibus per Erato nympham responsa dedisse ferunt: quę Arcadis Callistus filii contubernio usa est. Lycosuram ciuitatam primã uidit Sol. hinc homines exẽplũ trahẽtes Ciuitates condidere. Lycæum montẽ Olympũ etiã appellant: in hoc educatũ Ioué dicũt. est aũt in ipso monte regio cre

tea nuncupata:ad sinistram luci Apollinis cognomento Parrhasii sita: & quod in Creta educatum Iouem sermo teneat: propter hunc locum, non propterea insulam id fuisse contendunt Arcades. Nymphis autem: a quibus Iouem educatum ferunt, hæc nomina imposuit/Thesoam/& Nedã/& Agno. Thesoa ciuitas a Thesoa Iouis nutrice condita in Parrhasia. Neda fluuius a Neda Iouis nutrice. Agno fons in Lycæo monte a nutrice Iouis dictus: qui quercus ramo non ita in profundum demisso per sacerdotem: quibusdam prius peractis sacris agitatus uapores/ac caliginem emittit: quæ mox in nubem coacta Arcadibus pluuias prestat. In Lycęo monte templum est Panos: & pro templo lucus: & Hippodromus & stadium: & Iouis Lycæi tẽplum: in quod si quis ingressus fuerit: legem qua prohibetur contemnens: intra annum necessario moritur. quæ autem intra templum fuerint: siue homines: siue feræ: nullam iaciunt umbram ullo anni totius tempore: & sole in Cancro existente in Syene: quę est ad æthiopiam: neq; arbores neq; animalia ullam faciunt umbram.
HIER. Syene ciuitas Aegypti: & Aethiopiæ ad Nilum: inquit Stephanus: postquam Siris nominatus est fluuius: nomen autem accepit a Syeno Dactæ filio: ciuis Syenites.
DEME. Parrhasii Apollinis ędes in ea est montis Lycæi parte: quę spectat solis ortum. dicitur idem & Pythius: singulis autem annis Deo festum celebrantes mactant quidem in foro aprum Apollini Epicurio idest auxiliari: statim q; in Parrhasii Apollinis ædem pompa/ac tibiis comitantibus hostiam ferunt: abscisaq; cremant crura: & ibi iam uictimę carnes consumunt. per Thesoam regionem fluentes Mylaon/Nus/Achelous/Celadus/& Naphilus in Alpheum ingreduntur. Acheloo Arcadi duo alii amnes sunt cognomines: quorum alter per Acarnaniã: & Aetoliam ad Echinadas delabitur: quẽ Homerus fluuiorũ facit principem: alter ex Sipylo monte defluit. Nomii montes ad dexterã sunt Lycosurę ubi Panos nomii templũ uisitur: locũ autem Melpeã a fistulę

cantu nominant.hic Pana fuisse inuentum tradunt.νόμια ὄρη
a Panos pascuo appellatos coniiceres. Arcades tamē nomen
esse dicunt nymphę.Plataniston fluuius est iuxta Lycosuram
uergens ad orientem.Acratophorus Dionysii est cognomen
in Phigalia.ludentibus pugnis nondum acutum circa utriusq;
manus brachiale lorum erat:sed Milichis adhuc pugnabant:
sub cauum alligantes manus:ubi digyti relinquūtur nudi.Te
nuissima autem ex crudo corio lora ueteri quodam modo inui
cem implicita Milichæ dicebantur.Lymax fluuius iuxta Phi
galeam in Nedan delabitur:cui nomen a Rheę purgamen-
tis inditum ferunt: nam cum post editum in Lucem Iouem
Nymphæ Rheam lauissent, sordes in hunc fluuiū abiecerunt:
quas Achiui lymata nuncupant: quod Homerus testatur in
pestis solutione Lymata in mare proiici subiens. Nedę flumi
nis fontes sunt in Ceraufio monte:qui Lycęi pars est.Euryno
men:cuius fanum ad Nedę est:& Lymacis confluenta:Phi-
galeus populus Dianę esse cognomen existimat.qui uero ue
tustiora non ignorant, Oceani filiam Eurynomen fatentur:
cuius Homerus in Iliade meminit:q; una cum Thetide uul-
canum exceperint. LVD. Vulcanus in eo Iliados libro:qui
signa inscribitur:Multos inquit eram passurus dolores:cum
me claudum celare cupiens mater deiecisset:ni Eurynome
Oceani filia una cū Thetide excepissent.orpheus apud Apol
lonium in argonauticis canit:ante Rheam/ac saturnum Eu-
rynomen/atq; Ophionem cęlum tenuisse:quam esse Ocea-
ni filiam dicit. DEM. Bassę uilla est in Cotylio monte:ubi
est Apollinis ἐπικουρίου templum:q; pestem expulerit. In
Elaio monte:qui triginta a Phigalia distat stadiis: Cereris co
gnomento Melænes est antrum:ex qua & Neptuno Phiga-
lei aiunt non equū:sed eam esse genitā:quā Arcades Domina
appellāt.Est aūt Melæne a Veste nigra cognominata:qua &
post indignationē in Neptunū:& Proserpinę raptū usa est.
in hoc autem antro cū ita lateret Ceres:ut ubi nā uersaretur,
diis quoq; ignotū esset.Pan in Arcadiā profectus cum in aliis

atq; aliis montibus uenaretur:in Elaio Cererem nigra indutam ueste conspexit:quod cum a Pane audiuisset Iupiter, parcas ad Cererem misit:quarum oratiōe persuasa Ceres iram/ac dolorem deposuit.huius Cereris neglecta sacra agrorū sterilitatis causa fuere:eademq; ex oraculo repetita fertilitatem adduxere.ante speluncam est deæ ara:cui impositos ex arboribus Cicuribus fructus fauos/ac lanam sucidā:huiusmodiq; alia oleo inspergunt:quæ omnia ex ritu facit sacerdos:& cum ipsa de tribus Hierothytis maxime Iuuenis.huius ligneum simulacrum lapidi insidebat:mulieri cætera:preter equinum caput simile:altera manu delphinum:altera columbam tenens. capiti cum Draconum tum aliarum ferarum imagines additæ.tunica ad pedes demissa.Igni autem simulacrum hoc non corripiebatur.Onatas Miconis filius ęginita Apollinis signū fecit ex ære Pergamenis:magnitudine: & arte mirum. IO. Pergamos inquit Stephanus, ciuitas asię:cuius ciuis Pergamenus. DEME. Geloni Dinomenis filio Sicilię Tyranno Hiero frater successit.huic Dinomenes filius:qui ea Ioui dicauit:que pater uouerat:ut indicio est Epigramma σόν ποτε νικήσας ζεῦ ὀλύμπιε σεμνὸν ἀγῶνα τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δίς: δῶρ' ἱέρων τάδε σοι ἐχαρίσατο παῖς δ' ἀνέθηκε δεινομένης, πατρὸς μνῆμα συρακουσίου. Pallantium ciuitatem pro uico fecit prior Antoninus imperator: libertateq;:atq; immunitate donauit, q; Euander Mercurii:& Nymphę Ladonis gnatę filius ad deducendam coloniam cū exercitu Arcadum Pallantium incolentium missus iuxta amnem Tyberim urbem Pallantium Romanę urbis partem cōdiderit:quę postea per detractionem.l.&.n.palatium nominata est. HIER. Arcades:ut Dionysius Alicarnasseus ait: in colle haud multum a Tyberi distante:qui nunc est in medio urbis Romæ Castellum extruxerunt:quod Pallantium a Metropoli arcadica nuncuparunt.nunc uero Palatium a Romanis dicitur.Polybius Megalopolitanus ab Adolescēte Pallante ibi mortuo nomen esse loco inditum ait.fuisse aūt Pal-

lantem dicant ab Hercule & Dyna Euandri filia genitum: ibiq; sepultum loco nomen imposuisse. DEM. Cyrus maior hominum pater appellatus est:q in omnes homines paterno esset animo:ut Antoninus ob summam in deos pietatem pius est cognominatus. Hæmonię ciuitates erant in uia quę a Megalopoli Pallantium fert:quas Hęmon Lycaonis filius condidit. LVD. Stephanus tamen de Hęmonia hoc est Thessalia locutus:est inquit & Hæmonia Arcadiæ ciuitas:ab Hęmone Lycaonis filio:citatq; Pausaniam in octauo. DEM. Oresthasium ciuitas post Hæmonias ubi templum est Dianę cognomine ἱερίας. Aphrodisium rus est:post qđ Athenæum aliud:ubi templum est Palladis:a quo Aseæ rudera uiginti distant stadiis. βόρειον ὄρος est:in cuius montis uertice Vlysses a Troia reuersus Soterę Palladi & Neptuno tēplum condidit. Cathari deorum cognomen:qui in arce Pallātii coluntur. de maximis autem rebus ubi constitutum est iusiurandum:eorum nomina ignorantur καθαροὺς appellatos. hinc coniicere possumus:q longe secus iis Pallas sacrificauerit:q̃ pater Lyceo Ioui. Cresius mons est:inquo ἀφνειοῦ est fanum:quod Martis est cognomen. Mars ut Tegeatę memorant, Aeropen Cephei ex Aleo genitifiliam compressit:quæ quidem dolore partus interiit:infans uero matri etiam defunctæ inhęrebat:& ex eius mammis multum/ac copiosum lac exsugebat:quæ omnia matris nutu fiebant. horū causa Apheneum martem appellant:puerum autem Aeropum nominatum ferunt. Leuconius fons est in uia:quę fert Tegeā a Leucone Aphidantis filio. cuius monimētū nō procul a Tegeatarum urbe uisitur. Tegeatę ferunt uni regioni a Lycaonis filio Tegeate nomen inditū:habitationes uero hominibus in hos populos distributas. Gareatas/Psylacenses/Caryatas/Corythenses/Potachidas/Manthyrenses/& Echeuetes. Aphidante autem imparante Aphidantes nonus accessit populus:at ciuitatis quę nostra extat tempestate Aleus conditor extitit. IOAN. Manthyrea inquit Stephanus:uicus Arcadiæ. gen

tile Manthyreus. DEM. Calidonium aprum Ancęus Ly-
curgi filius expectauit uulneratus: Atalanta prima percussit
sagitta: unde & capite suis: & Pelle donata est: uterq; Tegea
tæ. Heraclidis in Peloponnesum redeuntibus Echemus Te-
geates Hyllum singulari certamine superauit. Halec Miner
uę uetustissimum templum Haleus Tegeatis exædificauit:
quo igni absumpto postea Tegeatæ Scopæ Parii opera om-
nium templorum magnificentissimum reddiderunt: in quo
erat Calidonii apri uenatio: cui Atalanta Meleager/Theseus/
Telamon/Peleus/Pollux/Iolaus & Thestii quidem filii Al-
theæ uero fratres/Prothus: & Cometas/Ancæus/Epochus/
Castor/Amphiaraus/Hippothus Cercyonis filius/Peritho-
us interfuere: & Telephi contra Achillem pugna: quę fuit in
Caici campo: uel prato. IOAN. Aenus Martis filius Elo
rusq; & Astæus Istri fluminis filii: ut Philostratus in heroicis
ait, Telepho affuerunt cōtra gręcos: in quo prælio Telephus
a Protesilao clypeo exutus uulnus in fœmore ab Achille ac
cepit: a quo postea apud Troiam sanatus est. Tanta autem
hominum cædes fuit: ut Caicus fluuius cruentus fluxerit: nã
& Mysæ mulieres ex equis cum uiris: ut Amazones pugna-
bant. Telephi clypeus Protesilao non Achilli adiudicatus est
q; ab Achille non fuisset uulneratus: nisi prius a Protesilao
clypei ablatione nudatus fuisset. DEM. Augustus post su-
peratum Antonium Halec Palladis uetustissimum simula-
crum: dentesq; apri Calidonii cæpit: quod Endii arte ex ebore
constructum ad Augusti forum euntibus occurrit. Hercei Io
uis statua Schenelo Capanei filio in preda Iliacę partitione
contigit. Dens Calidonii apri: ex iis reliquus: quos Augustus
Romam transtulit: in regis ortis situs erat in Dionysii tēplo:
adulnę maxime dimidiatum longitudinis dimensionem con
tinens. Terræ agger uno a templo distat stadio: ubi duo cele
brantur certamina: quorum alterum Halæa nomine a Mi-
nerua accepto appellant: alterum Halotia: q; Lacędemonio-
rum quam plurimos uiuos in pugna ceperint. est Tegeatis

Poliatidos etiam Mineruę ędes:quam sacerdos semel in anno ingreditur τὸ τοῦ ἐρύματος δὲ ἱερὸν ὀνομάζουσι dicentes Cepheo Alei filio datum a Pallade hoc donum fuisse: ne Tegea unq̃ caperetur.& in ciuitatis custodiam a Medusæ capite abscissos crines ipsi dedisse ferunt. De Diana autem quã Hegemonen appellant, hæc aiunt. Aristomelidas Orchomeniorum:qui in Arcadia sunt, tyrannus Tegeatidis uirginis a se uitiatę custodiam Chronio comisit: quę priusq̃ ad Tyrannum reduceretur, pręimore/ac uerecundia sibi manum consciuit. Chronius:qui quietem a Diana excitatus Aristomelidan interfecit:& Tegeam cum fugisset, Dianę sacellum condidit. Theseus a Creta reuertens Apolini certamen in Delo constituit:in quo uictores palma coronauit: quo factum est: ut in multis certaminibus uictores palma coronarentur. HIER. Plutarchus quoq; in Thesei uita certamen inquit a Theseo in Delo constitutum memorant;& tunc primũ palmæ præmium uictoribus fuisse propositum. DEME. Marpessa mulier Tegeatis uidua una cum cæteris mulieribus Lacedęmonios insidiis superarunt:adiuuãtibus etiam uiris:Charillumq; Lacedæmoniorum ducem ceperunt:unde mulieres sine uiris Marti sacra fecere:seorsumq; Epiminicia.i.uictoriæ premia deo obtulerunt:nec uiros hostię carnibus impertiuere.hinc Marti cognomen inditum:nam γυναικοθοίναν ipsum appellant:cuius simulacrum in Tegeatarum est foro: ubi & Iouis τελείου extat ara:& quadrangulare simulacrum:qua figura maxime gaudere uidentur Arcades. Monimenta preterea hic sunt & Tegeatæ Lycaonis filii:& Mæræ Tegeatę uxoris:quam Atlantis esse filiam ferũt:cuius Homerus in Vlysſis apud Alcynoum uerbis meminit. Apollini autem Agyieo simulacra hac de causa erexisse Tegeatę ferunt. Apollinem aiunt/ac Dianam cum per terrarum orbem eos homines ulciscerentur:qui Latonam dum uterum ferret: ad se profectam neglexissent, in Tegeatarum regionẽ peruenisse.ibi cum Scephrus Tegeatę filius Apollinẽ adiens secreto allocutus esset:

Limon Tegeatæ & ipse filius suspicatus Scephrum contra se aliquid Apollini dixisse, irruens fratrem interfecit: cuius rei causa Limonem Diana statim sagittis confecit. at Tegeates/ ac Mæra extemplo quidem Apollini/ac Dianę sacra faciunt: mox uero uehementi ingruente sterilitate, Scephrum lugere a Delphico iussi sunt oraculo: & alia in Agyiei festo ad Scephri honorem spectantia peragunt: & Dianæ sacerdos haud secus aliquem insequitur/ac Limonem Diana fuerat insecuta. Tegeatis autem Agyiei simulacra numero sunt quatuor a singulis erecta tribubus: quarum nomina sunt Clareotis/Hippothoitis/Apolloneatis/Athaneatis/a sorte autem: quam Arcas filiis duxit: & a Cercyonis filio Hippothę appellantur. aiunt preterea Tegeatę Cydonem/Archidium/ac Gortyna Tegeatę filios sponte in Cretam migrasse: & ab iis Cydoniā Gortyna: καὶ ...α ciuitates denominatas: quibus Cretenses minime adstipulantur: Sed Cydonem quidem ex Mercurio & Acacalide Minois filia: Cetreū uero ex Minoe: Gortynem ex Rhadamanto genitos ferunt. huius autem Rhadamanti meminit Homerus: cum Proteum inducit Menelao dicentē, fore: ut ad Elysium campum descenderet: ubi prius etiā Rhadamantus habitaret. At Cinæthon Rhadamantum uulcani: Vulcanum Tali/Talum cretis filium cecinit: adeo græcorū in genealogiis quoq; inter se discrepant sermones. Est Tegeatis Cereris/ac Proserpinę ędes: quas καρποφόρων appellāt: nec inde procul Veneris Paphię cognominatæ: quam Laodice filia: ut prius dixi, Agapenoris Paphi habitans erexit. Lacedęmoniis & Tegeatis fines sunt Alpheus fluuius. huius aqua principium sumit in Phylace: unde nō procul alia aqua ex fontibus aqua magnis quidem: sed numero pluribus in ipsum delabitur: proptereaq; loco Symbola nomen est: uidetur autem Alpheus preter cætera flumina peculiarem quandam præseferre naturam: nam & ipse sub terra euanescit: & rursus erumpit: progressus quidem ex Phylace: & a Symbolis nominatis in Tegeaticum immergitur campum: & cum in Ascæa emer

ferit fluxumq; Eurotę iunxerit:secundo in terram descendit. erumpens uero ubi fontes nominant Arcades: terramq; Pisęam: Olympiamq; preterlapsus supra Cyllenen Eleorū nauale in mare irrumpit: Adriaticumq; mare tantum: tamq; uiolentum pernatans in Ortygia: quę pro Syracusis est, se ostentat: Arethusęq; miscetur. in uia quę a Tegea fert Thyreā Orestis Agamemnonis filii monimentum fuisse: sed ossa a Spartiate quondā sublata Tegeatæ memorant. in Parthenio monte Telephi est templum: ubi expositum a cerua nutritū ferūt. Tegeatę aiunt Aleum filiam Nauplio dedisse mari immergēdam: quę cum duceretur, cecidit in genua: Telephūq; peperit ubi Ilithyiæ structum est templum. Alii uolunt Alei filiā Augen clam patre peperisse: Telephumq; in Parthenio monte expostum a cerua fuisse lactatum. Pylades Megalopolites citharedus optimus. Gręcorū eximii fuere Miltiades Cimonis filius Leonidas Anaxandris/Themistocles Neoclis/Aristides Lysimachi/Pausanias Cleombroti/Xanthippus Ariftophronis Cimon/Conon Timothei/Epaminondas Polymnidis/Leosthenes/Aratus/Philopoemenes Craugidis/& ante hos Codrus Melanthi/& Polydorus Spartanus/& Aristomenes Messenius Limnatidos Dianę templum a Tegea septem distat stadiis: unde ad Cnateatidos Dianę fanum decē intersunt stadia. Multa sunt preterea apud ipsum Pausaniam & scitu: & memoratu digna: quæ idcirco deindustria ommisimus: ut si quādo inspiciēdi Pausanię copia daretur, esset: quod uos ad eum perlegendum pelliceret. satis nunc fuerit, ea nos tanq̄ ex amenissimo rosario decerpisse: quæ uestrę plurimum conducerent eruditioni. Si quid erit in quo deinceps mea opera indigeatis, ne pigeat admonere. me. n. uobis ad uota paratissimum polliceor. IOAN. Nos tibi ingentes & agimus in presentia: & perpetuo habebimus gratias: quas si quando referendi dabitur occasio, conabimur profecto efficere ne te in nos beneficium contulisse unq̄ peniteat.

Vale.

Cum animaduertissem candidissime lector non nullas tã iis: quę latine: q̃ quę grȩce impressa sunt, dictionibus librariorũ incuria ne dicam: an inscitia inspersas esse maculas: totum opus percurrere constitui: & quæ perperam impressa offenderẽ, emẽdata in operis calce reponere: & quoniam dialogum nostrũ eorum maxime causa: quibus græcarum litterarũ fontes haurire minime adhuc licuit: imprimendum curauimus: quicquid grȩce in ipso dictum est: hic repetere/atq; ad uerbum se re exponere decreuimus. Itaq; quotiescunq; inter legendum te aliquid morabitur: huc oculos reflectere ne pigeat rogo. oĩa. n. his inspectis: tibi luce clariora uidebuntur. Vale.

Quæ in quaternione. f.

ὗς Βοιωτία sus Bœotia ὕας sues τὸ γὰρ ἄλλο, τὸ παλαιὸν τὰ ἐλάλουν ὅσα ἄν καὶ τὰ σῖτια φωνὴν λαβόντα πόσον ἕκαστος χωρεῖ Quæ uerba significant eum fuisse Bœotiorum inter se sermonem, quo uasa: si loquendi daretur facultas uterentur quantum scilicet uniusquisq; esculenti: poculenti uecaperet. σπαρτοὶ sati οἱ πρῶτοι θήβας ἔδαφος ἐκτίσαν ἑπτάπυλον Qui primi Thebes pauimentum condiderũt septemforis λίφρος sella πρόναοι pro templo stantes.

Quæ in quaternione. g.

πρόμαχος propugnatorẽ πολίων ciuitatum præsidi χρυσήνιος aureas habens habenas οἰωνοσκοπεῖον auspicii locus θεσμοφόρος legifera λύγον uiticem ἄρνα agnum castũ Amerinam Theodoro

θηβαῖοι κάδμοιο πόλιν κατανάιοντες ἄνδρες

αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ.

ἕκτορος ὀστέα πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους

ἐξ ἀσίας διὸς ἐννεσίης ἱερὰ σέβεσθαι

Quæ uerba significant ditissimos fore Thebanos si Hectoris ossa ex Asia traducerent ac pientissime colerent.

ἀπὸ τῆς πλάτης a remo τελείαν integram ἐτετίμητο cultus est. ὄφεως κεφαλὴν serpentis caput λουτρὰ ἀμφιαρέου balinea Amphiarai ὅτας λίθεμα τετράστρα τό

cum percurrum fulgūrarit ἱππαμὰς ἴλαος Thebaicæ pauimentum κριοφόρου arietiferi Mercurii προμάχου propugnatoris παρὰ τὸ ἀλισθῆναι a congregando καβειρίας caberię ποδώκην pedibus celerem διὰ τὸ καταύεσθαι σφοδροῖς ὄμβροις ꝙ uehementibus impluatur ibribus ἐπιθετικῶς adiectiue ἀρθήδονα τ' ἐσχατόωσαν anthedonē extremā

Quæ in quaternione. H.

γλαύκου πήδημα καλεύμενον Glauci saltus appellatus est. γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάττῃ Glaucus comesa herba habitat in mari. καὶ θεῶν ἄγρωστιν εὗρες ἣν κρόνος κατέσπειρεν Et deorum gramen inuenisti quod Saturnus seminauit. ἀείζωον semperuiuus σωτῆρος διὸς saluatoris Iouis ἄσκρῃ δ' αὖ παρελέξατο ποσειδάων ἐνοσίχθων, ἣ δή οἱ τίκτε παῖδα περιπλομένων ἐνιαυτῶν οἴοκλον, ὃς πρῶτος μετ' ἀλωέος ἔκτισε παίδων ἄσκρην, ἥ θ' ἑλικῶνος ἔχει πόδα πιδακόεντα. Quæ uerba significant Neptunum ex Ascra Oeoclum filiū suscepisse: qui una cum Aloei filiis Ascram ad heliconis pedes condidit. μελέτην meditationem μνήμην memoriam ἀοιδὴν cantum ἀπὸ τῆς μώσεως ab inquisitiōe μὴ τὰ μαλακὰ μάτευε, μὴ τὰ σκληρὰ ἔχῃς Ne mollia quære: ne aspera habeas. λῖνον δ' ὕμνον καλὸν ἄειδεν Hymnum pulchrū succinebat τὰ ἐμὰ ὦ κύρε σὰ o Cyre mea tua. ὑπὸ σφὸς a sue διὰ δὲ τὸ τὴν ἀφροδίτην ἀπαρνῆσαι τὸν παῖδα ꝙ uenus filium denegauerit πολυτρήρωνα columbis affluentem παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν ab Auxiliādo βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, πράττειν δικαίως. Bene consulere, recte iudicare: iuste agere. ἔπεα πτερόεντα pennata uerba στρουθῶν passerum κριὸς aries ἠὼς Eos nomen proprium ἠοῦς Eus genitius ab τὸ κλυτὴν καὶ φαεινὴν quasi dicas inclytam & illustrem. αὔξω, καὶ ἡγεμόνευ quasi dicas quæ augeat: & ducat. αἱ χάριτες γυμναί nudę gratię ἀνδρῶν uirorum τοὺς μὲν ἀριστῆας, μνήσας περιναιετάοντας κικλήσκον μάλα πάντας. ἐπεί με

νύαο θυγατρῶν οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ' αἵματος εὐχετόων-το ἔμμεναι Optimates quidem Minyas circum habitantes appellabant ualde omnis. quoniam Minyę filiarum plurimi: & primi a sanguin e gloriebantur esse. ὑέτιος pluuialis θέρας Therę φωκικὴ ἀπόνοια, ἐπὶ τῶν ἐς ἀναλγῆ βουλευομένων Phocaica desperatio: siue dementia: in eos qui de iis consul tant: quę nullam afferunt molestiam.

Quæ in quaternione. I.

λύκων ὀρυγαῖς lupororum ululatibus παρὰ τὸ θύω τὸ ὁρμῶ ꝙ per montes discurrant ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι a marcescendo ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι τῶν μαντειῶν ꝙ ibi oracula audirentur παρὰ τὸ ἁλιέως a piscatore μᾶσαι uincire παρνασσὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶ περάσας ἵκετο κασταλίης ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ. Quę uerba significāt Herculem Parnassum transeuntem ad immortalem castaliæ Acheloidis aquam per uenisse ἐν τῇ καλουμένῃ δάφνῃ in Daphne appellata ταραντινίζειν Tarātinos æmulari. ἄλλος ἂν ἡρακλῆς. Τιρύνθιος οὐχὶ κανωβῖνος alius Hercules Tirynthius q̄ canobēsis. ἀκρο-βίοις ἐν αὐτοῖς κόρυμβοις a montium in ipsa uerticibus. γνῶθι σεαυτὸν cognosce te ipsum. ὄλβιε καὶ δύσδαιμον, ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι, πατρίδα δίζεαι μητρὸς δέ σοι, οὐ πατρὸς ἐστὶν, ἔστιν ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα δέξεται. ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι. O felix & infortunate nam in utraq; es ortus sorte: pātriā quę ris: matris tibi non patris est. Ios insula matris est patria: quę te defunctum excipiet: sed puerorum ęnigma caueto

οἱ μὲν σεῦ κολοφῶνα τιθηνητεῖραν ὅμηρε
οἱ δὲ καλὰν σμύρναν, οἱ δ' ἐν ποντικῷ χίον:
οἱ δ' ἴον, οἱ δ' ἐβόασαν εὔκληρον σαλαμῖνα
οἱ δ' ἐν τῶν λαπιθῶν ματέρα θεσσαλίαν
ἄλλοι δ' ἄλλαν γαῖαν ἀνίαχον, εἰ δέ με φοῖβον
χρῆ λέξαι πινυτὴν ἄντικρυ μαντοσύναν

πάτρα σοι τελέθει μέγας οὐρανὸς ἐκ δὲ τεκούσης ἐκ θνατᾶς, ματρὸς δ' ἔπλεο καλλιόπας hi quidem tuam colophonem nutricem Homere hi uero pulchram smyrnam: hi uero dicunt chium: hi uero ion: at hi dixerunt fœlicem salamina hi uero lapitharum matrem Thessaliam. Alii aliam terrā cecinerunt si uero me Phœbe decet dicere prudens aperte uaticinium: patria tibi est magnum cœlum: ex matre autem non mortali: nam matre es calliope. ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει, ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον ὅμηρον Hic sacrum caput terra contegit uirorum Heroum ornatorem diuinum Homerum ἐσθῆτα uesta μοιραγέτης fatorum ductor ἀπὸ τοῦ ὄζου a ramo ἀπὸ τοῦ ὄζειν ab olere λαύρειον Laureum locus ubi erant auri metalla ὑπέραν εἶναι ultra esse ἀπὸ τοῦ διαπεραῶ a traiiciendo ἔμβαρός εἰμι Embarus sum Φαληρεῖς phalerenses ἄγνωτες incogniti multitudo molis. Quære in quaternione L.

κλειτῷ Clito nomen proprium φιλογύνης mulierū amator. φιλομείραξ adolescentulorum amatori φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἐσθίων στόμα ὡς τῆς ἀπὸ τῶν προσφορῶν τέρψεως περὶ τὸ στόμα μᾶλλον εἰσπομένου male appulsus dietæ os ganisus sum utpote ciborum ac potionum oblectatione circa os magis existēte preterea μέγα γὰρ ἀνθρώποις κακὸν ἡ γαστὴρ magnum.n. hominibus malum uenter. παροίνια μέλη debacchantes cantus φιλοξένου γραμμάτιον philoxeni libellus ἐν ταράντι τῆς σικελίας in tarante siciliæ φιλοξένου λόγου τέτυχεν Philoxeni orationē assecutus est οὐ non ἀπάγετέ με εἰς τὰς λατομίας abduc me in lapidicinas κεραμεικὸς ceramicus locus βουλαίου consiliarii κελτοὶ Celtę γαλάται Galatę νεήλυδας aduenticios ἐπώνυμοι Cognomines ᾠδεῖον cantilenarium τοὺς θυρεοὺς ὁ μολοσσὸς ἰτωνίδι δῶρον ἀθάνα πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασε γαλατᾶν, πάντα τὸν ἀντιγόνου καθελὼν στρατὸν οὐ μέγα θαῦμα· αἰχμηταὶ καὶ νῦν καὶ πάρος αἰακίδαι Clypeos molossus Ironidi donum palladi Pyrrhus ab audacibus suspēdit Galatis om

nem Antigoni delens exercitum. non magnum miraculum. bellatores & nunc & iãdiu Aeacidæ. αἳ δὲ ποτ᾽ ἀσίδα γαῖαν ἐπόρθησαν πολύχρυσον, αἳ δὲ καὶ ἕλλασι δουλοσύναν ἔπορον· νῦν δὲ διὸς ναῶ ποτὶ κίονας ὀρφανὰ κεῖται, τᾶς μεγααύχου τᾶς σκῦλα μακεδονίας hi quondam asida terram diripuerunt auro habondantem: hi & græci in seruitutem redegerũt. nũc uero Iouis tẽplo ad columnã iacent ualde iactabũdæ spolia macedoniæ. ὠλαῖον cãtilenariũ. εὐκλείας bonæ famæ ἀγοραῖος forẽsis κεραυνὸς fulmẽ ἐλέου βωμὸς Misericordiæ ara

Quæ in quaternione. M.

αἰδοῦς Pudoris. φήμης famæ. ὁρμῆς appetitus: siue animi appetitionis τὴν σφραγῖδα gemmã δωδωναῖον χαλκεῖον Dodonæum ahenum αὐλοποιὸν tibiarum opificẽ τὸν περὶ τῆς ἀντιδόσεως λόγον de retributione orationẽ πανελληνίου omnium græcorũ præside ἱδρῦσθαι κυνοσάργους i ad cynosargis πρεσβύτερος κόδρου senior codro ἀγροτέρας agrariæ μέλιτται apes δαιδάλου ποιήματα Dędali poemata ἀπτέρων implumis ἡρώων Heroũ κανηφόρους Canephoros κανηφόροι canephori. κατὰ Galatos μέγα χαίρετε νικῶμεν magnum gaudete uictores sumus ἄρης Mars ἀρείας Martialis ὕβρεως contumeliæ ἀναιδείας impudentiæ ἐν πάγῳ in colle ἄρης Mars.

Quæ in quaternione. N.

ἀλλ᾽ εἰς ἀκαδημίαν κατιὼν sed in academiã descendẽs ἄριστα optima κάλλιστα pulcherrima ἀλληλοφάγοι inuicẽ se uorantes μισάνθρωπος homines odio prosequens. Τίμων ὁ μισάνθρωπος ἐρωτηθεὶς διὰ τί πάντας ἀνθρώπους μισεῖ, εἶπε, διότι τοὺς μὲν πονηροὺς εὐλόγως μισῶ, τοὺς δὲ λοιποὺς ὅτι οὐ μισοῦσι τοὺς πονηρούς. Timon odio prosequens hoĩes interrogatus cur oĩs homines oderit: respondit quia scelestos quidem merito odi: reliquos uero q̄ non oderint scelestos. μετὰ τὴν θυσίαν post peracta sacra ἱερόσοφος ὡς ἔφασκεν ἐκδημῶν ut sacrorum prefectus dicebat peregre profectus σελασφόρου luciferæ διονυσοδότου Dionysii datoris πρωτογόνης primogenitæ ὑγιείας sospitæ ἱππίαν equestrẽ μελπομένην canentẽ κισσὸν ederam ἀχαρνέα achamensem a po. attico κισσὸς edera

κισσᾶν cum uoluptatē concipere δρακόντων ςπιφάνους ser pentum sertis σημαλέων signatiui ὄμβριον pluuiū ἀπήμιον innoxiū προσφίων præsagi ὑπουαλίςως contumeliose αἰπόλιον caprile μιλύας mali ἱππία equitē νέμεσις δὲ κατὰ πόδας βαίνει nemesis pro pedibus graditur. ἀδράστεια νέμεσις Adrastea Nemesis.

ἔστι δὲ τις νέμεσις μεγάλη θεὸς ἣ τάδε πάντα
πρὸς μακάρων ἔλαχεν, βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος
ἄδραστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον αἰσήποιο
ἔνθα τιμᾶταί τε καὶ ἀδράστεια καλεῖται

Est nemesis quædā magna dea: quæ hęc oīa a diis sortita est: cui aram iuxta Aesepi flu. fluxū primus Adrastus dicauit. ubi & colit: & Adrastea noīatur τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, οἱ μὲν δυσσομένου ὑπερίονος οἱ δ' ἀνιόντος Qui bifariā diuisi sunt uirorū postremi: pars ad orientē solem: pars ad occidentem. αἰθίοπας σμήχεις Aethiopē detergis ἀλκυόνη, μερόπη τε, κελαινώ τ' ἠλέκτρη τε, καὶ στερόπη, καὶ τηϋγέτη καὶ πότνια μαῖα Alcyōe/Meropeq;/& Celęno/& Electra/& Sterope/& Teygete/& ueneráda maia. ὅς τε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδεν, ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακρὰς, αἳ γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσι Qui totius maris profunda nouit: ipse autem columnas sustinet longas; quæ Coelū/ac terram seorsum tenēt. ἄτλας οὐρανὸν Atlas cælū ἀπὸ ἀμφιαράου ἅρματος ab Amphiarai curru κλειτορίου αὐλητὴς ὠρωπός τε καὶ ἀμφιάρεια λουτρὰ Clitoris auletes oropus q̄ & amphiarea balinea. ἐν ἀρέᾳ in Peloponneso σαλαμινία ναῦς Salaminia nauis. ἄγαλμα πολέμου simulacrum belli. μύλας molas ἀσπὶς δ' ἀχιλλῆος τὸ ἕκτορος αἷμα πιοῦσα, λαερτιάδης δαναῶν εἷλε κακοκρισίῃ ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε, καὶ παρὰ τύμβον αἴαντος ῥηκτὸν ἔρριψεν οὐκ ἰθάκῃ Clypeū Achillis qui Hectoris sanguinem bibit, laertiades danaorum capit iniquo iudicio. naufragi autē mare arripuit: & ad tumulum Aiacis nabilem appulit non Ithacę. τημένου πύλαι Temeni portę. τρικέφαλος γηρυόνης triceps Geriōe. τρικάρηνος triceps γηρυόνου τοῦ τρικαρήνου Gerionē: ex Tricarenia cuī

tate oriundi ἀπὸ τριῶν καρήνων a tribus capitibus βούλεσθαι μάχεσθαι γηρυόνῃ τετραπτίλῳ uis cum Geryone quadricipite pugnare ἀπὸ τῶν πτίλων a pennis γηρυόνου δένδρα geryonæ arbores γηρυόνειον νῆμα Geryoneum filum.

Que in quaternione. O.

ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως φύταλος ποτὲ δέξατο σεμνὴν δήμητραν, ὅτι πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ὀνομάζει ἐξ οὗ δὴ τιμὰς φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.
Hic quondam rex heros Phytalus uenerandam hospitio suscepit Cererem: quando primum fructum ostendit: quam sacrā ficum mortalium genus nuncupat: ex quo perpetuos Phytali genus consecutum est honores ἱερὰν συκῆν sacram ficum ἡγητηρίαν quasi præcessoriam dicas φιβαλέων phibaleorum ficuū ἐρινῶν σύκων ermarum ficuum κόλυθρα τὰ πέπονα σῦκα. flaccidas ac solutas ficus colythra appellant κορακίων σύκων ficuum coraceon a colore nigro ut coniicio τὸν ἐρινεὸν caprifi cum εὐφώνους pulchre uocales. συκίνη ἐπικουρία ficulnum auxilium συκίνη μάχαιρα fuculnus gladius συκίνη βακτηρία ficulnus scipio. σῦκον αἰτεῖς ficum petis σῦκον ἐφ' ἑρμῇ ficus in Mercurio uel causa Mercurii. μειλιχίου διὸς placidi Iouis ἔρετοι Rheti εὐρεῖα καὶ τρίπολος lata & tertium proscissa ἠδὲ βρίθουσα ἀλωὴ onusta uinea κήρυκες precones ἀπὸ τοῦ κηρύττω preconio declaro ἀπὸ τοῦ γαρύω clamo κηρυκεία Cerycea preconis merces κηρύκειον caduceus. ἀντιόπας θρῆνος Antiopes luctus νισαίαν δ' εἷλε καὶ νίσον τὸν πανδίονος Nisæam cepit & Nisum Pandionis μεγαρέων δάκρυα Megarensium lachrymæ, σωτῆρας sospites οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην non utiq; effugere poterit fatum δίχα seorsum τὸν λόγον orationem ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν terminare μοῖραν parcā ὄπισθεν a tergo καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε probitatem iureiurando fideliorem habe. μὴ ψεύδου nementire τὰ σπουδαῖα μελέτα seria meditare. φίλους μὴ ταχὺ κτῶ amicos ne cito compara οὓς ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε

quos adeptus fueris ne reproba ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι
impera: cum prius parere didiceris συμβούλευε μὴ ἥδιστα, ἀλ
λὰ τὰ ἄριστα cōsule non suauissima: sed optima νοῦν ἡγεμόνα
ποιοῦ mentem ducem fac. μὴ κακοῖς ὁμίλει ne uersare cum
malis. θεοὺς τίμα Deos cole γονεῖς αἰδοῦ parentes uerere.
ὀπιμαντεῖον uoce datum oraculum κονίου puluerei καρικὸς
τάφος Caricus tumulus καρικὸς τράγος Caricus hircus.
ἀγραῖον agrestem ἀγροτήραν agrestem. αἰθυίας ἀθηνᾶς Ethy
iç Mineruæ προδομήιον ἑστία focus deorum qui presunt du
cendis muris νίκην uictoriç

Quç in quaternione. P.

Φωσφόρον lucifera δικτῖνα διὰ τὸ βάλλειν δεῦρο τὰς ἀκ
τῖνας ꝙ huc radios mittat δίκειν γὰρ τὸ βάλλειν δίκειν. n.é
iaculari θηροκτόνος ꝙ feras perdat. ἐλαφηβόλος ꝙ ceruos
feriat ὀρεσίφοιτον ꝙ in montibus uersetur τρίμορφος trifor
mis τριοδῖτις triuia νύχια καὶ νυκτιπόλος nocturna χθό
νια terrestris ἐνόδια ꝙ in uiis colatur ἀγυιεὺς ꝙ in uiis co
latur λυσίζωνον Zonam soluentem ἐλευθὼ ꝙ ueniat πα
τρῷον patrium μηλίτρειν leporem πόθεν unde μαλοφόρον
ouiferam παγαὶ παροιμία μεγαρέων Pagæ megarensibus fi
nitimç σωτείραν sospitç ἀφέσιον dimissorium λατῷου lato
nii κυβισταὶ aleatores κορινθιάζομαι scortari & lenocinio
uti. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς Non cuicū
ꝙ uiri est corinthū nauigare διὸς κόρινθος Iouis corinthus
παῖε παῖε τὸν διὸς κόρινθον cæde cçde Iouis Corinthū διὸς
κόρινθος Iouis corinthus κορύνη claua ἢ ὑπένερθε χίοιο παρ᾽ ἠνε
μόεντα μίμαντα quç supra chium est ad uētosum Mimantē
τῶν θεῶν ἐστὶ τὰ πάντα, φίλοι δ᾽ οἱ σοφοὶ τοῖς θεοῖς, κοινὰ δὲ τὰ
τῶν φίλων, πάντα ἄρα ἐστὶ τῶν σοφῶν Deorum sunt omnia
amici autem sapientes dis, amicorum communia, omnia igi
tur sunt sapiētum. ἀνοσίας ἀφροδίτης ueneris impiç τὸν βάκ
χειον Bacchum. χθονίου terrestris ὑψίστου summi υἱὸν φόε

βαντος πολυμήλου, ὅν ῥα μάλιστα ἑρμείας τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσε Phorbantis filium multas possidentis oues, quem Troianorum maxime Mercurius diligebat: & possessionem prebuit μηλοσσόος ouiũ seruator μαίας Maię ἔπεα πτερόεντα penata uerba.

Quę in quaternione. Q.

τετράγωνον quadrangularem σιδηροφοροῦντας ferriferos νωνακριάτην, τρικέφαλον, φαιδρὸν θεὸν Nonacriatem tricipitem clarum deum λευκὸς candidus ἑρμῆς Mercurius ἑρμηνεὺς interpres ἐρεῖν καὶ μήσασθαι dicere ac consulere ἑρμῆς Mercurius γλυκὺ ἡ ἀλήθεια dulce est uerum.

ἑρμῆς δὲ ψυχὰς κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
ἀνδρῶν μνηστήρων, ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
καλὴν χρυσείην τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Mercurius autem animas cyllenius euocabat uirorum procorum habebat autem uirgam in manibus pulchram, aureã qua uirorum oculos mulcet quorum uult rursusq; dormientes excitat ᾠδεῖον Cantilenarium ᾠδεῖον Cantilenarium ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ a freno ὃς κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν Qui uirorũ fuit astutissimus σισυφιδῶν γενεᾶς ex Sisyphidarum est genere. ὁ σοφὸς θεὸς sapiens deus σίσυς καὶ σίσυφος ὁ σοφὸς sapiens ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει κύψελος αἰακίδης βασιλεὺς κλειτοῖο κορίνθου Opulentus hic uir qui in meã descendit domum Cypselus Aeacides rex inclytæ Corinthi. κρώμναν τ' αἰγιαλόν τε Cromamq; Aegialumq; κρώμναν κοβίαν τε Cromã cobiamq; κατ' ἐξοχὴν per excellẽtiam κατὰ στέρισιν τοῦ πιεῖν, καὶ τῶν πιδάκων Aquarum ac fontiũ inopia ἀντιόπη δ' ἐπὶ τῇ ζῆθον καὶ ἀμφίονα δῖον ἀσώπου κούρη ποταμοῦ βαθυδινήεντος ζηνί τε κυσαμένη καὶ ἐπωπέϊ ποιμένι λαῶν. Quæ uerba significant Antiopen Asopi uorticosi fluminis filiam Ioui atq; Epopeo Zetum atq; Amphionem pe

perisse. φόβον timorem. πολυκέφαλον νόμον multicipitem legem. τοῦ ὀνείρου Dei somni. παρὰ τὸ ἀρὰς ἀνύειν quod imprecationes exequatur. παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρα ναίειν quod in terra habitet. ἐρινύων ἀπορρὼξ Dirarum stirps. τιτάνιοι λευκὰ κάρηνα Titani candidi uertices. παρὰ τὸ φλεῖν a bonorum fructuum prouentu. κισσότομοι Hebes festa. μαντικὸς uatica. ὀμφαλὸς umbilicus.

Quę in quaternione. R.

διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων, ἢ τοῦ λέοντος ob curruum remissionem, aut leonis. ἀπεσάντι Διὶ Apesanti Ioui. ἀπὸ τοῦ μυκήσασθαι a mugiendo. πελειὰς liuia columba minor. βάτραχος σερίφιος rana seriphia. ἄτρεπτον inexorabilem. ἀπὸ δὲ τῶν κριῶν ab arietibus. ἐκ τοῦ ἀμφιλοχικοῦ ἄργους ab Amphilochicis argis. μειλιχίου placidi. ἄργους argorum. ἀλλ' ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρρενα νικήσασα ἐξελάσῃ καὶ κῦδος ἐν ἀργείοισιν ἄρηται, πολλὰς ἀργείων ἀμφιδρυφέας τότε θήσει. sed cum femina marem superatum abegerit: & glo. iam inter argiuos adepta fuerit, multas argiuorum utrinque laceras reddet. ἄργους argorum. ἐς τὸ ἄλσος τοῦ ἀρείου in Arei lucum. σάλπιγγος tubę. παρὰ τυρσηνῶν a Tyrrhenis. γοργόνα περσεὺς ἐχειρώσατο Gorgonē Perseus cępit. γοργεῖον βλέπει horrendum spectat.

Quę in quaternione. S.

ἐριβώλακα Glebosam. ὀξυδερκοῦς perspicacis. Δία Iouem. ῥεῖτα fluxus. τύρβην Tyrben festum Dionysii. πευκὸν faculā. μίδεια Midea ciuitas. μήδεια Medea. ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστῶν ἀσκληπιὲ πᾶσιν ὃν φλεγυὶς τίκτεν ἐμῇ φιλότητι μιχθεῖσ' ἱμερόεσσα κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ ἐπιδαύρῳ. O magna mortalibus lętitia germinans Aesculapi: quem coronis Phlegyę filia exoptata meo compressu peperit in aspera Epidauro. ἰατρὸς medicus. κρίσαν τε ζαθέην καὶ δαυλίδα καὶ πανοπῆα, crissamque ualde diuinam & Daulidem & Panopeum. ὡς μὲν δὴ κάδμος ὄφελεν περὶ ἔργα τὰ ἴσα φυτεῦσαι δυσμενῶν πολεμίων, τὸ πρῶτον ἐξ ἄτλαντος ἄθλιος σπόρον τῶν αὐθομαίμων.

συγκατασκάπτην πτόλιν Quorum uerborum sensus est uti nam Mercurius nunq̃ in circunflua Isse.i.lesbo Prylim genuisset hostiumducem, quartum ab Atlante miserum semen: consanguineorum euersorem ξόανον delubrum ἑλκτῖνας radios ἀπὸ τοῦ ἐρύεσθαι a Trahendo. εἰς Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν Trozena oportet ire. πώγων barba σωτῆρος saluatoris θεμίδων Themidum σκηνὴ ὀρέστου Scena orestis ἀσκοῦ τὸν προύχοντα πόδα ὦ φέρτατε ἀνδρῶν μὴ λύσῃς πρὶν εἰς ἄκρον ἀθηναίων ἀφίκηαι ne ue prius uir magne pedem: qui prominet utri soluas cecropidum q̃ sacram accesseris urbem. καλινοφαρὲς ἐστὶ πάλιν ęre grauem clauã. ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει Importuna minimeq; tempestiua beneuolentia nihil ab inimicitia differt. ἐπιβατηρίου adiuuantis ascẽsum ἡράκλειον Herculeus ἀβίωτον βίον βιώσας ἑτέροις βίον κατέλιπεν Vitam minime uiuendam cum uixerit: aliis uitã reliquit. τὴν μὲν ῥίζαν τῆς παιδείας εἶναι πικράν. τοὺς δὲ καρποὺς γλυκεῖς Disciplinę radicem amaram esse, fructus uero suaues. ἰλεοὶ ilei locus ἀπὸ τοῦ ὁρμισθῆναι in portum defferri. ὅριον Terminalem,

Quæ in quaternione. T.

οἳ τ᾽ εἶχον αἴγιναν μάσητά τε κοῦροι ἀχαιῶν quiq; habitabant Aeginam Maseteneq; filii achiuorum. πυθαεὺς Pythaei σαΐτιδος Saitidis palladis. λέρνη κακῶν Lerna malorum λέρνη θεατῶν Lerna spectatorum. ὕδραν τέμνεις hydram amputas ἀπὸ τοῦ πᾶσι ναυσὶ προσπλεῖσθαι q; nauibus adnauigetur. ἀπὸ τοῦ λαχεῖν a sortiendo ἀπὸ τοῦ λάχος καὶ δαίμων a sorte & deo ὅν ἐξ ἀμύκλαντος παιδὸς ἀποφθιμένου λαοὶ κικλήσκουσι Quem ab Amyclante pucro defuncto populi appellãt διπαισιν Dipæeis oppidũ. διπαιεὺς Dipęeus gentile κελευθείας hortatorię τέμενος templũ. ἑλένειος heleneus locus. ἀκρείτα Acrite apollinis sic dicti ὀπάονα famulum κεράσιαν cornũ ὁ ἔμπος colorũ mixtio εὐανέμου bonũ uẽtũ p̃bẽtis ὑπερχειρίας hypcherię quasidicas q̃ manũ supposuerit ἀφροδίτης ἥρας ueneris Iunonis κροτανῶν crotanorũ. δρόμον ἱππομάχου ducis p̃lii. σφαιρεῖς ephebi sic dicti

δωματίτην Domatiten λοερεῖαν fons ἐξιωσοίσου quę meritas pœnas acciperet ποινὰς ultiones παρὰ τὸ ἐγχεῖσθαι τοῖς μέλεσι q membris infundatur.

Quę in quaternione. V.

καὶ τὸ τῖς χιτωνίης αὐλίσατο μίς μοιμέλος Quispiã mihi Chitonię canat cautum. αἵμασι ἀνθρώπων τὸν βωμὸν αἱμάσσειν sanguine hominum aram cruentare. ἐκ τοῦ λύγου καὶ δεσμοῦ: a uitice & uinculo: πολιούχου. ciuitates habentis. χαλκιοίκου ęneam domum habentis. δόμον χαλκοῦν ęneam domũ ἐργάνης operarię κοσμητοῦ cosmitæ ornatoris. ἀρείας Martialis. ἀμβολογήρας quasi senectam diferentis. λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο θόαντος, ἔνθ' ὕπνῳ ξύμβλητο κασιγνήτῳ θανάτοιο. Lemnum autem peruenit ciuitatem diuini Thoantis ubi somno occurrit fratri mortis. ἀμμωνίου Ammoneum. ἐξ ἀλφύτιος ὁρμώμενος ex Alphiti proficiscens πλουσίου Diuitis θυρητάν Theretã ἀπὸ τῆς θήρας a Therone. λέων λῦσ' ἄγρια οἶδεν ut leo truculenta nouit. θεραπεύειν colere ἀχὼ περὶ μυρίον ὕδωρ μεγάλου ρ... πόντου, φάλλει ἡ λύρα διὰ χερὸς ἐμᾶς, σὺ δέ μοι ὃ μηρον ἄειδε μοι κλέος ἀνδρῶν κλέος ἀμετέρων πόνων, δι' ὃν ὁ θάνατος δι' ὃν μοι πάτροκλος δι' ὃν ἀθανάτοις ἴσος αἴας ἐμός, δι' ὃν ἀοιδιμος ἁ ὠλομένα σοφοῖς κλέος ἦρα τὸ κοινὸν τροία.

Echo immẽsas quæ circum aquas, Colis insani latera põnti,
Manibus nostris te lyra cantat. Tu mihi refer Homerũ,
Grãde hominũ decus: atq laboris Gloria nrĩ, p quẽ haud piĩ
Per quem mihi Patroclus adest, Per quẽ par ẽ diis me⁹ aiax
Per quẽ inuicta & celebrata bõis Laudatur nõ cecidit Troia

ᾄδων παλινῳδίαν canens recantationem γαιαούχου terrã habentis. Φάριν τε, σπάρτην τε, πολυτρήρωνά τε μέσσην. Pharin & sparten: & columbis abundantem Messen. τέμενος templum χωρίου uillę. θήρας feras οἳ τ' ἄρ' ἀμύκλας εἶχον, ἕλος τ' ἔφαλον πτολίεθρον qq Amyclas habitabant Helosq maritimam ciuitatem. κρανίου τί μοι

νος Cranii templum. καὶ λᾶν περάσας & lan transibis οἳ τὰ λᾶαν εἶχον & qui Laan habebant. νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγη. In sula in Cranae iunctus est. Τρινάσου τείχη Trinasi moenia. ὄνου γνάθον Asini maxillam ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης a Venere ἐκβεβρᾶσθαι efferuere. ὀρεάτας Orcatas Διονύσου κῆπον Dionysi Ortum πεντηκοντακέφαλον quinquaginta capitū Θυρίδος ἄκρα ταινάρου Tyrides uertex Taenari διὰ τὸ ἀνδάνειν αὐτοῖς q sibi placuerit. λυγκέως ὀξύτερον βλέπεις Lynceo acutius intueris.

Quę in quaternione. X.

καὶ ἑορτὴ & festum κάπρου σῆμα capri sepulchrum. αὐτὸς ποταμοὺς Capre flumina. νεοπτολέμειον τίσιν Neoptolemeam ultionem εὖτε τράγος πίνῃσι νέδας ἑλικόεσσαν ὕδωρ οὐκέτι μεσσήνην ῥύομαι σχεδόθεν γὰρ ὄλεθρος Cum Tragos uorticosam Nedes biberit aquam: nō amplius Messenen tueor prope.n.pernicies πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ, εὗρε δὲ μεσσήνης σὺν διὶ τὸν προδότην ῥηϊδίως, χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρα ἐπίορκον, χαῖρε ζεῦ βασιλεῦ καὶ σάου ἀρκαδίαν. Omnino tempus inuenit poenam iniquo regi, inuenit & Messenes cum Ioue proditorem facile: arduum namq; est latere Deum uirum periurum: salue Iupiter rex & serua Arcadiam. καὶ τὰ κατὰ ζάγκλης ἔδαε δρεπανηΐδος ἄστυ. Atqui & Zancles didicit falcarię urbē. ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα λευκίππη τε, φαινώ τε, καὶ ἠλέκτρη, καὶ ἰάνθη, μηλόβοσίς τε, καὶ ὠκυρόη καλυκῶπις. Nos q dem ualde oēs per optabile pratum Leucippe/& Phano/& helectra/& Ianthe/& Melobosis/& fortuna/& Ocyroe Calycopis ἡρόδοτον λύξεω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο, τῶν γὰρ ἄπλητον μῶμον ὑπεκπροφυγὼν θούριον ἔσχε πάτρην. Herodotū Lyxi filiū tegit puluis hic defunctū: Ioniç ueteris historię prefectū: a Doriensiū patria germē. hoc. n.

imensum subterfugiens uituperiū Thuriū habet patriā εὐοῖ Euoe. κλέπτω furor. ἔβαλεν abiecit θάμυρις μαίνεται Thamyris insanit. ἄμυρις μαίνεται Amyris insanit καὶ πτελεὸν καὶ ἕλος καὶ δώριον Ptelcū/& Helos/& Doriū urbes ut παιδοτρόφου pueros educātis ἐς τὴν κολυμβήτραν innatatoriū διὰ τὸ ἐν αὐτοῖς τοὺς ἡρακλείδας σφαγιαζομένους ποιήσασθαι συνθήκας περὶ φιλίας καὶ ὁμονοίας ibi per hostiarum iugulationes Herculidę amicitię ac concordię compositiones fecerint ἐνδυμίωνος ὕπνος Endymiōis somnus ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις Endymionis somnium dormis. ἐνδυμίωνος ἥδιον καθεύδει Endymione dulcius dormit ἐπιμενίδιος ὕπνος Epimenidius somnus. ἠλείου Elei ἡλίου solis ἁλιεῖς piscatores πυγμὴ, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, καὶ πάλη. Pugilatus/Cursus/Saltus/Discus/& Palestra. ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.

Qui patrum strenuorum coronauit ciuitatem.

Quę in quaternione. Y.

μητρὸς matris βαθὺ bady. ὀρτυγίη τις κεῖται ἐν ἠεροειδεῖ πόντῳ θρινακίης καθύπερθεν, ἵν' ἀλφειοῦ στόμα βλύζει μισγόμενον πηγαῖς εὐρυρόοιο ἀρεθούσης. Ortygia quędam iacet in profundo mari supra siciliam ubi Alphei os scaturit, latę sonantis Arethusæ fontibus mixstum. πὰρ κόρακος πέτρῃ ἐπί τε κρήνῃ ἀρεθούσῃ Ad corui petram:& ad fontē Arethusam. ἀρδῶ τὸ ποτίζω irrigo ἄρδω irrigo ἀρδεύω irrigo φλέγω φλεγέθω ardeo παραστάτην prefectum φειδίας χαρμίδου υἱὸς ἀθηναῖος μ' ἐποίησε Phidias carmidę filius Atheniēsis me fecit

ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων,
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Dixit & nigris superciliis annuit Saturnius immortales aūt Iubę concussæ sunt regis a capite immortali: magnum autem concussit Olympum. παρὰ τὸ κινῶ τοὺς τένοντας

q; Tauros pungerent ac stimularent. ξυλεὺς lignator τὸν καιρὸν tempus. καὶ ταῖς δεσποίναις dominabus τὰ ἱερὰ iunonis sacra οὗτος μὲν φόβος ἐστὶ βροτῶν, ὁ δ' ἔχων ἀγαμέμνων hic quidem timor est mortaliũ: qui uero habet Agamemnon. αἴας κασσάνδραν ἀπὸ παλλάδος λοκρὸς εἷλκε Aiax Cassandram a Pallade locrus trahebat. παρθένος οὐ σε λέληθεν ἀπ' ἀρκαδίης ἀταλάντη, ἥ ποτε μειλανίωνος ἐρασσαμένη φύγεν εὐνὴν παρθενίης ἀλέγουσα· χολωσαμένη δ' ἀφροδίτη τὸν πάρος οὐκ ἐπόθησεν ἐνὶ κραδίῃ θέτο πᾶσαν. uirgo non te latuit ab Arcadia Atalanta: quę quondã Milanionis amore capti fugit lectum: uirginitatem curans: irata autem uenere quẽ prius non optauit toti adhibuit cordi. πλούτου diuitiarũ ἀεικέα tristem. ἀπὸ τοῦ εἰδέναι scire. κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν callidissimus fuit uirorum. ἐκ σισυφιδῶν γενεᾶς ex ulyssis genere. διογενὲς λαερτιάδη Ioue genite laertiade δελφινόσημον κλῶπα Delphinum insigne habentem furem κλῶπα furem δελφινόσημον q; Delphinum clypeo insculptum gestaret. κόρακα coruum. κόπιν ἡδύλογον δημοχαριστὴν rhetorem dulciloquum ac popularem. ὅστις ὀδυσσέα μὴ λέγει γρύ μὴ σοφὸν φῦναι τοῦτον ὄντα μωρὸς ἐστὶ ... Quæ uerba significant eum penitus decipere: qui ulyssem non dicat esse sapientem δῖον καὶ ταλασίφρονα Diuinum & mente multa sustinentẽ εἴρων δὲ καὶ ἐραστὴς φθόνου καὶ τὸ κακόηθες ἐπαινῶν. Ironicus: & amator inuidię: & malignitatẽ laudãs ὡς μὴ δὴ καί ποθ' ὄφελλεν ἐρισφάραγος κυλλήνιος ἐν ὑψιθέτῳ λέσβῳ πρύλιν ἐκγεγαῶτα ἀρχὸν ἀχαιοῖς στήσειν ἐπ' ἰλίου πόλιν. Quorum uersuum sensus est: utinam Mercurius nunq̃ in lesbo circumflua Prylim genuisset gręcorum ducem ad euertendam Troiam.

Quæ in quaternione. Z.

φυξίῳ Phyxio appellato q; fugæ presit τὸ κρήδεμνον capitis ornamentum. νηρίτιον δρυμῶν πέλας Neretias syluas iuxta τῆς τρύγονος Turturis marinę λόγος γὰρ μὲν ὡς προσουδίσειεν ὁ φθεὶς ἀλλὰ ... τὸ παλαιὸν ὑπὸ κινάδου.

Quorum uerborũ ſenſus eſt:fama eſt ulyſſem pernicioſo tur turis ictum aculeo interiiſſe. τάρφην τε θρόνιον τε βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Tarphen.& Thronium circa Boagri fluxus. ὅρκιος:qui præeſt iuriiurando φρούριον caſtellũ. ὅν ἔκτισ τρίνακος ἥρως υἱὸς ποντομέδοντος ποσειδῶνος.quã condidit trinacus heros filius pontũ curantis neptuni ἄγγειλον πάριος τελεσίκλεες ὥς σε κελεύω νήσῳ ἐν ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ Nunciato Pariis Teleſicles ꝙ te iubeo in inſula Aeria cõdere bene terminatam urbem. αὐλὼν uallis. αἰγιεὺς Aegiẽſis. ὑμεῖς δ' αἰγιέες οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι.uos aũt Aegienſes neq tertii neq quarti. ὁ λοκρὸς τέττιξ Locrenſis cicada ἐν ῥηγίῳ σιωπηλότατός ἐστιν, ὁ δ' ἐκεῖνος ἐν τοῖς λοκροῖς ἀφωνότατος. Locrenſis cicada in Rhegio tacitiſſima eſt:rhegina uero in locris mutiſſima. δρομεὺς curſor. υἱὸς δινύττα δάμαρχος τήνδ' ἀνέθηκεν εἰκόνα ἀπ' ἀρκαδίας παῤῥάσιος γενεάν. Filius dinittæ Damarchus hanccine dicauit ſtatuã ab Arcadia Parrhaſius genere. κολυμβήθραν Piſcinam. ὕστατος ἡρώων κλεομήδης ἀστυπαλαιεὺς, ὃν θυσίαις τιμᾶτε μηκέτι θνητὸν ἐόντα. Poſtremus heroũ cleomedes Aſtipalęenſis:quẽ ſacrificiis colite non amplius mortalem exiſtentẽ. θεῶν τράπεζα Deorum menſa. πατρὶς μὲν κόρκυρα, φίλων δ' ὄνομ' εἰμὶ δὲ γλαύκου υἱὸς, κἠνίκων πὺξ δύ' ὀλυμπιάδας Patria quidem Corcyra:Philo uero nomen:ſum autem Glauci filius:& uinceo pugilatu duas olympiades. πῶι τινὰ πῶ ῥόθρου per cute ut i aratro. Τῆς αἰγυος Aegyos ciuitatis laconicæ καλὸν θέμενοι μ' ἀνέθηκεν ὁ πόντιος ἐξ ἐπιδάμνου νικήσας ἵπποισι καλὸν ἀγῶνα διός. Cleoſthenes me dicauit pontius ex Epidamno cum equis pulchrum Iouis uiciſſet certamen. θεαγένους ἑκάτειον Theagenis Hecateum.i.Hecates ſimulacrum καπνὸς fumus. θεαγένους χρήματα Theagenis pecunię.

Quæ in quaternione. A A.

κάπρος aper. παρὰ τὸ ῥέξαι a ſacrificãdo ἐς τὴν ἄλτιν in altim locum circa olympiam. τὸν ἀργολαέρναι κλυτίδαι

γένος εὔχομαι εἶναι μάντις ἀπ᾽ ἰσοθέων αἷμα μελαμποδιδᾶν.
Clytidarum facram linguam habentium genus glorior effe
uates a diis paribus Melampodidis fanguine. ἄμπωτιν inun
dationem. εὐδαίμον συβαρῖτα, πανευδαίμον, σὺ μὲν αἰεὶ ἐν θα
λίαισι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων. εὖτ᾽ ἂν δὲ πρότερον θνη
τὸν θεοῦ ἀρίζει τιμήσεσαι πόλεμός τε καὶ ἐμφύλιος στάσις ἥξει.
Fortunate fybarita:in omnibus fortunate:tu quidé perpetuo
in conuiuiis uerfaberis deorum colens genus femper exiften-
tium:fed cum mortalem deo prius colueris:tunc tibi bellum
inteftinaq; feditio ueniet. συβαριτικὴ τράπεζα fybaritica
menfa. συβαρῖται διὰ πλατειῶν fybarite per plateas ἡρώων
κενὸν herourn inane. ὠλενίην πέτραν oleniam petram. χα
μύνη chanyne cereris cognomen ὅτι τρεῖς δὲ καὶ δέκ᾽ ἄνδρας
φωνεύσας ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον θυγατέρος quoniã tres
& decem cum occiderit uiros amantes differt nuptias filie.
κορδακίζειν turpiter faltas. φιλομεῖραξ amator adolefcentu
lorum ἀκέσασθαι mederi. ἀκέσαι Mederi ἀκεσίας ἰάσα
το Acefias medicatus eft. πανδήμιον comunem ac popula
rem. βοηδρομία boedromia feftum. κρώμναν τ᾽ αἰγιαλόν τε
Cromamq; & Aegialon. κρώμναν κοβίαν τε cromnam co
biam. ἰωνικίζω. Ionum more aliquid ago. ἐφέσια γράμ
ματα ἐπαοιδαί τινες. Ephefia litere carmina quedam. ἀπὸ
τοῦ κλήρου a forte ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν difcrim
mum quorundam remedia.

Que in quaternione. B B.

μιλησία in Melefia. πάλαια palea τεκνοποιὸν liberos faciẽ
tem ἐλαφροτέρα leuior λάφυρα Exuuias. ἀμείλιχος
iplacabilis μείλιχος placidus. τοῖς ἱππικοῖς Equeftris ἀπὸ
κρονίδαο σιδήρου a Saturnio ferro. δρέπανον falcẽ. εὐρυ
στέρνου. latũ pectus habẽtis. τύχη εὔριπος fortuna Euripus ὦ
μεταβολαῖσι χαίρουσα παντοίαις τύχη σὸν ἐστ᾽ ὄνειδος τοῦθ᾽ ὅ
ταν οὗτος ἀνὴρ δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασι. O
mutationibus gaudẽs uariis fortuna tuũ hoc uituperiũ, cũ hic
uir ęquus in iniquos icíderit cafus. ὁσίως με πόλεως νόμοι σύ

ταίνες ἀστοὶ καθιδρύσατε. Pie me ciuitatis lege mulieres urbanae crexistis. δίπυλον biforem ἰδίας peculiaris. ἐξιωνείας quae tanquam uiscum procul existentia detinebat εὐελπίδος bonę spei. ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς ἰδὼν διογένην κοιμώμενον ἐν πίθῳ ἔφη· ὦ πίθε μεστὲ φρενῶν, ὁ δὲ φιλόσοφος ἀναστὰς εἶφη, ὦ βασιλεῦ μέγιστε, θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον, ἧς μὴ παρούσης δυστυχοῦσιν αἱ φρένες. Alexander rex cum uidisset Diogenem in Dolio cubantem: inquit: o dolium plenum mentium: philosophus autem surgens dixit. o rex maxime malo fortunę guttam: q̄ mentium doliū: qua non praesente mentes infoeliciter agunt. κριὸς τροφεῖα ἀπέτισε aries educationis pręmium reddidit. πολλοὶ ἐν ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασιν, οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν· ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω. Multi in Arcadia glandiphagi uiri sunt: q te prohibebunt. ego autem tibi non inuideo. ἄρκτον ursam. ἅμαξα currus. ὕπατον summum. πέμματα ἐπιχώρια placentas atticas πελάνους placētas pelanos. ἀπὸ τοῦ πεπλατύνθαι q dilatata esset. διὰ τὸ φανὸν εἶναι q candida esset. ἀφρὰ διὰ πέλανον spumam concretam circa os πολυμήλους ouium diuites. μελοποιὸς poeta ἀπὸ τῆς οἴνου χρήσεως a uini usu. ἅμαξαν currum. ὡς εἰς αὐτὴν τοὺς ὦπας ἀνατείνοιεν. q in ipsam oculos intenderent.

Quę in quaternione. C. C.

ἀφειδάντειον κλῆρον aphidanteā sortem. στύμφαλος Stymphalus δυνάστης ἀνὴρ potēs uir. μαλλοτοῖς lanatis pellibus. τὸ χρυσόμαλλον δέρας aurei uelleris pellis. χημεία ἡ τοῦ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κατασκευή. chemea argēti est & auri dispositio ac praeparatio. λαοδίκης ὁ δὲ πέπλος ἐστ' ἀνέθηκεν ἀθηναίᾳ πατρίδ' ἐς εὐρύχορον κύπρου ἀπὸ ζαθέας laodices hic peplus: suę autem dicauit minerue in patriam latū chorum habētē a Cypro ualde diuina μελαγχαῖα χωρίον melāgea locus ἀδινὴ dine διὰ τὴν ἅλω ob citore: μονοπέδιλος unico calciamēto idutus. σπαρτοὶ seminati. σκοπιὴν speculā οὐκ ἂν γένοιτο αὐτὸν συρρηγνύειν δυνατόν non utiq fieri posset ipse

syracusanorum decima. πλατυφύλλους latifolias. φελλὸν suber. Τενεᾶται Teneæ. χῶρον locus. ξόανα Delubra. ἐπὶ δ' ἔθεντο κισσίνους στεφάνους δρυὸς τε, μίλακος τ' ἀνθεσφόρους. imposuerunt autem ederaceas coronas quercus que milacisq; floridas. τηλόσε δ' ὀδμὴ κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. procul autem odor cedriq; aridę Thyiq; per insulam olebat. χελώνη μυιῶν Testudo muscarum. νωνακριάτης τρικέφαλος φαιδρὸς θεός Nonacriates triceps illustris deus.

Quæ in quaternione. D D.

δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν Laureum gesto baculum. ἀλεξιφάρμακον ueuenorũ amuletũ. παῖδα puellam. τελείαν integram. χήραν uiduam. λύγος uitex. ἀπαγχομένην suspẽsæ. παλαιά uetus. πρόσχωσιν aggerationem. παρθένοι uirgines. ποταμὸς θάλασσαν ἐρίζει fluuius cum mari contendit. ἄρσην mas & nomen fluminis. θυμῷ χρῆσθαι ira uti. ἐρινύειν irasci.

τὸν ῥα, πὰ πόλλωνος σχεδὸν ἄλσεος ὀγκαίοιο.
αὐτὴ γαῖ' ἀνέδωκε σέβας θνητοῖσιν ἰδέσθαι.

Quem iuxta oncei apollinis nemus ipsa terra edidit uisu mortalibus uenerandum. ὅς ῥα ποτ' ἀδρήστῳ τριτάτῳ δάμη θ' ὑπ' ἄνακτι. Qui quondã a tertio adrasto rege domitus est. παρὰ τὸ ἀρὰς ἀνύειν quod imprecationes exequatur. παρὰ τὸ ἐν ἔρᾳ καὶ ἐν τῇ γῇ ναίειν quod in terra habitet. τριακονταπήχων triginta cubitorum. σινόεις Sinois cognomen panos a sinoe nympha. τελείας integræ. μηχανῖτιν Machinatrix

Quę in quaternione. E E.

πάλαν fortis. βαίτυλον betilũ. ἀγαθοῦ θεοῦ ναός boni dei templũ. ἐν ἕλει in palude. μοῖραι parcę. ἐν δεσποίνης in dominę. δέσποινα dña. νόμια ὄρη nomios mõtes. ἐπικούριον auxiliaris

σοὶ τόνδε νικάσας ζεῦ ὀλύμπιε σεμνὸν ἀγῶνα, Ἱέρων τεθρίππῳ μὲν ἅπαξ, μουνοκέλητι δὲ δὶς, δῶρ' ἱέρων τάδ' ἐσοὶ ἐχαρίσατο, παῖς δ' ἀνέθηκε δεινομένης, πατρὸς μνῆμα συρακουσίου Sensus est. o Iupiter olympie cum Hiero tuum uenerandum uicisset certamē quadrigis semel: unico equo bis: haec tibi elargitus est dona: filius autem dicauit Dinomenes: Siracusani patris monimentum. ἱερείαν Sacerdotis. βόρειον ὄρος boreus mons καθαροὺς puros ἀφνειοῦ diuitis τὸ τοῦ ῥεύματος δ' ἱερὸν ὀνομάζουσι. Munimenti sacrum appellant γυναικόθοιναν Gynaecothocan τελείου integri κατρέα Catrea urbem καπροφόρους. Capriferos

F I N I S.

Recognito adamusim toto uolumine Candidissime lector:errores impresorum negligentia insperios:eos dico:qui alicuius momenti uisi sunt: collegi.reliquos uero a me consulto pretermissos scias uelim:quos tute facillime emendabis:unum admonebo q̄ a fronte.a.& a tergo.b.errores ipsos tibi innuit:quibus signis etiam in tabula usi sumus.

In secundo folio a pro omnisq; leporis repone omniq; lepore.b.pro Chalcondylum Chalcondylen.3.a Cæteris Ceteris.4.a.percarum parcarum.Siluestrium Syluestrium.5.b.ipsa ipse:agressum aggressum.8.a.beniuolētia beneuolentia.b.tendere tendente.9.b a.palamede ac Palamede.10.a pancratum pancratium.13.a.Antiloquo Antilocho.14.a. Mnesteo Mnestheo.& unam & una.16.a.læstrigones læstrygones.puella puellam.17.a.magis eum magis cum.b.prosecutus prosecutos:esercitui exercitui:imperante imperantem.18.a.uiuentem uiuente.19.a Nunc a græcis hunc a græcis.21.b.horæ nec horæ nec:Tesseras pessos.1.lusorios lapillos.22.a præperans præparans.b.Phryxio Phyxio.23.a ab eo qui eum qui.b.Craterec̄ Craterec̄.24.a.& affectu & affatu.b.post ac ditescere:hæc adde:iubentibus non accipio inquit ego.n.uobis paupertatem colere:admisisset admisissent:suetustum uetustū.25.a.Lanmedontem Laomedontem.b.amaret amaretur.27.a post redditū uero adde ut.28.b.suffragaret suffragater.Calcidis Chalcidis.29.a.Itaca Ithacam.b.manmæ matinæ.30.a.post ac Narcissum & adde si.34.a.Pheti Theti:proptera propterea disoluta dissoluta.b.laborātes laborante Xanto Xantho:quinimo quinimmo.35.a.hæc uero hic uero.37.a.pascuntur pascantur.38.motam morem.40.a.sub eiusdem eisdem:necessitudnis necessitudinis:naturæ natura.b.mea merga meam erga.41.b.post adhibeamus adde.Hier.42.a innotescat innotescant.b.Lascarum Lascarim.43.a.desseratis disseratis ut uestra ut uestræ.45.b.post perhibetur adde Hier.46.a.fiium filium.b.Cranea Crenea Homolaios Homoloios:pacificum pacificum.47.a.mater matrem.b.Apolini Apollini Hamonis Ammonis:Diaphitæ Diaphantæ.48.a Thoxenii Thoxeni.49.a. Bœdromius Boedromios.b.Periclymæ Periclymenou:Rhinoclustes Rhinocolustes .15.a.partorū parthorū:furorū furorēs potnicus potnieus:Theumessus Teumessus.b.si satis ii satis:Arma Harma.52.a.in ea que in ea quæ.b.Corimne Corinne.53.a. Hippodoetæ Hippodotæ.b.Thebas est Athenas est.54.a.cum pulsis cōpulsis Iphitium sphincium:post nos argiua adde ænigma.b.Ciciliæ Ciliciæ.Haliæ Halice Ciciliæ Ciliciæ.55.b.herba herbæ qua factus:adde est:Corinnam Corinnā.56.b.Memnosynes Mnemosynes.58.a.significant significat.b.Bœtiæ Boeotiæ.60.a sunt qui sunt qui.b.pereunt pereunt.61.b.Climeni Clymeni.62.b.specem speciem:Antiphei Antiphemi.63.b.Bœoti Boeotii.65.a.Phænnis Phaennis.b.post Ipse uero Tennes:adde hec uerba:ab Achille dum patriam tuetur interfectus est ut Græci aiunt.Hier. Cyrenæ Cyrene.Thypsei Hypsei.67.b.in quo in qua.Eurynomen Eurynomon.68.a comspexisset comspexissent bisori bisori.Zeugmatices Zeugmatites.b.Phymicus Phrynicus. Altex Althex.Amphicalea Amphiclea.Oeantea Oeanthea. quiquid quicquid.70.a.numinius numinis.b.Munichiæ Munychiæ:uiam uitam:nominarunt nominantur.71.a.Menanderi Menādri.b.nephas nefas.Agesilao Agesylao.73.a.probat probabat.b.Ersæ Erse:Erysichton Erisichthon .75.a.Arobarzanem Ariobarzanem Ageus Aegeus.76.a herculis hercules:post Ante

nor adde fecit:oblatos ablatos.b.sororem que sororem quæ:Lysimechi Ly
simachi.77.a.Leuctriis Leuctris.78.a.hymenei hymenæi.b.pœcilem pœci-
len.Caue Cauæ.79.a.Cæneum Cænæum aheneum ahenum:Pellucis Pollu
cis.80.a.annisio amniso.81.b.suisse fuisse.82.a.Pherecides Pherecydes.85.a.
Saurematæ Sauromatæ:ex Ilio adde Vlysses:Propyleum propylæum.b.tyt
ranicidio tyrannicidio:84.a.Colcos Colchos:effinzerunt effinxerunt.b.Sy-
pilo Sipylo.87.a.Thrasibuli Thrasybuli.b.uterq; uterq;.80.b.Sinopem Si-
nopen.Erysichthonis Erisichthonis:Atmenenses Atmonēses.90.a.heroæ
heroe:Candidor candidior.91.b.filius filiis.92.b.Asus Iasus: Malo Mallo:
hunc.n.huc.n.63.a.Salamina Salaminia.b.que quæ uergit.94.a.autam au-
tem.b.impositus impositarum.93.a.psytallea psyttalea.b.Schadas Ischadas.
96.a.scades Ischades Cirrhocœladia Cirrhocæladia:Syceam Sycean Phri-
nicus Phrenicus:Noxilum Hoxilum.b.cotanderant totonderant: Pythio
nicem pythionicen.97.a.Dæsaram Sæsaram.figna Sigma.b.aut adde ut Iæ
sus.98.a.batronem latronem: Callicorum Callichorum.99.a.Commisse cō
misisse:Lucarium Leucarum.b.Bacchum Bacchium:Scyronem Scironem.
100.a.filium filiam:& mons adde inter.b.Strongilium Strongylium. Euno
miæ Eunomie.101.a. Doryclilos Dorydios.102.a.sonitun sonitum.104.b.
prostratorii prostaterii:libiæ libyæ.105.a.Agostheniam Aegostheniam:Ae
gisthænis Aegisthenis.106.a.uero que quæ:Arcadie Arcade.109.b.post ob
lectatum adde ferunt.110.a.Iobatem Iobaten.b.dicant ea dicant eam.111.
a.ipsum appellatur ipsum appellant.b.pirenem pirenen.112.a. Immuentes
innuentes:Euodios Enodios.113.a.est q; est quod.b.Maratonis Maratho-
nis.114.a Calmitidos Calsnitidos.b.Telestem Telesten:annulum annuum:
decemnium decennium.115.b.Hyctei Nyctei.116.a.Chthenophile Chtho
nophile:a Clyrio a Clytio.b.condito conditum.118.a.Philuntem Phliuntē
tranformatas transformata.b. Sichyonia Sicyonia:Philetes Philetas:quod
de quid de.119.a Hyppasus Hippasus:Rhegnida Rhegnidan.b.Eunomiæ
Eunomie:dicaret dicāt.120.a.hæc hic Palladis:fontē fontē.121.b. Persa Per
sea:Pylade pyladæ.122.a.Cryseis Chryseis: Posymna Prosimna.b.Thyestes
Thyestæ:ut nonnulli ut nonnullis:audistis namq; & mem . audisti namq;
& meministi:occasus adde q;.123.a.in argiuo.n.argiuo:ex domibus ex domi
bus.b.ad lycei ad lyncei.124.b.consugerat cōsugerant Tyssem Tyrseni: Tys
senum Tyrsenum:Salphinga Salpinga.125.b.ridiculum est adde ac:Auno-
ne Aunonem:Eutyalem Euryalen.126.a.argus argis: Itaq; Gorgonam Ita
q; Gorgona:& larissæus & larisseus Iup.Actez Actææ Pythaco Pythæo
Larissei Larissæi:Nepruuum quoq; Nep.q;.b.qui dicitur qui dicuntur:Ly
læa lilæa Androtomi Androtioni:Oenuseus Oenusæus.129.a. Eubœa Eu
bœæ.b.uel.u.uel.y.Phlegyam Phlegean.130.a.hac re:dele te:Limerti lime
teu.b.Cymortio Cynortio:Maleate Maleatæ:Coryphea Coryphææ.131.a.
Cisseam Cissæam:neriden Neridem:Hicoclis Nicoclis.b.circunsepto circū
specto.132.a.Myrionis Myronis:Alpheæ Alphææ:Dictynam Dictinam:ge-
nita gnata:Ornoso Cœnoso.b.Saroni Sarone:Hvperies Hyperes: Mileso-
rum Milesiorum: Phocensium Phocaensium : Anaphystius Anaphlystius.
134.a.ostenderint ostenderit:Ascreæ ascrææ:Sphero Sphæro.b. Helei Ne-
lei:cuius templo cuius sepco.135.a.post templum in ea adde.b.Orio Horio
136.lernea lernæa.137.a.letiferas lætiferis.b.adde post Parone per.138.a.

Thyreate Thyreatæ:Colloquis colloquiis.b.Hermionem Hermionen.139 a.ab Amycle ab Amyclæ : Memaliaxo Memaliaro : Thereus Theræus: Agidus Agidis.b.eum cum montem : crotomatis Crotoniatis.140.a.Hegetonidæ Hegetoridæ Argeus Areus:Sum Soum Potcidæ Porclidæ:Teuxixidamus Zeuxidamus.b.Caria Carya Cariates Caryates.141.a.lygdanidis lygdamidis Halicarnasei Halicarsi.b.numus nummus:Malcates Maleates: Sciam Scia.142.a.Timotei Timothei:Sciadæ Sciade: Neomine Neomysæ tibicinam tibicinem . appellatam appellatum .b. Callemachi Callimachi: Acamo a Camo.143.a.Theomilida Theomelida a dotceo a derceo fonte fontem.b.Pæthenii Parthenii:Gamisiam Camisiam.144.a.adde post ut in Sph:post desinu adde.a.uitice & uinculo uiticem.n.græci ligon appellant Straxerint Struxerint.b.opthal ophtalmitidis Aphytensis Aphytenses.145 a.q in qui in:pratiā patriā Pharennæ Phaennæ adde post ciuitas a Dor.pet maneus permanens : Therapnem Therapnen . Matris Martis.146.a.finia. Sententia est laconica est laconicum:147.a Gythium Gytheum:Maritimæ Maritima Geremia Getenia.b.non null non nulli.148.a.Cythæra Cythera:conscire consciscere.b.Pyrrichium Pyrrhichum Theuth.Teuthrone.149. a Nilotes Hilotes . Tænerus Tænarus.b. Tænerum Tænarum Euroben Enopen.150.a.nepotem neptem Andanienus Andanieus & Andanieus & Andanius.b. Amem Amen subterraneis subterraneos.154.a.Illum Ilium tamī:indicāt indicat:filii filios.b.Aegyptum Aepytum. ut Aepytade Aepytide Aegyto Aepyto..52.b . Ilotas Hilotas : Stenyclero Stenyclero pharæus pharæeus.153.a.lacedæmonii lacedæmonios mouerint mouerent:He donos Nedonos : quia qui a.154.b. Itomadas Itomatas.155.a.Odrysa & Odrysiœ Odrya & odrydæ.adde post fœminino & Odrysis:est & Odrysa ciuitas ipsorum dicitur & Odrysia & odryses dicitur &c.b.Mignyada Minyada.156.a.Illyri Illyrii:Illyrica Illyria: Anemotidos : Aneotottidos:Thermopylarem Thermopilarum.b. Afira Aspra Armenenem Anienem:Megaride Megaride : Neleio appellato Heleia appellata.157.a.quarum alter quorum alter:Erauniā Eranna .b.filios filias peperit :Endymion Endymion Pisate Pisatæ inluit incoluit.b.Egyptam Aegyptiam.Hyspaniæ Hispaniæ . Hymmen uero Ecephylida Hymeneq Echephylida.159.a.hunc primus hunc prius.b.æsculæ æsculeæ.160.a.adde post Pindari interpretes ait: Nemæo Nemeæo:Delphino Delphinio Patriam patria Hecatobæa Hecatombæa:post myrtea q; adde Corona.b.Syracusam Syracusani . post Amphimachus addeq..61.a.Triphyliæ Triphyliæ.b.Calli pateram Callipateram Helison Helisson.162.a.Idam Idan :Pythiacus Pythicus.b.dicit dici Nephale Nephele..63.b. Eli . Helladibus.164.a. ab hydre ab hydri:Sceæ Sceæ:possit posset.b.Netcei henteli Termion Thermion Narceon Narcæon.165.a.Harceæ Narcææ cōditus ē & uacat:&c.c.Palladio a Pall.Bacch. Bracchiadum.b.locum q; q; uacat:in Aiacem ni Aiacem .166.a.pertinerit pertinet.b.compressa compresso.167.b.rñdidit respōdit:adde post domicilio sitæ.168.a.proemium proæmium.b.Cherch Cherrhonesum; in lycomedis inter lyc.169.a.eliquum reliquū.170.a.Caribdim Charibdim Ogigiam :Ogygiam.b. accepisset accepissent : Hybleæ Hblææ.171.a. Galeatæ Galeotæ: Nera Hera:Motyseus: Motysæus Motyleus Motylæus:adde post regio:ut Thessalia.a.172.a.Hipæpis Hypæpis.b.etiam non etiam num.sed eum sed

cum Aeginensi Aegiensi.173.b.Citadæ Cicadæ : Cecienen Cæcinen:Themessam Themessam.174.a.Stymphalio Styphalo Dromæus Dromeus.b. Agrigentim Agrigentini:Glancias Glaucias Astympalæensis Astipalæensis Astymphalæa Astypalæa Astvm.Astypalæeus.175.b. traiciẽtes traicientes Disra . Dysrachium.176.a. Emph . Euphorion . Naxi . Naxii.b.Mancius aut autem scribitur scribatur.177.a.Ane Anaximenes. Pityus Pityusa: Cyri Cyzicenus.178.b.atq in.q uacat:Pholœ Pholoe:Idei Idæi.179.a.adde post proferam Pindarus.b.Alzetteo Aletteo.181.b. Aegialorum Aegialeorum Ponti ponto:Carambrim Carambim.182.a Scæam Scæam:Arcander Archander.Aristei Aristæi.b.Hro Herodotus.183.a.Pyta Pyra Argonida Aregonida:Cretense Cretensi.b.fluuio fluuii : Anthemnusa Anthemusa.184.a.cõsultauerunt cõsultauerint Inictimũ Inyctinũ Neptuni Neptunũ balinea q balinea qui:dicta & dictæ &c.b.Nermesianacte Hermesianacte: Seugaris Sangarii:185.a.Cybale Cybele.186.a.Pamphos Pamphos : Cyraneas Cyaneas.b.Ciuitas &:uacat &c.187.a. Aeginensibus Aegiensibus : ad q ad quod:Carthis Crathis.188.a.replere replete:Palleneus pallenæus Pallantes Pallenites.b.Misyæ Mysiæ.189.alyceo lycæo. Panathenea Panathenæa.b.cressas Cressa:Sypilo Sipylo.190.b.Melenæ Melænæ:Thyræa.191.a.Menalos Mænalos hæreus Heræus .b. gemmæ geminæ.192.a.celatum Elatũ.Autolus Autolaus:Stephahus Stephanus:adoleuisset adoleuissent Thesprotie Thesprotiæ.b.Sirps Seps:Alphidãtis Aphidantis.193.a.quod autem quid autem.b.Acamanthis Acamantis: q qui quod qui.194.a.Aegypto Aepyto.b.Alesium Halesium.195.a.Creteo Cretheo.b.Epaminundam Epaminondam Anibali Annibali.196.a.Archiam Archiam.b.Aechemagoram Aechmagorã.Studii Stadii.Tegeates Tegeatas Mandinensem Mantineusem.197.a Cariæ Caryæ.b.Phiei Phiæi : Eleos primumq Eleos primum.198.a.Necatomni Hecatomni.b.facta erant facta erat.199.a.factæ meminie factæ meminit.b.argentum argenteum:Macedoniæ Macedone.200.a.Ceucheros Cenchros:qui Proeti quo Proeti Nemerasii Hemerassiam.201.b.uetustissimos uetustissimus aut secus haud secus:adolascentibus adolescẽtibus.202.a. Cadhyas Caphias : adde post Phegeam ciuitatem condidit.b. Cumæ Cume : Euphorus Ephorus.203.b. post gentile Thalpusius adde. DEM.dele ãt sequens:Oncei Oncii:Onceo Oncio.204.a.tomtorium territorium.b.Thormacis Thomacis Ninos Ninoe Pholoe Pholoe : Gortyna Gortina.205.a.Parabasium Paræbasiũ:Pellene Pallene armis eas armis eos .b.longe abest longa abest.206.a.Alicarnasiade Alicarnaside Aphrynium ophrynium.b.Atlantæ Atalantæ.207.b.non propterea non propter.208.a.subiens iubens signa Sigma:Domina Dominam.209.a.rebus ubi rebus ibi matris Martis.b . Halex Alex Aleus Asteus Actæus preda prædæ.210.a.qui quietẽ p quietem:Epininicia Epinicia.b.Hippothæ Hippothe Acacalide Acacallide:Rhadamãto Rhadamãtho:aqua haud:Pẽiteat Poeniteat.

Mediolani in officina Minutiana.M.D.XVII.Pridie Kalen.Aprilis

FINIS.

FRANCISCVS Dei Gratia Francorũ Rex & Mediolani Dux &c. Soliti sunt maiores nostri & quidem merito Ita rem suã armis tueri, ut etiam litterarum studiorumq; rationem summam haberẽt, frustra enim res magnas gerere, pacẽ armis parare arbitrati sunt nisi & eorum curam agerent qui disciplinarum studio, & eloquentię artibus res gestas possent Illustrare. Qua propter cum eruditi uiri Stephani Nigri supplicem libellũ uidissemus, placuit exorabiles nos illi praestare, ut hac nostra in illum indulgentia cęteri admoniti studiis assuescant, illud q; sibi proponant, tam & si uirtus ipsa sibi ipsi magnum pretiũ sit, eius tamẽ cultores regibus ipsis gratissimos facile quod in rem suam sit, impetrare. Omnibus Itaq; magistratibus nostris mãdamus, ne Nigri nuper impressa mediolani opa pmittant intra hoc quinquenniũ ab alio rursus cudi. Quinimo si quis in alterius principis ciuitate impressa in nostrum ducatum uel uenalia, uel ob permutationẽ, uel alio titulo intra illud tempus detulerit, Is uolumina amittat. & .x. aureos nummos in unum quodq; uolumen pro mulcta fisco nostro & supplicãti sciat soluturũ. inquam ipso iure pœnã incidat Is, qui contrafecerit Datum Mediolani Die Vigesima Mensis Februarii Anno Domini millo Quingentesimo Decimo septimo & Regni nostri Tertio.

Per Regem: Mediolani Ducem Ex relatione Consilii Franciscus Castillionus.